




Postilla in evangelia dominicalia, in qva facili dispositione, omnium Euangeliorum textus ad locos communes dispositus est, qui & singuli ad methodi ferè formam explicati sunt, quo textus & facilius seruari possit, & pulchriori ordine explicari.

<https://hdl.handle.net/1874/453133>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.

543

U.B.U.





F. 12
125

UNIVERSITY OF CHICAGO

et cali' ep'c' ad ito ad nra
p'li' sic cali' q'p' p'p'ia
apponat' q' p'p'ia ad nra

Theologia

Octavo n^o. 243.


... hinc canone et est
... duo pueri et ubi
... in p[ro]m[iss]o au occi
... duplar in e[st]ne t
... aut me ca[us]a
... tuc mac
... **C**on ex tuc sic
... in ca[us]a p[ro]p[ri]a
... ante p[ro]p[ri]a me
... s[an]c[t]a. p[ro]p[ri]a aut
... flamar q[ui]t[er] emplo
... ur s[an]c[t]a in la
... v[er]o ad ep[iscopu]m t[er]ra
... in s[an]c[t]one t[er]ra
... t[er]ra. v[er]o eius

...no est ament
curat pphucater d ad
ben illap pflu ter autē a
p meac m qby curat p p
eo tūc blābw illap pflu

Iste 7 quō al' m mēd
m hōr' t m d rāce
t d m m rē p rē d illid
q Ambrō ē meac d ap d
dāu' aut q d m b r ad q 7
ben' supflu ter autē ad
uc curat ad ipu' q ar
m d 7 q n 7 amē d ap
m e m e t ad h u c p u e r
m b r ac f a c m q c a p u p

106

Ansim no qm



N. 28. B.

POSTILLA
IN EVANGELIA DO-

MINICALIA. IN QVA FACILI DIS-
positione, omnium Euangeliorum textus ad locos com-
munes dispositus est, qui & singuli ad methodi ferè
formam explicati sunt, quo textus & si-
milis seruari possit, & pulchris
ri ordine expli-

cari.



Ex dono Buchelij.

Autore M. Erasmo Sarcerio Annemontano.

Pietas ad omnia uilis est.



Sacrificium Deo cor humiliatum.

FRANCOFORTI, Chr. Egeu.



ILLVSTRI AC GENE
ROSO PRINCIPI DOMINO GVLIEL
mo Comiti Nassouienſi, Cattocubitenſi, Viandini,
Diezi &c. Erasmus Sarcerius Anne=
montanus, S. D.



Vm de rara ac ſingulari tua uirtute, ex
iſta actione, uiuaciſſimo uirtutum te=
ſte, certus eſſem, Magnanime & illu=
ſtris princeps, nō dubitauī, quin & pul=
cherrima illa uirtutis appellatione or=
natus incederes, quam Græci Μακροθυμίας , Latini
humanitatem uocant: imō reuera ſtatui te illius uirtutis
nomine carere non poſſe, cum iuxta Erericenſis philoſo=
phi ſententiam, ſicut Plutarachus in libro de uirtute re=
fert, tantum una ſit connexa ac perpetua uirtus, multis
nominibus circumſcripta, quæ propter diuerſas actio=
nes, & rerum uariarum reſpectum, ut cum Ariſtone
Chio loquar, nunc prudentiæ, nunc iuſtitiæ, nunc forti=
tudinis, nunc modeſtiæ, nunc humanitatis nomen capit.
Tu itaq; Magnanime princeps, cum ex actione aperiti=
eſt, te uerè humanum ac Μακροθυμίας principem
eſſe, nullis non humanitatis officijs præditum, hominum
bonorum conſortio, ſine ſuperſtitioſo aut perſonarum,
aut dignitatum diſcrimine gaudentem, undiq; ad huma=
nitatem prouocantem, tandem neminem ne quidem inſi=
mæ fortunæ hominem, modo probum, auerſantem: qua=
re ego his multis ueræ humanitatis fructib. perſuaſus,
non

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

abhorruī tuæ magnanimitati meas in Euangelia Do-
 minicalia expositiones dedicare. Volui autē hoc theo-
 logico munere ad tuam magnanimitatem accedere:
 cum quia tu ex multis principibus uerè unus es, qui
 sinceram theologiam sincerè amplecteris, tum quia
 etiam de factò, libenter & munificè omnes sinceros
 theologos foues atque sustentas. Et uti illarum tua-
 rum heroicarum actionum aliquod specimen exhi-
 beam. Quantos non sumptus subiisti in uocandis mini-
 stris ex peregrinis ac longe à subdita tua terra regio-
 nibus positis? Quantā non curam adhibuisti, ut pro in-
 doctis, & planè impijs pastoribus, quàm doctissimos
 & pijsimos, in salutem Nassouiensium ecclesiarū sub-
 ordinares? De bonis ecclesiæ papistico abusu & foeto-
 re contumitatis, quid dicam? ea tua magnanimitas nō
 solum in uerum usum uertit, sed etiam ab omni abusu
 & foetore repurgat: & ubi delegata ecclesiæ bona
 non sufficiunt, ibi liberalissimè etiam ne proprijs qui-
 dem parcis. Transeo nunc hic magnas impensas,
 quas tua magnanimitas effundit largiter in publicas
 scholas, quas partim è fundamento educis nouas, par-
 tim antiquis domibus & pulchris & ad institutio-
 nem aptis, adornas. Habuisti etiam in tam pijs
 actionibus patrem dominum Ioannem ad stupo-
 rem usque religiosum principem, qui cum non dubi-

EPISTOLA

tarit, quanquam in abusu & ignorantia profunda, ma-
 gnis impensis, integra monasteria à fundamento educe-
 re, quæ tu nunc Sigene Tengrorum, sub tuæ magnani-
 mitatis ditione, in utilissimam scholam conuertisti, quid
 non fecisset princeps ille generosissimus, si ad eius æta-
 tem, renatum hodie Euangelium peruenisset? quam non
 curam in propagando sincero Euangelio adhibuisset?
 Porro si olim generoso tuo parenti, id laudi datum fue-
 rit, quòd nihil non beneficiorum et curarum in religio-
 nem humanis traditionibus contaminatam, contulerit,
 quantas laudes tua magnanimitas merebitur, quæ &
 contaminatam religionem puro uerbo à contaminatione
 repurgat, & simul beneficijs ueram religionem one-
 rat. Et dum hæc facis, meritò accusari non poteris ab il-
 lis, qui penes se solos ueram religionem stare calamitant:
 & interim nihil minus curant, quàm uel quid sit religio
 uera, uel ut ipsi se uerè religiosos præstent, hoc est fidem
 & timorem dei sequantur & doceant. Excusabit con-
 tra istos obtrectatores, ne dicam calumniatores, tuam ma-
 gnanimitatem: primum mandatum dei, quod magistratum
 ad acceptandam ueram religionem ligat. Psalmo 2. Nunc
 reges intelligite, & erudimini, qui iudicatis terram, ser-
 uite domino &c. Est autem domino seruire, apprehen-
 dere uerbum dei & promissiones de Christo, de quo to-
 tus ille secundus Psalmus agit, & quem hypocritæ illi
 iusticiarij, non solum nihili faciunt, sed etiam proscri-
 bunt

NVNCPATORIA.

bunt prorsus. Ast in quem finem iubetur magistratus apprehendere uerbum? sanè in nullum alium, nisi ut apprehensum uerbum, etiam in subditos distribuât, curet uerã religionem, subditis de uera religione prospiciat, & prædicatores ad hanc docendam aptos, ordinet, cõseruet & alat: quare & Esaias scripsit, reges fore nutrices ecclesiæ, & reginas nutrices. Deinde excusabunt tuã magnanimitatem exempla magnorum regum & principum in ueteri testamento, qui studio ueram religionẽ iuuauerunt. Sic Solomon iuxta dispensationem patris sui officia sacerdotum instituit iuxta certas uices ministrorum & dies certos. Sic Iosaphat rex Iudæ 2. Paralipo. 17. de principibus suis ordinauit, qui per Iudæam circumirent & docerent populum in Iuda, librum legis domini. Sic Iosue libro eiusdẽ nominis cap. 3. ipse populo prælegit uolumen Deuteronomij, quod uolumen ex præcepto dei penes se magistratus habebat ex scriptum. Iuxta illud Deut. 17. Postquam autem sederit rex in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in uolumine, & habebit secum, & leget cunctis diebus uitæ suæ, ut discat timere dominum deum suum, & custodire præcepta eius & c.

Cæterum ut magnanimitas tua strenuè pergat in propaganda uera religione, sciat deum etiam in hac uita re compensaturum magnanimitati tuæ studium sinceræ religionis. Ita enim inquit Solomon prouerb. ca. 25. Ast

EPISTOLA.

fer impietatem de uultu regis, & firmabitur iusticia
 thronus eius. Dauidem & Solomonem uera religio-
 nis studiosos, nullis non beneficijs adfecit deus.

Postremo restaret ut & magnanimitatem tuam de
 ordine, quem in meis expositionibus sum secutus,
 certitorem facerem: uerum quia ordo alioqui lecto-
 ri per se facile inter legendum apertus erit, statui er-
 go hic epistolæ colophonem imponere. Valeat ma-
 gnanimitas tua, & me commendatum habeat. Sige-
 nse Tengrorum Comitatus Nassouiensis. Anno

Millesimo, quingentesimo, tricesimo octa-
 uo. Aprilis die

octauo.



Farrago



FARRAGO EVANGELI-
orum in hac Postilla.

Euangelion Dominicæ Aduentus

Primæ.

folio

2

Secundæ.

15

Tercæ

<i>Tertie.</i>	116	<i>Tertie.</i>	468
<i>Quarte.</i>	147	<i>Quarte.</i>	481
<i>Quinte.</i>	158	<i>Quinte.</i>	494
<i>Septuagesima.</i>	175	<i>Sexte.</i>	508
<i>Sexagesime.</i>	191	<i>Septime.</i>	514
<i>Quinquagesime.</i>	209	<i>Octave.</i>	534
<i>Inuocauit.</i>	227	<i>None.</i>	546
<i>Reminiscere.</i>	244	<i>Decime.</i>	556
<i>Oculi.</i>	256	<i>Vndecime.</i>	569
<i>Letare.</i>	278	<i>Duodecime.</i>	584
<i>Iudica.</i>	294	<i>Decimatercie.</i>	604
<i>Palmarum.</i>		<i>Decimequarte.</i>	621
<i>Paschatis.</i>	310	<i>Decimequinte.</i>	634
<i>Quasimodogeniti.</i>	322	<i>Decimesexte.</i>	648
<i>Misericordia.</i>	338	<i>Decimeseptime.</i>	662
<i>Jubilate.</i>	350	<i>Decimoctave.</i>	677
<i>Cantate.</i>	363	<i>Decimenone.</i>	691
<i>Vocem iucunditatis.</i>	376	<i>Vigesime.</i>	706
<i>Exaudi.</i>	391	<i>Viges. prima.</i>	722
<i>Pentecostes.</i>	403	<i>Viges. secunde.</i>	735
<i>Trinitatis.</i>	447	<i>Viges. tertie.</i>	750
<i>Post Trinitatis, Dominica</i>		<i>Viges. quarte.</i>	764
<i>Prime.</i>	440	<i>Viges. quinte.</i>	776
<i>Secundo.</i>	452		

*

IN

IN EVAN
GELIVM MATTHAEI

XXI. DOMINICA PRI-
ma Aduentus.



Vangelium, quod hodie ueteri
de more legitur in ecclesia, bis
in anno legitur: in die Palmarū,
cū Christus iuxta uaticinia pro-
phetarum esset uenturus Hiero-
solymā, in sessurus a sinæ & pul-
lo eius. Et eo proprie spectat: Siquidem in illo
die contigit ingressus in urbem diuante à pro-
phetis prædictus.

Qui uero textum hodierni Euangelij pertra-
xere ad præsentem Dominicam, illi huius Eu-
angelij proprio usu fuerunt abusi.

Miscuerunt enim aduentum natiuitatis Chri-
sti cum aduentu illo, quo sui regni principia, &
qualis ipse rex esset, Hierosolymitanis ostendit
Christus.

Cæterum hoc Euangelium, fidei Euāgelium
est, & toti mundo, tam Iudæis quàm Gentibus
mysteriū. Et sicut Apostolus loquitur. i. ad Co-
rinth. cap. i. Iudæis offendiculum, Gentibus ue-
ro stulticia, Iudæi enim cum uident suum Mess

A

¶ Dominica prima

am uenire omni externa pompa, magnificoq;
apparatu spoliatum, offenduntur uilitate per-
sonæ Christi, neq; uolunt eum recipere. Nî im-
ginantur Christum ex carnalibus persuasi-
bus, non ex prophetarum scriptis, uenturum re-
gali quodam apparatu: Nec solû magnifice in-
structurum regnum Israël, sed etiã Iudæos uin-
dicaturum ab insultibus Gentium. Talem euen-
tum cum Iudæi nō uident sequi Christum, con-
temnunt atq; auersantur eum.

Gentes Christum sua carnali sapientia meti-
untur, quæ eadem de Christo, & circa Christum
cogitat ac expectat, quæ de regibus mundanis
& cogitare & expectare solet: Nimirum regem
magnifico apparatu uenientem, multis militū
equitibus stipatum, qui primum potenter occu-
pet imperium, deinde occupatum ui bellica &
armis defendat. Sed fallitur humana sapientia,
& falluntur gentes humanæ sapientiæ studiosæ:
Quare gentes rident Christum ac stultum iudi-
cant, tanquam illum, qui sine humanis uiribus,
apparatu bellico & armis Martialibus regnum
apperere uelit & audeat.

Et hæc obstacula adhuc mundum exagitant,
& exagitant donec steterit mundus, qui nun-
quam credet uile & contemptum dei uerbū in
speciem esse uirtutem & potentiam dei. Quare
etiam non inepte diximus, hoc Euangelium si-
dei Euangelium esse, & tam Iudæis, quàm Gen-
tibus mysterium.

Et quantum ad Iudæos attinet non ignoramus è sacræ Bibliæ historijs & ex aliorum historiographorum scriptis, quem exitum habuerit populus Iudaicus, uilitate sui regis Christi offensus. Ne autem nobis, qui ex Gentibus sumus cōuersi, idem accidat periculosissimus euentus. Præterea ut liceat nobis hodiernum Euangelium intelligere, quod Iudæis & Gētibus mysterium fuit & māsit. Oportet ut iuxta Apostoli sententiam, omnem humanam sapientiam intelligentiamq; exuamus, scientes eam meram infatigatam ac stultitiam esse coram Christo, circa Christum & uerbum dei: Item oportet nos omnes cogitatus humanos deponere, nihil interrogantes, quid uirium externarum, aut magnifici apparatus habeat Christus, ad erigendū regnum suum, neglecta etiam Christi persona. Nā si ad ad asinam, pullum & exceptricē Christi turbam respexerimus, erit nobis Christus, id quod fuit Iudæis & Gentibus, & adhuc hodie est, tam ridiculum & stultitia: Neq; alia causa quærenda, quare hodie mundus negligat suscipere Christū cum suo uerbo, nisi quia considerat asinam, pullum & auditores uerbi. In asina & pullo nihil magnificentum est, auditores uerbi homines sunt ignobiles, & uerbū sermo crucis est, uilis ac contemptus in oculis mundi. Merito autē miser uocatur mundus & ridiculus, qui propter asinam & pullum, sinit se à tanto rege Christo, & à tan-

eo diuinæ sapientiæ thesauro abigere.

Quapropter ne inanis sit nobis Christus, qui olim fuit Iudæis & Gentibus, & hodie est toti mundo, erit ante omnia necessarium iudicium mundi de Christo exuere, & simpliciter clausis oculis, contemptum pauperemq; Christum cum suo uerbo recipere, quod quidem est sermo crucis, sed potentia ac uirtus dei, idq; exemplo turbae excipientis aduenientem Christum regem, hoc cantico congratulatio: Benedictus qui uenit in nomine domini, Hosanna in excelsis. Et qui ita suscipiunt Christum atq; uerbum eius, illis est Christus ac uerbum potentia & uirtus dei. Ad Roma. 1. Et priore ad Corin. 1. Hic uerū sit, talem cuiq; esse Christum seu uerbum, qualem quisq; in animo receperit Christum seu uerbum. Iudæi pro uili persona habent Christum, illis est uilis persona. Gentes atq; sic omnes mundi sapienter habent Christum pro stultitia, illis quoq; est stultitia. Credentes uili Christo & contempto uerbo, Christum recipiunt pro potentia dei, pro sapientia, iustitia, sanctificatione & redemptione. Illis etiam est Christus potentia, sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio.

Et hæc fere totius huius Euangelij generalis summa est, ut fide apprehendamus Christum, neq; offendamur contempta persona Christi. Præter hæc neq; hic locus negligendus est, quid suo aduentu attulerit Christus, qui quantumuis admirabilis, tamen nihil admirationis fuisset meritus

Aduentus.

nisi simul & commoda secum aduexisset, quæ
etsi non exprimat hoc Euangelium, tamē apud
prophetā Zachariam cap. ix. extant, cuius testi-
moniū & hic citat Matthæus. Zacharias sic scri-
bit: Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator,
&c. quibus uerbis clarissime ostendit propheta,
quid uenerit Christus, & quid commodi suo ad-
uentu secū adportarit. Iustum uocat Christum
regem, non quia ipse iustus per se tantū est, aut
ipsa iustitia, sed qui etiam iustos facit, Ita & sal-
uatorem illum appellat propheta, nō tam quia
ipse salus est, quā quia saluos facit atq; efficit.

Porro ut nūc ultra captum est humanum, ad-
uentus Christi regis, ita quoq; exuperant huma-
num intellectum commoda eius, quæ nobis suo
aduentu attulit.

Summarij loci.

- 1 Philanthropiæ Christi exemplum est, uenire
eum in humillimo apparatu, ut soletur & non
terreat. Et qualis nunc est apparatus in oculis
carnis, tale est & rex Christus, & regnum suum.
- 2 Aulici & subditi in regno Christi homines
sunt contēpti, discipuli, piscatores, telonarij, tur-
bæ ignobiles & peccatores.
- 3 Officia Christi in suo regno sunt: uindicare
uerum dei cultum ab abusu, id quod esse eijscē
tēplo emētes & uendētes: Itē sanare infirmos.
- 4 Aduersarij regni Christi regis sunt sapien-
tes mundi, & illi, qui speciē religionis habent.

Et cum appropinquassent.

Hic ingressus Hierosolymam, contigit post egressum ex Hiericho, cum inter eundem duos cæcos sedentes iuxta uiam sanasset Christus. In hoc autem ingressu nihil fit temere, sed ut impleatur dictum propheta: Ecce rex tuus &c.

Bethphage.

Quæ est uillula in monte oliueti.

Tunc misit Iesus.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ In primo loco, proponitur nobis tria: Exemplum philanthropiæ Christi, apparatus Christi regis, & æstimatio regni Christi. Philanthropiam Christi omnium maximam esse, declarat humilis Christi in Hierosolymam ingressus & apparatus, ad hunc ingressum contemptissimus. Quid enim contemptius, quam insidere asinæ? At si philanthropiam Christi spectes in illo contemptu, nihil potest humanis animis accidere magis consolatorium. Si enim Christus uenisset in sua maiestate, quis quæso ausus fuisset illū accedere? Nam maiestas Christi, ut est ultra humanum captum, ita tantum terret ac timori est. Venit itaq; Christus mansuetus, pauper, insidēs asinæ, nostra de causa, ut nos ad se alliceret, non deterreret.

Monemur igitur hac philanthropia Christi, qua potissimum parte nobis apprehendendus sit,

non in maiestate sua, sed ut filius David, hoc est homo in speciem contemptus, & tamen filius dei potens, qui nostra causa in tantum contemptum se subiecit, aliis filius dei, æqualis deo patri. Ad Philippen. i. Sic apprehendunt Christum hic turbæ, cum clamant illi: Hosanna fili David. Sic duo cæci Math. cap. xx. apprehendunt Christum: Domine, miserere nostri fili David.

Et huius philanthropiæ Christi commendatio est apparatus circa Christum, qui ut est philanthropos, ita decet eum apparatus à philanthropia non abhorrens. Item inuitat nos apparatus Christi regis ad philanthropiæ experientia. Qui enim Christus rex, nisi uolisset philanthropos esse, in tā humili apparatu nō uenisset.

Mundus in suis regibus magnificum & splendidum apparatus expectat, ideo Christū non recipit humiliter uenientem. Credentes uero & pñ animi gaudent Christum in tam humili apparatu uenisse, ut habeāt, quo solentur se, & accipiant fortes animos illum accedendi.

Cæterum qualis nunc est apparatus Christi regis, tale & regnum habet, nimirū contemptum & humile coram oculis mundi, immo diuersum à mundo, quod cum mundi regnis cōmune nihil habet. Regnū Christi spirituale est: Regnum mundi carnale & subiectum rationi. Illud est sine omni obseruatione: Hoc plenum omnis generis obseruationum. Quid multa: Regnū Christi philanthropiæ Christi & apparatusi simillimū

est, & commendans philanthropiam & apparatus Christi, & inuitans ad utrumq;

Misit duos discipulos.

Qui iuuant ad regnum Christi propagandum, ipsi non debent currere, sed mitti. Duo mittuntur tantum discipuli, ut sciamus duobus tantum Testamentis opus esse, ad propagationem regni Christi.

Ite.

Mandatū est Christi, ire pro utroq; Testamento, ut propagetur per illa Testamenta regnum Christi. Et quia iubentur ire apostoli à Christo, igitur feliciter utrumq; Testamentū euoluunt, intelligunt, & ad Christum adducunt.

Asina uidetur uetus Testamentum significare allegorice; Pullus nouum. Soluere est intelligere utrumq; Testamentum. Adducere asinam & pullum eius ad Christum, est utrumq; Testamentum in Christum defigere.

Et si quis uobis dixerit.

Quia Christus opus habet utroq; Testamento, nemo cohibebit illa Testamenta, quo minus ad Christum transferantur.

Hoc autem totum factum est.

His confirmat Euangelista ab autoritate scripturæ, ingressum Christi in Hierosolymam, ne quis eum temere à Christo susceptam credat. Adeo nihil temerarium est in omnibus Christi

factis. Matthæus non tam uerborum prophete curam habuit, quàm sensus aut historie apud prophetam. Zacharias addit commoda aduentus Christi, iustitiam & salutem. Ait enim; **Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator,**

Dicite.

Q. d. pro certo nunciate, ne filia Sion alium præter me regem contemptum expectet. Filia Sion credentes sunt, quibus solis uenit Christus.

Ecce.

Ecce attentionis particula, qua studet propheta segnes ad credendum Iudæos excitare, ne cum uideant regem suum uenturum in contempta persona, cum contemnant.

Rex tuus.

Qui tibi promissus est rector.

Venit tibi mansuetus.

Ne deterreat te. Hic usum contempti aduentus Christi uides, & quid in tanto contemptu uenire uoluerit: scilicet, ut sua mansuetudine alliceret ad se credentes subditos. Hæc philanthropia Christi fuit, hæc mansuetudo. Sedere super asinam & pullum eius, opera sunt, quibus testatur Christus suam philanthropiam ac mansuetudinem. Cæterum ut humilitas hæc ingressus Christi, omnibus credentibus solatio est, ut accipiant occasionem lubens atq; sine timore accedendi Christum: ita Iudæis offendiculo est. Genibus uero stultitias

Euntes autem discipuli.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus describit nobis aulicos & subditos regis Christi & regni sui, hoies secundū carnē imprudentes, impotētes, ignobiles, gregarij hoies ex turba, stulti ac contempti, aulici discipuli sunt, qui asinam & pullum eius adducunt ad Christum, instruunt & Christum super asinam imponūt. Subditi sunt turbæ, quæ aduentanti regi Christo occurrunt, excipiunt humanē, tractant regaliter, & congratulantur ei, tanquam illi, qui in humilitatē se deiecit, filius David factus est, & uenit mansuetus, mansuetissimē excipiens turbam subditos, cū in forma dei esset & æqualis deo. Ad Philippen. i. nec talem infimorum subditorum indigeret.

Porro autem ut rex Christus contemptus est, cōtemptrum habet apparatus, regnum contemptum, tales quoq; aulici & subditi sunt regis huili & cōtempso ingressu, occasionem dedit ludæis, quod eum minus susceperint: sic non inter minima obstacula reputanda est turba, quibus abstrahuntur sapientes & prudētes huius seculi à Christo. Hodie si mundi sapientes reduxissent Euangelium, aut illi adhererent, nemo non illud sulciperet. At quia ab aulicis Christi parum coram mundo strenuis, redectum est, & quia illi gregarij in populo tantum credunt Euange-

lio, pessimè apud omnes audit. Nos uero qui cō-
tempo Christi aduētū non offendimur, neq; au-
licis ac subditis illius, consolabimur nos secun-
do hoc loco contra scandalum contemptus, scē-
entes Christum infimis atq; infirmis delectariis
Spectat huc. i. cap. prioris epistolæ ad Corin-
thios de imbecillibus.

Et adduxerunt.

Effectus hic est eorum, qui mittuntur à Chri-
sto ad adducendam asinam & pullum eius, hoc
est, ad feliciter intelligendum & prædicandum
utrumq; Testamētum. Discipuli qui adducunt
Christo asinam & pullum eius, typum gerunt
omnium syncerorum prædicatorum, qui missi,
& uocati, diligenter sua officia expediunt, non
solum in dirigēdo utrūq; Testamētum in Chri-
stum, sed & in iuuādo Christo, ut quoq; ad alios
perueniat.

Discipuli imponunt uestimenta sua super asi-
nam & pullum eius, hoc est: pro sua gratitudi-
ne, quam possunt exhibere Christo utrūq; Te-
stamentum, commētarijs, annotationibus, scho-
lijs, &c. explicant, non ornatus gratia, sed ut Chri-
stus commodius sedeat, & aspiciatur.

Plurima autem turba.

Hæc de subditis & exceptoribus Christi regis
est, ut sint subditi, qualis rex: nempe contempti
coram mundo.

Vestimentorum substernatio & prosterna-

etio ramorum pertinent ad gratitudinē, qua exhibuit se turba Christo gratam,

Turbæ præcedentes & sequētes, Prophetas & patres ueteris Testamēti, & sanctos noui Testamenti significant.

Hosiana,

Et hoc congratulatoriū carmen referri debet ad gratitudinem turbæ. Congratularur hoc carmine turba Christo regi felicē regni successum. Verba congratulatoria uidētur ē psal. cxvij. descripta esse, quem psalmum scribit Hieronymus Iudæos quotidie in suis synagogis decātare pro expectatione Christi regis.

Hosiana Latinis sonat: Nūc salua, uel salutem da. Agnoscit turba præcipuum in Christo officium, saluare.

Benedictus.

Felix, augustus, fortunatus, uictoriosus,

In nomine domini.

Ad propagandam gloriam domini.

Hosiana.

Repetitio ostendit ardorem in turba, & magnam partem intellectus de Christo rege ac uero Messia.

In altissimis.

Hoc est, tu qui sedes in altissimis, nunc salua Christum regem & regnum eius.

Et commota est.

Commotio hæc effectus potentie uerbi est, quam exercuit in tota Hierosolyma, ut admo-neret de Messia presente.

Quis est hic.

Cui turba felicitatem regiã precatur: Videntur interrogantes offensi fuisse uilitate personæ Christi.

Turbæ autem dicebant.

Quæ nõ offendebãtur cõrepta psona Christi.

Hic est Iesus ille.

Confessio turbæ de Christo Iesu, effectus est ueræ fidei credentis Christum esse Messiam uerum. Voce Iesus discernit turba Christũ ab alijs prophetis, qui non fuerũt Iesus, hoc est, saluatores. Item confitetur illa uoce turba, Iesum hunc uerum Messiam, Ite officium Christi proprium quod est saluare.

Prophetã uocat Christũ turba, ut ostẽdat qualis rex sit futurus Christus: scilicet doctor & interpretes uerbi, non carnalis seu mundanus rex.

A Nazareth.

Vbi nutritus fuit Christus Lucæ. iij. Nazareth uiculus Galilææ.

Et intrauit Iesus in templum dei.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus monet suos de officijs Christi regis, quæ non sunt de hoc mundo, aut talia,

quæ solent mundi reges exercere: quare & certum est, neq; Christum esse mundanum regem, neq; regnum eius de hoc mundo. Præcipua autem sunt Christi officia: Vindicare uerū dei cultum ab abusu, & sanare infirmos, hoc est: docere ueram pietatem, qua restituitur atq; sanatur anima: deinde & corporis curā habere, & illud infirmum in integrum restituere.

Hæc uero officia ut sunt Christo propria, ita de facto non sunt imitatoria, nisi in quantum id facimus gladio spiritus, quo licet emētes & uedentes eicere è templis hominū. Sanare statim ad uerbum, exemplo Christi, tantum fide præditi concessum est, quibus nihil est impossibile. Matthæi. xvij. Emētes & uēdentes eos intellige, qui sub prætextu pietatis, nomine sacrificiorū & earum rerum, quæ pertinebant ad sacrificia, exercebant quæstum.

Explicationem ad hunc locum pertinētis rextus, uide in Matthæo nostris scholīs illustrato.

Cum uidissent principes.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus agit de aduersarijs regis Christi & regni eius. Illi non sunt infimi in mūdo homines, sed maximi: nimirum principes sacerdotum, hoc est, illi qui titulū religionis habent, & scribæ, hoc est, sapientes mundi: Hi duo hominum genera, uilitate regis Christi, apparatus regalis, regni, aulicorum & subditorum offensi, indi-

gnatur Christo, & quia delectatur turba con-
tempis hominibus, & quia finit se a turba laudari.

Textus explicationem ad hunc locum perti-
nentem, uide in nostro Matthæo, a nobis scho-
lijs adornato pro rudioribus theologis.

IN EVANGELIUM
LUCÆ CAP. XXI. DO-
minica secunda Ad-
uentus.

Christus in hoc capite, è quo hodie-
rum Euangelium est transcriptum,
confundit signa deuastationis Hie-
rosolymæ, cum signis postremi iudicij, quæ con-
fusio aliquam difficultatem parit in discernen-
dis signis, de qua etiam monuimus in superiori-
bus diebus, cum interpretaremur Euangelium
Matt. xxiiij. cap. de abominatione desolationis.

Verum quæ uoluerit Christus confundi si-
gna, aperta causa in præcepto non est, nisi quia ue-
risimile est, quod signa deuastationis Hierosolymæ
statuerit typica esse, illius perditionis in nouissi-
mo die futuræ. Apud Matthæum difficilius est
utriusque deuastationis signa discernere, nisi in fi-
ne capituli, ubi cum Luca nostro propemodum
cōsentit. Ordo uero signorum apud Lucam ali-
quantulum apertius discrimen inter signa ape-
rit. Nam Lucas primum fere absoluit signa, quæ

ad deuastationem Hierosolymæ spectant. Inde accingit se ad signa præcessura aduentû Christi. Et ait: Ererunt signa in sole & luna &c.

Hæc autem præmonitio de signis, & deuastationis Hierosolymæ & consummationis huius seculi, trahit occasionem ex discipulorû uerbis, quibus discipuli cõmendabant Christo & ostendebat illi estructuras seu ædificia templi, ad quæ respondit Christus: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Post quæ uerba ceperunt discipuli interrogare Christum & diceres: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signû aduenus tui, & cõsummationis seculi? Subiicit tandem Christus signa, quæ uolente deo in hodie no Euangelio audiemus.

At hoc ualde consolatorium est, quod Christus suis discipulis hæc signa reuelat, & nõ impijs ludæis, neq; impio mundo, uel quia Christus plaris facit suos, quam mundum? Sane hæc causa est: Nam qui aliquem præmonet de periculo, is oportet, magnos habeat erga eum charitatis adfectus, maxime cum grauija immineant pericula, qualia reuera sunt, apud ludæos deuastatio extrema, apud nos seculi huius consummatio. Neq; satis esse duxit Christus, signa enarrare suis, nisi & adderet præmonitiones tanto doctore dignas, de falsa doctrina, colludente circa suum aduentum. Sed in quem finem alium? nisi ut consolaretur suos, & uindicaret eos à de-

operatione ac terrore, ne dubitarent ex certis signis certi, futurum aliquando aduentum Christi, tãquam finẽ oĩum malorũ & certũ terminũ omniũ periculorum in hac lachrymarum ualle. Hoc aduentu consolantur plerumq; apostoli fideles, cum illos ad futurã liberationem uocant, qua liberabuntur p̃iã corruptiõẽ huius seculi.

Porro quia Lucas in hodierno Euangelio signanter tantũ loquitur de signis aduentus Christi in die nouissimo, de illis igitur signis solum agam relictis istis, quæ præcesserunt deuastationem Hierosolymæ.

Itaq; quod signa sint aduentus Christi, uel ex hodierno Euangelio non est obscurum, uerum an illa signa iam præterierint, an adhuc restent, quæstio est. Omnes quotquot sunt docti & diligentes homines, ex sedula obseruatione certo concludunt, maiorem signorũ partem, aut iam præterisse, aut iam in usu esse, nec aliter docent præsentis euentus, in quibus uidemus quotidie prædicta à Christo sui aduentus signa, apparere & colludere. Quis enim ignorat nostro tempore in sole & luna signa? Quis non sentit hodie anxietates ad desperationem usq; magnas? quas sane tam uehementes & acres, ante reuelationem Euangelij nostris diebus factam, nemo expertus est. Hodie tam diuites quàm pauperes internis anxietatibus ac curis agitantur miserĩ me, & conficiuntur præter expectationem, Cui obscuræ sunt hodie eluiones aquarum, alluui

ones, inundationes, & multarum & urbium & locorum subuersiones &c.

Quantquam mundus hæc signa non considerat, neque curat neque uidet, sed tribuit uel casui, uel naturæ physicae, tamen hæc signa certa sunt præ ludia aduentus Christi, pijs solum in consolationem præscripta à Christo, quibus de his signis secreto loquitur, exemplo suorum discipulorum. At quid dico de mundo? Mundus hæc signa considerare non debet neque curare, imò securus debet illa contemnere, non aliter atque tẽpore Noach, quo secure edebant & bibebant homines, donec ueniret diluuium & tolleret eos.

Soliti atque pijs considerabunt hæc signa & uidebunt. Præterea illis solabuntur se, tanquam certis iudicijs futuræ & propinquæ ad æterna gaudia liberationis. Solacii uero illius autor Christus est, ad quem, ut cadauer, congregabitur & aquilæ, hoc est, pijs, cum agnoscent ex præscriptis signis imminere aduentum Christi, non formidabunt, quia præ se habebunt mortem Christi, qua consolabuntur se contra omnes terrores Satanae & inferni. Interim mundus & omnes tribus terræ plangent ad aduentum Christi, quia non habebunt consolationem ex morte Christi, & quia non sunt aquilæ congregatæ ad cadauer.

Cæterum quomodo de signis aduentus Christi posterioris certi sumus, & illorum signorum magna est uarietas, quod quæso nunc proximũ signum erit? Hoc Lucas in hodierno Euangelio

non exprimit. Quantum uero ex reliquis scripturæ locis colligere possumus, non erit proximum signum aduentus Christi, quàm defectio abominationis Antichristicæ, quæ nunc ex gratia dei est præsens: Nam defectio, de qua loquitur Apostolus. ij. ad Thessalo. ij. iam olim facta est, & cœperunt illius præludia tempore apostolorum teste Ioanne .i. epist. cap. iij. Sub Phoca & Heraclio potentissimum defectiois caput Machomet in Oriente prodijt. Iisdem temporibus & Bonifacius episcopus uniuersalitatæ nomen adeptus est, reliqui pontifices sensim ac sensim successu temporis prouenerunt in tēplum dei, & illud pro arbitrio occuparunt, cœperunt sedere iuxta uaticinium Danielis, in loco sancto id est, cœperunt conscientias ligare humanis statutis & obseruationibus, pro uera iustitia uitæ æternæ impetranda. Huius abominationis seu defectiois impietas, hoc seculo reuelata est, per puram prædicationem Euangelij, uel sicut Apostolus ait, confecta est spiritu oris domini, quare post hanc reuelationem Antichristicæ impietatis, nihil nunc certius restat, quàm aduentus domini nostri Iesu Christi, quo ueniet in claritate, prius aboliturus Antichristum cum suo regno. Signū igitur proximū aduentus Christi erit defectio Antichristi, quæ quia facta nunc est, ergo in futuris apparet dies ille domini magnus.

Porro etsi reuelatio Antichristi certissimum erit & proximum signum aduentus Christi, ta-

men de die auctora, de mēse aut anno incerti sumus, nec solū nos, sed & angeli dei, & filius hominis iuxta carnē. Stulte ideo & temere agūt Antinabaptistæ, & alij quidā nebulones, qui aduentum Christi ad certa tempora ligant: Sed hoc mirum non est, cum & apostolorum tempore multi fuerint, qui tanta confidentia præsentiam nouissimi diei adseruerint, quod Paulus & alij apostoli sint coacti, uerba Christi de posteriori aduentu clarius exponere. Sic enim scribit Paulus. ij. ad Thessalo. cap. ij. Ne quis decipiat ullo modo: quoniam non adueniet dominus, nisi uenerit defectio prius &c.

Summarij loci.

- 1 Signa aduentus Christi duplicia sunt, quædam foris oculis uidentur, quædam intus sentiuntur in animo
- 2 Vfus signorum aduentus Christi apud pios est, ut se signis præsentibus solentur, & sciant ad illa suam liberationem appropinquare.
- 3 Aduentu Christi nihil certius est, quare cum uident pñ signa aduentus Christi, ea non debent contēnere, quæ certo certius sequetur aduentus.
- 4 Donec Iudaicus populus in terra superstes est, non ueniet aduentus, uel quia sunt superstes, igitur certo ueniet.

Et erunt signa in luna:

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus continet præcipua signa, quæ

aduentum Christi præcedent. Ea autem sunt duplicia: quædam externa, quædam interna, quædam supra & circa nos, quædam in nobis.

Externa autem sunt supra nos, aut circa nos in hac terra, qualia sunt, signa in sole & luna, resonatiões maris & fluctuum &c. Interna sunt, quæ in animo sentiuntur & experiuntur, qualia sunt: anxietas per desperationem, timor &c. Ex his signis omnium uehementissima sunt illa & molestissima, quæ animum cruciant, dum animi impij non habent, quò se uertunt, dum conscientiaë intranquilla sunt, dum carèt corda dulcissimo iustificationis ex uerbo & per fidem, fructu, ipsa pace, Quo genere cruciatus, non existit aliud horribilius. Hæc enim anxietas animi, de qua hic meminit Lucas, est uerus ille infernus, uera irrequietudo, constans stridore dentiũ & fletu oculorum. Et hi cruciatus erunt in hominibus præcipue impijs, uerum nõ solum in impijs, sed etiam in pijs, cum uidebunt omnia sursum deorsumq; commiseri, nihil certo & suo ordine fieri, paucos uere sequi uerbum. Nec sane scio, an hoc tempore quicquam aliud cõmunius sit, tam apud pios, quàm apud impios, nisi angustia & premi utrosq; ad desperationem usq; licet ex diuersis causis anxietates illæ, pueniunt, tamẽ & pios & impios, ppe cõsumunt: Hos ut in impietate destitutos omni solatio: illos, ut miseros & infelices propter infinita scandala, quæ frequenter præbent homines fratres & addicti uerbo.

Præter illas internas anxietates, corda maccrantes, habent impij & timorem propter expectationem pœnarum, quæ uenient super terrarum orbem. Hinc indignationes impiorum contra deum. Hinc conuicia, hinc aperti furores, in quos prolabantur impij, dum uidebunt nihil aliud sibi restare aduëru Christi, quam æternum supplicium. Postremo, quanquã duplicia sunt signa aduërus Christi, quædam externa, hoc est, extra nos, quædam interna, hoc est, quæ experimur in nobis, tamen omnium illorum unus est usus: uidelicet, ut testentur aduërum Christi in foribus esse. Impiis in timorem, pijs in consolationem.

Ordo descriptionis signorum apud Lucam nostrum clarior est, quam apud Mattheum. Nam quæ circa primum hunc locum signa tractantur ea omnia proprie ad aduërum Christi pertinet.

Signa hic intellige non naturæ opera, quamquam & natura & physicus cursus ex se similia efficiat, sed certa opera diuinæ potētis, quibus Christus uult indicare suum aduentum.

Prima signa externa sunt & supra nos in astris. Signa lunæ & solis simpliciter intellige eclipses & passionem lunæ & solis, modo discernas hæc signa à philosophorum causis, qui ignorant huiusmodi eclipses & passionem esse etiam signa aduentus Christi.

De stellis idem sentimus, quando stellæ patiuntur aliquid prætercõmunem usum astrorum: Nã sol in hoc diuinitus, creatus est, ut illumines

terram interdium: Luna ut noctem illustret: Astris seu stellæ ut splendeant suo tempore, ut ocula-
ria minora. Iam quando sol deserit suum officium, & aliud facit, quàm id, ad quod creatus est a deo, tunc dicitur sol pati eclipsim. Ita & de reliquis astris iudicandum est.

Item quid Lucas uelit intelligi per signa solis Mathæus cap. xxiii. explicat, ubi dicit: Et sol obscurabitur, id quod quidam ita intelligunt, quasi sol prorsus sit amissurus splendorem suum, & quo factò, amplius, nihil lucis habiturus, id quod falsum esse, uel hinc patet, quod & ante mortem Christi sol obscuratus fuerit, & tenebræ sint ortæ super terram totam, & tamē in posterū splenduit sol, sicut & adhuc hodie splendet. Et etymologia uocabuli ab illorum opinione diuersum ostendit. Est enim obscurari non prorsus extinguatur aut deleri, sed tantum ad tempus obnubilari. Est itaq; obscurari solem, pati eclipsim.

His eclipsibus hodie nihil est frequētius, quare & aduentū Christi appropinquare necesse est.

Et luna.

Hoc est, luna non dabit splendorem suum, teste Mathæo cap. xxiii. Neq; lunæ eclipsibus aliud est quicquam communius.

Et astris.

Astrorum signa uocat Mathæus stellarū casuras. Astrū genus est, stella species. Et his stellarū casuris seu passiōibus nihil est frequētius hodie.

Iudicium naturalium scriptorum de his signis.

Naturales scriptores non multum discrepant à Christianorum sententijs de signis, eclipsibus solis & lunæ & astrorum: Nam dicunt eclipses solis & lunæ, item casuras stellarum, & alias passiones, semper magnas clades, aut maiorum hominum interitus portendere, neque falluntur illi: Si quidem experientia atque exempla id ipsum uerum esse probant, & aliquando probarunt. Sic ante & post mortem Iulij Cæsaris uisa est cometa per quatuordecim dies. Et sicut multorum adhuc uiuentium testimonia habent, feruntur seditionem rusticorum, quotidianæ stellarum casuræ præcessisse. Præterea in astris armatorum concursus frequentes uisos fuisse.

Iudicium Christianorum de signis.

Christiani præter id, quod adserunt passiones astrorum, magnarum cladum & alterationum signa esse, etiam addunt, quod illæ passiones sunt quoque signa aduentus Christi, id quod astrologi philosophi ignorarunt, & si qui sunt adhuc non Christiani, ignorant.

Porro, quia totus mundus ad rationem potius declinat, & uidet signa hæc alteratiua esse, & accidentalialia quodam modo, quæ naturæ sunt opera, pro temporis ratione & astrorum motu.

euenientia. Et quia sic iudicat cum philosophis de signis: igitur non potest hæc pro indicijs aduentus Christi æstimare, neq; illis moueri potest.

Et in terra pressura gentium.

Hoc signum aduentus Christi internum est, quod sentient homines intus in animis & cōscientijs, & senserunt sub Papa olim, qui fuerūt, & adhuc qui sunt, sentiunt. Et p̄ij ab hac pressura non sunt alieni, dum uident omnia sursum deorsumq; miseri, sicut supra diximus, & paucos uere suscipere Euangelium, & susceptū custodire.

Hac pressura interna, quid hodie uulgarius sit non uideo. Quidam pressuram hanc & ad externa trahunt, & intelligunt de mutua oppressione hoīum inter se, quæ nec ipsa hodie in mūdo deest.

Gentes intellige homines simpliciter, ut sit species posita pro genere. Gentium autem uocabulum sumpsit Christus, quod hæc pressura inter gentes, ut maiori hominum parte exercebitur, & erit præsens.

Per desperationem.

Sicut reuera est hæc pressura hodie multis occasio desperandi, & fuit.

Resonante mari & fluctu.

Id est, præsentibus multis & horribilibus tempestatibus, tum in mari, tum extra mare. Hoc signo aduentus Christi intelliges, primum eluiones, alluiones, inundatiōes, & tempestates maris, unā cum frequenti subuersione nauū in ma-

ri, de qua non sunt incerta colla maris. Deinde transferes hoc signum ad interna, ut intelligas perstreparationem seu resonantiam maris, inter nos fluctus & motus conscientiarum. Et sic ex signo externo commode internum signum fieri potest.

Arescentibus hominibus præ timore,

Et hoc internum signum est, quod de solis impijs intelligo, quibus aduentus Christi erit terrori. Pij autem cum uidebunt illum terrorē, seu timorem in impijs, inde colligent certū signum aduentus Christi. Inest in hoc signo comminatio quædam in impios.

Nam uirtutes cælorum.

Aerologia sumpra à caulis, quæ impijs timorem incutient. Hæ erunt cōmouiones uirtutum cælorum, hoc est, cum audient impij, uirtutes cæli commoueri, & dominum uenire cum horatate de celo. Ad Thessalo. c. episto. cap. ij.

Virtutes cælorū hic simpliciter intelligo cōmouitionem illam cælorum, præcedentem proxime aduentum Christi, aut in aduētū contingentem, ad quā alludit & Paulus superioribus uerbis. Non inepte exposueris per uirtutes cælorū, & ipsas aistorū passiones, de quibus supra, quas cum uidebunt impij, aut à pijs percipient eas ad signa aduentus Christi trahi, timebunt. Hac expositione omnia uisibilia aduētus Christi signa,

causæ esse possunt timoris impiorum, uel cum ipsi ea signa uident, uel quando de illis admonentur per pios.

Tunc.

Præcessa aut facta cōmotione uirtutū cælōrū.

Videbunt filium hominis.

Matthæus cap. xxiii. præmittit aduētui domini signum quoddam. Et ait: Tunc apparebit signum filij hominis in cælo &c. Verum quando hoc signum futurum fit, Matthæus non explicat neq; ex alijs scripturæ locis certi fieri possumus de signo hoc. Verisimile est uexillū aliquod aut aliud signum appariturum in cælo, quod declarabit aduenire Christum. Lucas de hoc signo nihil habet, sed scribit ad commotionē uirtutum cælorum, statim uenturum Christum. Nec Apollolus à Luca multū uariat, nisi in uerbis tātum.

Filium hominis.

Nunc contemptram & uilem personam.

In nube uenientem.

Scilicet uisibilem & conspicuam.

Cum potestate.

Potentia & potestate summa. Pertinent hæc ad formam aduentus Christi, sicut & illa. i. ad Thessalo. iiii. Quoniā ipse dominus ueniet cum hortatu &c. Potestatem & claritatem opponit Euangelista contempui & uilitati, in qua apparebat Christus corā oculis, ut filius hoīs Potestas et claritas res sunt lōge ultra captū humanū.

His autem fieri incipientibus;

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

¶ Secundus locus docet uere pios, quid facere debent, cum uident signa aduentus Christi præsentia, non debent terreri, sicut impij timēt, propter expectationem earum rerum, quæ mundo superuenient: uerum suspicere debent & leuare capita sua, hoc est, certo credere ex signis præsentibus, esse iam in foribus liberationē suam, non aliter atq; impij mūdi perditionem. Quare gaudere debēt, lætari & in summis desiderijs æstare erga liberationem illam iam diu in hoc mundo lachrymis & afflictionibus pleno expectatam. Et est in hunc locum inclusum magnum illud consolationis argumentum, quo frequēter uti solent apostoli, ut consolentur pios à futura in alia uita redemptione.

Das sie sollen hoffen / es werde ein mal besser werden /
 Hoc argumentum alijs argumētis fulsissime tractat Paulus in epistola ad Romanos cap. viij. Usus itaq; signorum aduentus Christi apud pios in hoc secundo loco uerbis ualde consolationis, exprimitur.

His,

Videlicet signis præsentibus.

Suspiciate & leuate,

Scilicet desiderio futuræ liberationis & patriæ.
 Ad quod desiderium & Paulus hortatur. 2. ad Cor.

Ynch. cap. v. Et in tali desiderio & ipse stetit. Ad
Philippenses. i. Coartor enim ex his duobus, desit
derans dissolui & esse cum Christo &c.

Leuare capita, est ad promissam liberationem
& regnum anhelare.

Quoniam.

Actiologia, quia sunt leuanda capita, sumpta à
circūstantia tēporis, q̄ indicat liberationē adesse.

Et dixit illis similitudinem

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus confirmat nos aperta & infal-
libili similitudinē, de certitudine & signorum &
aduentus Christi, certo certius sequentis signa:
Vius uero huius cōfirmatiōis est sumpta à simi-
litudine, ne p̄ij cū uidēt præsentiā signa, dubitēt
de aduentu Christi, aut contemnāt signa, aut se-
cūri reddātur. Nam Christus signa aduētus non
proposuit p̄ijs in eum finem, ut inde securi effice-
rentur, sed ut inuirtarentur ad certitudinem.

Mundus ut puer se iudicat de omnibus operi-
bus dei, ita & in his signis & circa hęc signa adu-
tus multa causabitur. Aut enim dicet hęc signa
non per uniuersum orbē accidere: uel non simul
& semel accidisse, uel aliquid simile: unde po-
stea reddetur securus, contēnet & paruificiet si-
gna. Ab his malis, scilicet à securitare, cōtemp-
& uilipensione signorum, abstrahit Christus se-
quenti similitudine. Nam ut fieri nō potest, quin
aestas sequatur protrusionē gemmarum in ficu

arbore: ita impossibile est, aduentum Christi per
prædicta signa præfixum, non sequi certo.

Ficus omnium prima protrudit gemmas. En
thymema est argumentū similitudini inclusum.
Arbores protrudunt gemmas:
Ergo breui sequetur aſtas.

Item:

Hæc signa prædicta adsunt:
Ergo breui sequetur aduentus Christi.

Ita & uos.

Accōmodatio similitudinis ad aduentum Chri-
ſti statim sequentur ad signa prædicta, uel ad
liberationem sequentem signa. Regnum dei,
aduentus Christi & liberatio idē hic significant.

Amen dico uobis.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus occupatiōem subdit à popu-
lo iudaico, quo præoccupat Christ⁹ nos de tem-
pore aduentus sui, ne in certo aliquo tēpore con-
stituendo, erremus: quemadmodum hoc facilli-
mum est. Nam & tempore apostolorum multi
fuerunt, qui crediderunt ex falsa supputatione
temporis, nouissimū diem instare: contra quos
multis argumentis ait Apostolus, in posteriore
ad Thessa. ca. ij. Et hodie Anabaptistæ & illis do-
ctiores & probiores uiri, numero Dani. cap. xij.
decepti fuerunt ridicule.

Vult igitur Christus quarto hoc loco monere
de tēpore, & si quædā signa aduentus adsint, tamē

non temere de tēpore iudicemus. Donec enim Iudæi erunt, nō consummabitur mundus, sed in ipsa consummatione mundi simul peribunt.

Porro præter id, quod de hoc loco diximus eum esse occupationem de tempore, potius confirmatio esse potest à populo Iudaico, qua confirmat Christus discipulos suos, & sic nos omnes, de certitudine & signorum & aduentus sui, sicut & fecit præcedente similitudine, ut sit sensus huius loci, adeo certa euentura prædicta signa, & aduentum Christi sequururum illa, quàm certum erit tum superstites adhuc fore Iudaicū populum in signū diuinæ iræ: quem populū, quia deus ingrātū olim erga Euāgeliū pdidit, Ergo & mundum nūc perdet Christus suo aduentu.

Aetas hæc.

Scilicet Iudæorum. Apertius est, si legas: Generatio hæc,

Ista.

Et signa & aduentus, in quo peribunt Iudæi & totus mundus.

Cælum & terra.

Epilogus confirmatorius, quo ab impossibili confirmat Christus præcedentia oīa de signis & aduentu suo habita & dicta, q. d. Cælū & terram facilius peritura, quàm uerba præfata de signis & aduentu.

Cælum & terra transibunt.

Scilicet facilius, quàm uerba mea de signis &

aduentu meo. Alioquin non sumus ignari ex scripturę locis, cęlum & terram nõ peritura, sed in-nouationem passura, de qua lege Petrum. ij. epi-stola capite iij.

IN EVANGELIUM

MATTHAEI CAPITE. II.

Dominica tertiã

Aduentus

Consueuimus huc usq; singulis Euan-gelijs præfationem quandam præ-mittere, qua studuimus animos au-ditorum, tanquam per parasceuen-præparare, ad totum Euangelium aut ad præci-puum quędam locum communem, ut inde re-xtus ipse facilius intelligeretur ab auditoribus. Verum cum textus hodierni Euāgelij per se cla-ferre quidem possit: tanti enim thesauri insunt singulis orationum clausulis: igitur consulto ad-explicationem textus festinabimus.

Summarij loci.

- 1 Discipuli Ioānis, hoc est, legis discipuli, nunq̄ possunt à uacillatione & dubitatiõe liberari, nisi mittantur ad Christum & audiant Euāgelium.
- 2 Christus nõ aliter cognosci potest, neq; uult etiã, quàm ex uerbo & effectib⁹ eius, quos ope-ratur Christus in infirmos & peccatores
- 3 Christus prædicationem Ioānis de pœnitentia

ria non tollit sed stabiliat, confirmat & commendat. Qui locus & annexū habet in exemplo Ioannis, quales esse oportet constantes p̄dicatores.

4. Vltus p̄dicationis legis est, per eam parari Christo uiam in conscientias.

5. Gratia in sanctis commendanda est & consideranda, quam à deo acceperunt, non est in illorum uita harendum, aut externa sanctimonia.

De occasione missionis Ioannis ad Christum.

Antequam ad textus explicatiōem accedam, prius placet absoluere perdifficilem illam quaestionem apud omnes huius Euangelij interpretes, quae Ioānes miserit discipulos suos ad Christum, an quia ignorarit Christum praesentē esse? id quod uerisimile non est. Nam Ioannes Christum praesentem esse non ignorauit: quippe qui tertio cap. legitur Christum baptizasse. An quia ignorarit Christum esse filiū dei & uerum Messiam? ne hoc quidem ueritati consentaneum est. Qui enim ignorare hęc potuit, cum inter baptizandum facta ē cęlo uoce, audierit, Christū esse filiū dei, in quo bene complacitū sit deo patri. An quia uoluerit de doctrina & officijs Christi certior reddi? nec hęc sanē missionis causa fuit.

Diuus Hieronymus super hūc loquū uiderit aliquo modo missiōis causas attigisse. Ait enim non ergo quasi ignorans, interrogat Ioannes, sed sicut saluator interrogat, ubi sit Lazarus po

fitus, ut qui locum sepulchri indicarent, saltem sic pararentur ad fidem, ut uiderent mortuū resurgentem. Ita & Ioannes interficiendus ab Herode, discipulos suos mittit ad Christum, ut per hanc occasionē uidentes signa atq; uirtutes Christi, crederent in eū, & interrogantes magistrum sibi discerent &c. Et sane hæc uerissima est solutio quæstionis de causis, propter quas misit Ioannes suos discipulos ad Christum: nimirum ut ab illo confirmarentur in doctrina & fide.

Vide, nunc aperit se primus huius Euangelij locus, qui est de discipulis Ioannis & alijs omnibus, qui sub lege ceu pædagogico cohercerentur. Hi nunquam possunt à uacillatione & dubitatione liberificari, nec unquam trāquillas recipere conscientias, nisi mittantur ad Christum audituri Euāgelium de gratuita peccatorum remissione in Christo, quæ sub Christo credētib; sine conditiōe aut operū aut dignitatis offertur gratuito.

De libertate à qua alieni sunt legis discipuli, loquitur Ioannes: Si filius uos liberauerit, uere eritis liberi.

De pace conscientiarū scribit Apostolus ad Romanos. v. Iustificati igitur fide, pacē habemus in Christo Iesu. Hanc pacem legis discipuli habere non possunt.

De gratuita remissione scribit Lucas cap. xxi. ubi inquit Christus: Regnum dei nō uenit cum obseruatiōe: Ergo nec iustitia, quæ est pars regni illius. Et ne huius iustitiæ participes esse possunt

discipuli Ioannis seu legis.

Ve igitur discipuli Ioannis ac legis à uacillati-
one ac dubitatiōe liberentur, tràquillas cōsciētias accipiāt: tādē & gratuita iustitiæ socij fiant,
opus habē: quod mittatur ad Christū, qui suo Eu-
angelio liberat à seruitute legali, donat pacē cō-
scientijs, & confert gratuita iustitiā credentibus.

Et ne quis imaginetur sibi, Ioānis discipulos
non hēsitate neq; dubitasse, aut intrāquillas con-
sciētias habuisse, postremo iustitia uera caruisse
is obsecro uertat oculos ad doctorem Ioānem
& doctrinam eius. Nihil enim certius est, quā
Ioannem prædicasse legem. Nā pœnitentiæ præ-
dicator fuit. At quid est, uel legē, uel pœnitentiā
prædicare quā uulnerare consciētias, irrequie-
tas & intrāquillas reddere ex cognitione pecca-
torum. Si quidem legis propria officia sunt, indi-
care peccatum & augere, ad Romanos. iij. & v.
unde postea sequi solent in tranquillē, uacillātes
& dubitantes consciētij, quę audent & legi &
legis auctori indignari. Ad Ro. iij. Lex iræ efficit.

Obiectio.

Cum lex seu legis prædicatio tanta mala exci-
tat: ergo prædicatio legis omittēda est, & statim
festinandum ad Christum.

Responsio.

Lex per se non est mala, neq; prædicatio legis,
alioqui peccasset Ioannes legis prædicator. Sed
est prædicatio legis primus gradus pueniēdi ad

Christum. Lex enim cognitum facit peccatū, & peccatum cognitum auget peccatum, auctum adigit ad desperationem: Ast presente desperatione adest occasio circumspiciendi pro medico, hic offertur Christus, huic creditur, fides impetrat tandem remissionem peccatorū. Et hoc est illud, quod præcepit Christus Matthæi ultimo suis discipulis: Prædicare sub nomine meo pœnitentiam & remissionem peccatorū, Et hoc sibi uult his uerbis Paulus: Lex stabilitur per fidem, hoc est, fides non tollit prædicationem legis, sed potius illā ut aliquo modo causam requirit. Nam sine pœnitentia non potest fides subsistere, imò sine pœnitentia non potest utiliter prædicari Euangelium: quare & Christus Matthæi ultimo prædicationem pœnitentię & remissionis peccatorum coniunxit. Et in hoc Euangelio miris encomijs commendat Christus prædicationem Ioannis de lege seu pœnitentia. Quamq̃ hoc ualde est uerum, prædicationem pœnitentię sine annexa remissione peccatorum gratuita, esse meram carnificinam & fontem desperationis.

Monet itaq̃ primus hic locus in missiōe discipulorum Ioannis ad Christum, quis finis sit prædicationis legis. Videlicet ut uulneratus lege, aperiat tibi occasio ad eū ad Christum. Præterea ne prædicatores legis conscientias apud se retineant, uerum ablegent ad Christum, ut in fide confirmētur & à peccatis liberētur. Quamq̃ nō dubito discipulos Ioannis à suo præceptore sa-

tis fuisse instructos & de Christo ac fide in Christum, tamen hæc instructio per se nõ ualuit tranquillare consciẽtias, & illas à uacillatione liberare, donec ad Christum ipsi ablegati, audirẽt Christum loquentem & per Euangeliũ atq; effectus eius consolantem ipsos.

In uinculis.

In quæ cõiectus erat ab Herode, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris, quam dicebat iniuste apud se retinere Herodem, idq; contra legem naturę & Mosis. Leu. xvij. Non reuelabis turpitudinem uxoris fratris tui.

Opera Christi.

Quę faciebat docendo & sanãdo hoĩes, post quã iam ceperat officiũ, ad quod missus erat. Opera Christi signãter dicit Matthæus, ut scias quid potissimum audiendum sit de Christo, non persona, qualis illa existat, parua ne an magna, graci-
lis ne an procera: uel ideo etiam, quia persona considerata sine operib; seu officijs nihil uuat.

Mittit duos de discipulis suis.

Suis emphasim habet, q. d. matthæus, eos discipulos missos ad Christum, qui legis erant discipuli, frigidi adhuc ex prædicatione legis, uacillantes, hæsitantes, dubitantes &c. Pertinet huc quæstio superius tractata de causis ablegationis discipulorum Ioannis ad Christum, nimirum ut redderentur certiores, consolarentur & confirmarentur à Christo & in eum finem confiteretur Io-

annes Matth. iij. se baptizare aqua, quæ frigida facit pectora, & opus habet calefactore Christo.

Ait illi.

Ioannes per discipul o

Tu es, qui uenturus es.

Ex promissione. In Græco est *ὁ ὅτι ἐπεξόμενος*, tu es ille uenturus, uel ueniens, uel es tu qui uenit, ut intelligas neq; Ioannem per discipulos, neq; discipulos dubitasse aut ignorasse Christum uenisse: tātum interrogasse discipulos, quibus igno-
sus erat Christus, an ille sit, qui uenit.

An alium expectamus.

Præter te nunc præsentem.

Et respondens.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus proponit nobis media, è quibus cognosci uult Christus: ea sunt: uerbū audirum & effectus uerbi, quos operatur uerbū, tum in anima, tum in corpore. Et hoc sibi uult responsum Christi ad discipulos Ioannis: Ite & renunciate Ioanni ea quæ auditis & uidetis. Cæci uisum recipiunt, & claudi ambulant & c. Pulchre autem reducit Christus in secundo hoc loco, suo responso, à sua persona, discipulos Ioānis interrogātes de persona, ne in persona hæreāt, ad officia personæ, sine quibus psona Christi nihil prodest, & sic ad eo ipsum uerbum, quod unā cum officijs Christi considerandum est, relicta persona.

Docet igitur hic secundus locus, è quib⁹ medijs,

seu rebus Christus cognosci uult, & in quibus rebus seu medijs: uidelicet ex uerbo & in uerbo, ex effectib⁹ uerbi & in uerbieffectibus. Vnde nunc certa definitio noscēdi Christi dari potest.

Quid ergo est noscere Christum? Respondeo. Noscere Christū est per auditū uerbi eum noscere, quur uenerit & quid bonorū suo aduentu adtulerit. Et sic noscere Christū est eum suis officijs apprehendere, quod is ille sit Christus, qui cæcos uenerit donare uisu, claudos in pedes erigere, leprosos mūdare &c. Ad hāc notitiā abducit Christus discipulos Ioānis, & hęc dicta uult esse certissima signa, ē quibus cognosci ipse uult, & quibus uult, ut alijs se confirmet.

Cæterum quā prorsus prostrata iacuerit hęc notitia Christi sub regno Papæ, nunc dicendum uenit, ut uel inde æstimemus felicitatē nostram, quā per reditum Euangelij hisce temporibus accepimus, in quibus cœpit uera ex uerbo, & effectibus uerbi, notitia Christi prodire. Omnes enim nos scimus, quā nihil prorsus instituti fuimus in prædictis medijs cognoscendi Christum. Quid enim minus docebatur passim in ecclesijs apud Papistas, quā Christum, ē uerbo & effectib⁹ eius noscendū esse? Quare ergo Papatus rectissima appellatiōe & est uocata sepe, & adhuc uocat, cōscientiarū carnificina, in qua nō esse cruciabāntolim, & etiā nūc cruciatur cōsciētiae legis cornuti, & irregetis ex p̄dicatiōe legis fructibus. Porro docet secūdus hic locus: ut nō uult

Christus nos hærere in sua persona, exemplo discipulorum Ioannis, quos à sua persona auocat ad uerbum & effectus uerbi: ita uult quoq; ut in nullius hominis quãtumuis etiam sancti persona hæreamus, sed ut in personis uerbum dei, gratiam acceptã & officia, ad quæ diuinitus missa sunt, consideremus, id quod etiam paulo post audiem * in cõmedatione Ioãnis à Christo facta.

Euntes & renunciate.

Reducit Christus discipulos Ioannis à persona ad uerbum & officia.

Quæ auditis & uidetis.

Audire ad uerbum refertur seu doctrinam, uidere ad effectus Christi seu officia seu opera.

Cæci uisum recipiunt.

Allegat Christus congeriem officiorũ suorum ex Esaię cap. lxi. de promptam, ne quis anxius sit de illius officijs, & hęsitabũdus cogitet de effectibus seu operibus, è quibus uult cognosci Christus. Verba apud Prophetam nonnihil uariant, sensus idem est.

Nota inter hæc Christi officia, & doctrinam seu uerbum, & uerbi effectus connumerari. Item obserua in singulis his miraculis duo concurrere infirmitatẽ præcedẽtem, & effectũ qui sequitur Christum medicum.

Cęcitas infirmitas est: Visus effectus Christi medici, Item infirmitates tã corporis quã animę intelligi hic possunt. Vsus omnium horũ esse

Etuum seu miraculorum Christi est, ut inde potentiam Christi, officium & philanthropiam discamus.

Effectus singuli causæ sunt præsentia Christi, & quæ testantur de Christo & ad notitiam Christi abducunt, ut cæci uident.

Ergo præsto adest Christus. Ergo Christus est, quem uidetis. Et sic de reliquis, ut: pauperes Euangelizantur: Ergo Christus adest.

Et beatus est.

Epiphonema, quo beatos prædicat Christus, qui simpliciter credunt uisis & auditis de Christo, neque offenduntur uilitate personæ Christi. q. d. Christus, hæc quæ ex me auditis diuina sunt uerba, et quæ uidetis diuinæ potentia opera sunt: igitur cum uidetis uilem hæc meam personam, ne offendamini, ne mea opera, uel Satanæ uel alijs rebus adscribatis, ne dererreamini à fide, à uerbo, et ne dubitetis me esse uerum Messiam.

In me.

Vili & contempta mea persona.

Illis autem abeuntibus.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus hic incipit, in qua docemur sane de optima doctrina, quæ monet nos de necessitate prædicationis. ipsius legis, et de necessaria præparatione, qua per legis ac poenitentia prædicationem præparauit Ioannes Christo aptos et

idoneos discipulos, ad uere et cum fructu suscipiendum lætum illud Euangelij nuncium.

Quidã sunt in ea opinione, sed falsa, quod credunt ad Euangelij prædicationem, amplius non opus esse prædicatione legis aut pœnitentię, nedeterreantur conscientię, quę solari tantum debent.

Quidam admittunt prædicationem legis, sed ita, quando inuehatur in Papistas, et alioqui miferos monachos, cum autem audiunt se legis prædicatione tangi, indignantur. Et tales sunt hodierni oscitantes Euangelici, qui primum riserunt, cum audirent papistarũ uicia carpi, nunc furiosum ululantur, quoties audiunt suam oscitantiã culpari.

Horum igitur opiniones confutat tertius hic locus, qui docet Christum, seu Euangelij prædicationem non tollere prædicationem Ioãnis de pœnitentiã seu lege, imò stabilire. Commendat enim in hoc loco Christus prædicationem Ioannis, quem constantem prædicatorem probat, qui non quouis doctrine uetero agitatur, sed constanter sine omni hypocrisi exequitur suum in prædicando officium. Causa uero commendatę à Christo prædicationis Ioãnis hæc est: Quia sine pœnitentiã nemo potest ad Christũ peruenire. Siquidem in pœnitentiã cognoscitur nostra infirmitas, qua cognita, aperitur nobis aditus ad Christum, infirmitatis cognite medicum.

Quare, quia Christus commendat Ioannem & doctrinam eius, ideo certũ est, prædicationem

legis seu pœnitentiæ esse et utilem et necessari-
am. Deinde quia Christus commēdat constanti-
am Ioānis, igitur relinquit omnibus prædicato-
bus exemplum imitandi constantiam Ioannis,
ne prædicatores statim quouis uento doctrinæ
patiātur se à ueritate auelli. Item: quia Christus
uestitus & externæ uitæ mentionem facit, admo-
net prædicatores sanctimonix, uitæ & modesti g.

Ad turbas.

Ne suspicarentur Ioannē de doctrina sua, aue
Christi addubitare, q̄ misisset discipulos ad Chri-
stum. Deinde ne cogitaret turba, Christum im-
probare prædicationem Ioannis.

In desertum.

Vbi prædicabat Ioannes, desertus locus est,
respondens doctrinæ Ioannis, per se ferientis de-
sertas conscientias.

Arundinem.

Exemplo arundinis inconstantem.

Hominem mollibus uestitum.

Excusat Christus Ioānem ut adulatorem &
hypocritam, qui aliter corde sentiat de sua do-
ctrina aliter loquatur ore.

Mollia ponit Christus ut certissima signa hy-
pocriteos & adulationis. Argumentū est à signis.

Ioannes non gestat mollia:

Ergo Ioannes non adulatur in sua doctrina.

Ecce,

Attentionis particula, qua ostendit Christus, ubi liceat reperire adultores illos, qui in uera doctrina proponēda adulantur principibus. Et hi adultores reuera aulici sunt, & prædicatores aulicæ uitæ dediti atq; studiosi.

Prophetam.

Qui ex singulari reuelatiōe docet uolūtatē dei.

Etiam dico plus.

Quia hic testatur uenisse Christum, quē alij uenturum prædicabant.

Hic est enim.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Actiologia est hic quartus locus, quorū Ioannes plus sit, quā ppheta: Ea uero sumpta est à testimonio præsentis Christi, quo præsentē testabatur Ioannes Christum. Est uero in hoc loco quarto usus prædicationis legis considerandus, qui est parare Christo uiam in cōscientias.

Nam sine prædicatione legis non aperitur peccatum, peccato non cognito, non potest adesse occasio ad fidem, sine fide autem non apprehenditur Christus, qui uero fide nō apprehēsus, non potest mederi, imō nec uult etiā, cōsciētis. Quare merito dicimus usum prædicationis ipsius legis esse, præparare uiam Christo in cōscientias: Est autē Christo præparare uiam, per prædicationē legis, homines ducere ad cognitionem peccatorum, p̄pria infirmitatis & imbecillitatis est oīa

Obſtacula, quæ Chriſto conſolatori & purifica-
tori conſcientiarum impedimēto eſſe poſſunt,
tollere, qualia ſunt obſtacula, propria iuſtitia,
ſanctimonia, fiducia in opera &c.

Monet igitur & hic quartus locus de neceſſi-
tate et utilitate legis ſeu pœnitentię, ſine qua non
patet aditus ad Chriſtum.

Nuncium meum.

Nuncius uocabulum officij eſt.

Ante faciem.

Te præſente. *Kurz für dyr her?*

Præparabit uiam.

Officium Ioannis eſt, præparare uiam domi-
no Chriſto. Præparatio uero non tantum in ex-
ternorum uiciorum mutatione conſiſtit, ſed lõ-
ge potius in deſiſtione impietatis cordis.

Ante te.

Te præſente, ut ſuprà: ante faciem.

IN EVANGELIUM

IO ANNIS PRIMO, DO-

minica quarta Ad-

uentus.

Textus hodierni Euangelij ꝑ ſe facilis eſt, illis
maxime, qui iã norūt, quid discriminis ſit ſeruan-
dū inter ipſum uerbū & miniſtros uerbi, & in-
ter Chriſtū ſaluatorē ac inter præcones Chriſti
ſeruatoris. Tandē inter myſteria dei, & illorum

dispensatores. Verbum solum seruat. Est enim potentia ac uirtus dei. Ad Ro. i. Psal. cvi. Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos de interitibus eorum. Ministri simpliciter sunt istius uerbi, quod seruat, dispensatores. Christus saluator est potentissimus, qui est hæres naturalis omnium bonorum dei, qui est deus, per quem secula condita sunt, qui est splendor gloriæ, & expressa imago substantiæ dei. Ad Heb. i. Item Christus est, in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Ad Col. ij. Prædicatores uero testes sunt huius potentissimi Christi & præcones. Sic in hodierno Euangelio exëplo suæ personæ loquitur Ioannes, de prædicatoribus, quod ipsi neque sint uerbum, neque Christus, sed uoces clamantes in deserto: Dirigite uiam domino. Talem uocem clamantem & se proponit Apostolus. i. ad Co. ca. iij. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei, quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiat &c. Hoc itaque discrimen scire inter uerbum & ministros uerbi, & inter Christum & testes eius ualde prædest, ut intelligamus, per qualibus personis haberi sint prædicatores. Dii sane non sunt, nec angeli, nec extra mundum homines: homines inquam sunt in mundo uiuentes, infirmi, peccatores et reſta cæa uascula, sicut eos appellat Paul. ij. ad Co. iij. in quibus deus thesaurum suorum mysteriorum reconditum habet.

Et hoc discrimen uel ideo urgendum esse puto.

ne denuo prolabamur ad illā stultitiam, in qua aliquando fuimus, cum ex sanctis faceremus intercessores. Nā hæc sine dubio causa fuit apud seculum prius, quod ex ignorantia prædicti discriminis homines eò fuerint prolapsi, quod sanctos nō dubitarint in Christi locū cūstituere atque illis intercessionis honorē adscribere. Vere igitur prodest, superius dictum discrimen tantumquam in promptu tenere.

Obiectio.

Ergo in nulla æstimatione aut honore habendi sunt prædicatores uerbi.

Responsio.

Sunt in æstimatione & honore habēdi. Sunt enim duplici honore digni, qui præsent in doctrina, teste Apostolo. i. ad Timotheum. iiii. sed tantum ratione officij, quia prædicant uerbum, quia testantur de Christo, & quia dispēnant mysteria dei. Ast uerbū ac Christus, separari debēt, à prædicatoribus, sicut & officium illorū. Quare Ioānes in hoc Euāgelio diligēter discernit suam personā & officiū à uerbo ac Christo. Quē admodum & Paulus in initio. iiii. capi. i. ad Corinthios, ubi cogitur Apostolus discrimen facere ministrorum à Christo ac uerbo. Si quidē Corinthiij miris modis suspiciebant aliquas personas, quas præferebāt Paulo, ratiōe sanctitatis. Eghaud scio, an ad aliud malū p̄cliuiores sumus,

quàm ad prærogatiua sanctorum & extollenda & propaganda, nec id mirum est, si nãq; in illud uicium incidere potuerunt Corinthij, tam fideliter ab Apostolo instituti, quid nobis timendū erit? Imò hodienuc sub Euangelio non desunt, qui mirabili studio hærent in personis.

Postremo prodest præfatum discrimen inter uerbū & ministros, inter Christum & testes eius temere, idq; ob uitanda pericula, quæ puenire solent inde, quando ministri ministris præferuntur, quando unus magis suspicitur, quàm alij, & quando de prærogatiuis ministrorum certatur. Quod malum pene Ecclesiam Corinthiacam deleuit olim. Nec desunt hodie in Ecclesia istius mali horrenda ac periculosa exempla.

Summarij loci.

- 1 Synceri prædicatores, exemplo Ioannis, nihil sibi arrogāt, ultra suum officium, quod est testari de Christo, dispēsare mysteria dei, & Christo parare uiam.
- 2 Sapientes mundi & iustitiarij uicti in cōscientijs de ueritate uerbi, tamen nō desistūt uexare personas prædicatores, & eos persequi.
- 3 Veritas confitenda est, non solum corā amicis Euangelij, uerum etiam coram infensissimis hostibus, quales tum erant pharisæi, Leuitæ & sacerdotes ad Ioannem missi.

Et hoc est testimonium.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus in exēplo Ioannis differit de discrimine habēdo inter prædicatores & ipsum uerbum, inter testes Christi, & ipsum Christum personam, de qua testificantur testes prædicatores. Et monentur prædicatores, hoc primo loco in exemplo Ioannis, ne uel ipsi de se arrogantibus sentiant quā officij dignitas postulat, uel alijs permittant sentire, Ridiculum esset & plangne stulum coram mundo, si nuncius aliquis magni alicuius regis, p̄ ipso rege se uēditare uellet. Stulcius & magis ridicule agerent, qui nuncium regis, pro ipso rege amplecterentur atq; susciperent. Nam nuncius præcursor regis, nō præmittitur ad urbem aliquam, ut pro rege suscipiatur, sed ut parer omnia, ne ubi uenit rex, illi aliquid obstaculo sit, aut minus paratum. Ita & Ioānes in primo huius Euangelij loco, non uendit se pro Christo, nec p̄ illo, qui aliquid dominij aut iuris habet in uerbū, uerū cōfiteretur simpliciter se esse p̄paratorem nunciū uenturi Christi regis.

Relinquit itaq; Ioannes exemplū non solum prædicatoribus, quomodo de se sentire debent uerū multo magis & auditoribus uerbi, ne hæreant in personis prædicatoribus, quasi ipsi tales sint, qui uel Christus existant: uel aliquid iuris in Christum, aut uerbum, aut conscientias habeant, quemadmodum olim hærebant in personis Corinthij, quorum unus dicebat se Pauli esse, alter Apollo, tertius Cephæ, quartus Christi: Ad quos inquit Apostolus: Nū diuisus est Christus?

Num Paulus crucifixus est pro uobis: aut in nomine Pauli baptizati fuistis?

Quæ personarum consideratio seu potius eleuatio, postea eò abduxit Corinthiorum ecclesiam, & mutuis dissensionibus pene corrueret.

Ego ualde timeo, ne nobis idem accidat, quod olim Corinthiis, quorū ecclesia in uarias sectas concisa fuit, propter eleuationem quarundam personarum prædicantium apud illos Euangelium. Voco autem hic personarum eleuationem, qua unam personam præferimus alteri, unū alio sanctiorem iudicamus, & ipsum uerbum spectamus è personis: quæ mala sectarū præludia sunt, & concordie in Ecclesia perituræ certum indicium. Nec scio presentius esse medium, quo possit Satan tollere uerbū, quàm si fecerit nos denuò doctrinā metiri ex personis, quasi uel ideo uera sit doctrina, quia ab hoc uel ab illo prædicat. Docet igitur Ioannes præter alia in primo hoc loco, quo uerbum metiamur ex sua natura, nō ex personis, quæ illud prædicant. Hæc fallere possunt, illud non potest.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ In secundo loco, pertinaciā mundi & iustitiariorū cernere licet, qui sine dubio ex multis testimonijs Ioannis prius prædicatis, certi erant, & uicti in conscientijs, quod ipse non esset Christus, sed testis Christi atq; præcursor nunciatus: tamen cum uident se nihil posse cōtra doctrinam Ioannis, relicta hac, ad personam Ioannis se conferunt, ut illum molestent atq; tribulent, uel ut

Ex subinde renouatis quaestionibus illaqueene
Ioannem, aut eliciat contrariū aliquod circa pri
ora responsa. Sic hodie accidit, sapientes mundie
& iustitiarū septissime uicti in cōscientiis de uerū
tate: tamen pulchrum esse ducunt simul & incur
dum molestare personas prædicatores ueritatis
Si fortassis liceret reperire dignum aliquod repre
hensione, & ut prædicatores in re aliqua menda
cij coarguerent.

Quæstio uero, qua utuntur sapientes mundi
& iustitiarū contra prædicatores pios, dilemma
est, hoc est, rotundum & callidum cōsiliū, quo
utrimq; aliquis clauditur, siue adfirmet siue ne
get propositum. Talia & hodie omnia illorum
argumenta sunt, qui adoriuntur ueritatē suppri
mere & perdere personas de ueritate testificātes.

Ast cōsolatoriū hoc est, sapientes mūdi & iusti
tarios asturis & callidis suis cōsilijs nihil effice
re posse. Præterea exēplo Ioānis, psonis prædicato
ribus, statim in promptu esse quo se explicant.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus dignus obseruatu in hoc Euan
gelio est, ut prædicatores uerbi constāter confi
teātur ueritatem, nō solum coram amicis Euan
gelij, sed etiam corā hostibus: neq; sinant se deter
teri magnorum hominum auctoritate, aut illo
rum blandicijs auocari à ueritate.

Sed magna res, hominum magnorum aucto
ritate nō terri, sacerdotum, Leuitarum & pha
risæorum iustitia & probitate non commoueri,

denique tantorum hominū blandis & amicis uer-
bis non uocari in dubium, ut dubitemus de uer-
tate uerbi: Verum licet prædictæ personæ & res,
omnium maxima sint à ueritate auocamenta,
tamen longe superat illa, non moueri, aut saltem
adfici ram magnis nominibus, & appellationi-
bus: quales sunt, Christus, Helias & Propheta.
Paucissimi forte reperirētur hodie in mundo,
qui tantis titulis non uocarentur ad arroganti-
am. Papa Ioannem nō est imitatus, quum iucun-
dom simul & magnificū iudicaret, Vicarius Chri-
sti appellari, Pulchrum esse duxit Frācisus, uoca-
ri effigiatus Christ⁹. At quid multis uerbis opus
est: donum dei singulare habent, qui constanter
perdurant in agnita ueritate, neq; ab illa sinunt
se auocari per prædicta auocamenta.

SE QUITVR EXPLICATIO TE- XTVS.

Et hoc est testimoniū.

¶ Non est dubium, uel ex hoc primo capite
Ioannis, et ex reliquis Euāgelistis, quod sæpe an-
testatus sit Ioannes de Christo, quod is exi-
stat uerus Messias, qui promissus legitur in pro-
phetis & nunc præsens est: se autē præcursorem
nuncium illius Christi &c.

Quare hic cum patribus non est rixose asseue-
randum, an hoc testimonium primū aut secun-
dum aut tertium fuerit. Sufficit nobis, quod Eu-
angelista uoluerit hoc testimonium, ut in signi-

ns inter cætera hic adscribere. Nam hoc testimo-
niū non extat in scriptura, à Ioanne testatū con-
stantius & audacius.

Quando miserant Iudæi.

Tentādi & illaqueādi causa potius, q̄ ut de ue-
ritate edocerentur: q̄ sine dubio prius ex multis
prædicationibus Ioannis tenebant rarissimam,
tantum ut personam molestarent, cuius doctri-
nam carpere non possent.

Vt interrogarent eum:

Causa millionis à Iudaïs factæ.

Tu quis es?

Interrogatio dilemma est. Nam utrū respon-
det Ioannes, captus est interrogantium iudicio.

Et confessus est, & non negauit.

Magna emphasis est in uocibus his, commen-
dans constantiā Ioānis, quam multis effert Chri-
stus Matth. xi, Et excusans Ioannē ab omni ar-
rogantia alienissimum.

Et confessus est.

Repetitio exaggerat constantiam Ioannis, &
extenuat arrogantiam.

Non sum ego Christus.

Exponit Euangelista, quid sit confessus Bap-
tista, uidelicet se non esse Christum, Ioānes potius
ad mentem interrogantium respondet, quā ad
formam interrogationis. Sperabant enim certo
Baptistam nihil minus facturum, quā q̄ debe-

ret se Christum negare. Prodest hic exponere,
quid sit Ioannem non esse Christum.

Et interrogauerunt.

Frustrati optato in animis respōso. Verissimi
leest missos ad Ioannem peritissimos fuisse in
lege, & quod hac interrogatiōe de Helia respe
xerint ad locum Malachię ultimo: Ecce ego mit
tam uobis Heliam prophetam &c. Negat uero
Ioannes se Heliam esse, quantum ad personam
attinet, interim non ignorabat se esse Heliam spi
ritu & uirtute Helie, sicut Christus de Ioanne lo
quitur Lu. i. Ad uitādam igitur arrogantiam nescit,
q̄ aliās scit. Relinquit autē sacerdotes & Leuitas
incertos, q̄ ex doctrina atq̄ adeo ex effectibus
eius debebant Ioannem Heliam cognouisse.

Es tu propheta ille,

Negat se prophetam Ioannes, quia noui Te
stamenti doctor erat. Iuxta illud Matth. xi. Lex
& Prophetę usq̄ ad Ioannē, id est, p̄dicante Ioā
ne cœpit gratia annūciari uniuersa omnibus ho
minib⁹, cœpit abrogari lex, cœpit Ecclesia abire
ad Gēres. Ex p̄nomine ille credūt qdā alludere
missos à Iudicis, ad p̄phetā Deu. xviij. p̄missum.

Quis ergo es?

Non facile desistūt, qui illaqueare student.

Quid ergo facis de te ipso.

Post q̄, neq̄ Christus, neq̄ Helias, neq̄ p̄phera
esse uis, quę tamē nomina cōmendat scriptura.
Quid igitur nunc de te ipso dicis? quem te nunc

sine auctoritate scripturæ facis?

Ego uox clamantis.

Respondet tandem Ioannes, quis sit, ne det sacerdotibus & Leuitis occasionem male sentiendi de doctrina sua & officio. Respondet uero ex scriptura, ut ostendat certitudinem doctrinæ & officij sui. Separat Ioannes hoc responso se à Christi persona & officio.

Ioannis est dirigere & parare uiam dñi, hoc est, prædicare, ut omnis mons & collis coram Christo humilietur, & omnis caro scænũ fiat, & omnis gloria eius, quasi flos cãpi. Esa. xliij. Nam hæc tribuit Esaias officio Ioannis proclamanda.

Dirigere uiam domini est, obstacula & impedimẽta omnia tollere, quæ possunt impedire aduentantem Christum regẽ. Potiora autem sunt obstacula, impietas animi, propriæ iustitiæ & sanctimonix psuasio, fiducia in opera &c. Dirigere nõ potest tantũ ad immutationẽ morum externæ uitæ trahi, imò longe magis ad immutationem animi & interiorum uiciorum.

Pulchre huc quadrat collatio medici & egroti. Egrotus nõ studet ad modũ externo ornatui, sed cũ audit uenturũ medicũ detegit sua uulnera.

Obserua & hic finem prædicationis Ioannis, legis, & pœnitentiæ, qui tantũ est pparare uiam dño.

Sicut dixit Esaias.

Signãter allegat testimoniũ pphetæ, ne uideat suũ officium sine auctoritate scripturæ suscepisse.

D iij

Et qui missi fuerant.

Et hæc signanter addu Euägelista, ut explicet, qui fuerint sacerdotes & Leuitæ missi ad Ioannem: nimirum pharisæi: hoc est, sanctissimi & maximi operarij.

Et interrogauerunt.

Exemplum cæcitatæ est in missis ad Ioannem, qui cum uolunt uideri periti in scripturis, tamen ignorant, quis sit Ioannes, de cuius officio expressum uerbum habent in scripturis.

Cur ergo baptizas.

Aur cæci non intelligunt missi ad Ioannem scripturam, aut inuidi nolunt alligatâ tribuere personæ Ioannis, aut quia pertinaces urgent interrogare Ioannem, ut tandem eum capiant, illaqueant & reprehendant. Baptismus Ioannis si gnus erat pœnitentiæ extra morem legis, quæ runt igitur scripturæ auctoritatem, qua probet suum baptismum Ioannes.

Si tu non es Christus.

Apparet, quod summo studio sacerdotes & Leuitæ, item spe summa expectarint, quò Ioannes confiteretur se Christum, ut inde haberet iustam occasionem damnandi. Si tu non es Christus, id est, promissus sacerdos & rex ad instituum nouum regnum in Israel, & ritus nouos.

Ego baptizo aqua.

Ioannes non ad formam oblatæ questionis responderet, uel ideo fortassis, quia paulo ante

mirato testimonio ex Esaia, uidebatur sibi satis declarasse, quod officium suum esset in scriptura fundatum. Iam probato officio, non erat opus signum huius officij probare. Verum separatum suum officium ab officio Christi, ut denuo uel ex hac separatione ostendat, quis sit, scilicet non ipse Christus, sed præcursor Christi ad parandam Christo uiam, baptisate aquæ ad baptisma spiritus, à Christo exercendum.

Ego baptizo aqua, id est, doceo mortificationem earum rerum, quæ impediunt aduenientem Christum gratuito & sine conditione aut operum aut dignitatum iustificantem. Item doceo penitentiam, perterrefacio conscientias peccatorum cognitione, & madidas ac frigiditas facio, quæ nisi Christus refocillet, excitet & calefaciat igni atq; spiritu sancto, frigore enecantur & pereunt. Baptismus aquæ signum est mortificationis seu penitentiae, ite doctrinæ & officij Ioannis

Sed in medio uestrum stat.

Iam præsens.

Quem uos nescitis.

Nescire uultis, certis causis impediti.

Ipsè est.

Cõmendatio Christi & dei & hominis ueri.

Qui cum me sequeretur.

Iuxta reuelationem & incarnationem.

Antecessit me.

Quia deus uere ab initio apud patrem existens.

Cuius ego non sum dignus.

Nihil minus in te agnoscat Ioannes, quam arrogantiā: Adeo quod ne quidem satis aperte sibi uendicat, quod illi scriptura tribuit.

Soluere corrigiā proprie referri debet ad ministerium uerbi, ad quod se nullo modo dignū adierit esse, ut uel in animo seruiat Christo.

IN EVANGELIUM
LVCAE CAP. II. DOMI-
nica natalitiorum
Christi.

Hodiernum Euangelium prorsus stultum est iudicio carnis, adeoq; plenum offendiculis. Quis enim sub tam uili apparatu natiuitatis Christi, tam potentem regem prodire crederet: nempe saluatorem totius mundi & institutorem regni spiritualis, in quo rex Christus regat unā cum subditis suis credentibus, ad non peritura gaudia.

Ast sic stulte ac ridicule agit deus in omnibus suis operibus, ut mundum carnali sapiētia praeditum stultificet, perdatq; sapiēciam sapientū, & intelligentiam intelligentum, Esai. xxix. Et. i. epistol. ad Corin. cap. i. Ceterū ut nunc mundus tantū respicit ad ea, quae ludūt circa natiuitatem Christi, externa: ita hypocritae, qui speciem uerę religionis gerūt, in natiuitate Christi, nihil aliud, q̄ circūludentes circūstantias & miseria

intuentur, quas cum miris laudibus extollant, exaggerant & amplificant, credunt se natiuitatis Christi usum probe attigisse. Sic hactenus impij Papistę, hypocritarũ more hærentes in rebus externis, in hodierno Euangelio, præter circumstantias locorum, personarum & aliarũ rerum obiter accidentium nihil admirati fuerunt: uidelicet quantã miserã tulerit Christus, quantis doloribus adfecta fuerit diua Maria, & in quantis curis steterit Ioseph ille miser, neglecto uero atq; proprio natiuitatis usu, qui potissimũ in contemplatione nostrę miserię consistit, quę sũbuimus causam rãtarũ calamitatũ in Christo.

Methodus abusus circa natiuitatem

Christi apud hypocritas Papistas.

Definitio.

Abusus natiuitatis Christi, apud hypocritas Papistas, est externa tãtum cõsideratio mysteriorum Christi, dolorũ Marię & curarũ Ioseph.

Causa.

Causa huius abusus est, iudiciũ rationis, quod docet contristandũ esse cum tristibus, & compatiendũ cũ patientibus ac dolore adfectis.

Partes.

Plura sunt huius abusus gĩa. Alij em̃ deplorant locũ natiuitatis Christi, alij miserias personarũ, alij uilitatẽ tigurioli, in quo natus fuit Christus.

Effectus.

Effectus sunt: plorare, tristari &c. Fines san et cognatę, terror, desperatio &c.

Methodus ueri usus natiuitatis Christi.

Verus usus natiuitatis Christi est, interna ac ex corde cōsideratio seu cōtemplatio, qua Christiani considerant & contemplantur, se esse causam omnium miseriarum Christi, quæ illi uel in natiuitate uel per totam uitam contigerūt. Deinde natiuitatem Christi, Christum natum, miserias, & sic adeo, quicquid in Christo accidit, ad se pertinere, quo impura sua natiuitas humana, expiaretur per natum Christū atq; mūdaretur.

Causæ.

Peccata nostra, quæ occasionem præbuerunt natiuitati Christi.

Partes.

Vna est forma contemplandi natiuitatē Christi, ut nos autores huius calamitose natiuitatis, defleamus, & rursus credamus hanc calamitosam natiuitatē nostra causa contigisse: Nam nobis paruulus natus est, nobis puer datus, Esa. ix.

Effectus & res cognatæ.

Mundare impuram nostram natiuitatē, saluos facere nos à peccatis: Latari, gaudere &c. Esa. ix. Latabuntur coram te, sicut qui latantur in messe &c.

Summarij loci.

- 1 Quo tempore Christus nasci uoluerit, quo in loco, & quomodo.
- 2 Quibus Christus potissimū natus sit, annuntiatus, & quid natus secum attulerit.

9 Quid deo debeamus pro nato Christo, exemplo angelorum & pastorū. Itē quomodo Christus recipiendus sit.

Ex Benedictum à Cæsare.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus propemodum in circumstantiis natiuitatis Christi explicandis, hæret, uidelicet quò tempore, quo ve loco, & qualiter Christus nasci uoluerit, quæ omnia quia simpliciter uerbis scripta sunt, & de forma simpliciter uidentur ordinem tantum historiæ prosequi, igitur nihil mysterij habere apparent. At sane si oculis cordis alius omnia perlustraueris, senties sub his circumstantiis multa mysteria. Primum enim nos monet circumstantia tēporis, de promissionibus patribus factis de uenturo Christo. Tum scilicet aduentū illius appropinquaturum imò præsentem futurum, quando sceptrum de Iudæa foret oblatū, Gen. xlix. Et quādo populus Israël cerneretur gēnili magistratui subiectus.

Noluit autē Christus nasci sub Augusto Cæsare, principe pacifico & bono, ut ostēdere, quæ ille ipse esset futurus rex, nimirum pacificus, non tantum pro sua persona, sed etiam facturus pacificos, hoc est, donaturus homines pace conscientia. Hinc & Esa. capit. ix. appellat eum principem pacis.

De Augusto Cæsare pacifico & bono testatur Gentium historiæ, quod illo regnante, Iani

templum Romæ clausum fuerit, quod solū illis temporibus claudebatur, cum esset in toto terrarum orbe pax. Et fuit hoc templum ante tempora Augusti bis tantū clausum, sub Numa Pōpilio, Romanorum secundo & religiosissimo rege, & si bene memini, sub Bruto Cōsule, qui expulso Tarquinio rege, Romanis libertatē restituit. Et Beda ac reliqui testantur circa natiuitatem Christi ad duodecim annos summā pacem in uniuerso orbe extitisse.

De Christo uero, quod sub tali pace nasci debuerit, prophetæ etiam indicant, ut Esaias ca. xi. Habitabit lupo cum agno, & pardus cum hircudo accubabit. Vitulus, & leo & ouis simul morabuntur &c. Et leo quasi bos comedet paleas &c. Itē. Esa. lxxv. Lupus & agnus pascetur simul &c.

De loco, quod Christus uoluerit in Bethleem nasci, primum ideo factum est, ut ostenderet uel locus humilitatem seu philanthropiam Christi quo sic uel loco ad se alliceret nos.

Deinde oportuit eum nasci in Bethleem: Nam locus hic antea à prophetis p̄ditus erat: iuxta illud Micheę. v. Et tu Bethleem terra Iuda, nequā quā minima es inter principes Iuda. Ex te enim mihi p̄diturus est dux, qui gubernaturus est populum meum Israel.

Qualiter autē natus fuerit Christus, indicat circumstantiæ textus, q̄ in summa paupertate atq̄ miseria in lucem prodierit, quæ etsi nō multum faciunt ad spiritualium rerum usum, tamē inde

Prouocāt nos, ut cōsideremus nos esse tantarū miseriarum causas. Præterea occasionem præbent nobis inquirendi de fine, propter quē uoluerit Christus se tantis miserijs subijcere: nimirum ut nos miseros atq; infelices propter peccata, felices ac beatos faceret, nostramq; natiuitatem plenā peccatis purgaret, sicut describit eam David, Psal. l. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea.

A Cæsare Augusto.

Edictum hoc uulgatum fuit, ut habent historiæ, anno. xxiiij. Augusti regnantis.

Vniuersus orbis.

Synecdoche, pro maxima orbis parte, aut specialiter pro orbe Romano. Constat enim Augustum non habuisse totius orbis regimen, ut patet, quia neq; Armenios neq; Gothos impio pressit.

Hæc descriptio prima.

Nam ante hanc non legitur alia sic facta.

Præsede Syriæ Cyrenio.

Omnes hæc tã locorū, q̄ personarū circūstantiæ primū ostendunt, quo tempore, & sub quo imperatore Christus nasci uoluerit, deinde confirmant historiã.

Et ibant oēs.

Scilicet, & ut sequitur, in suã ciuitatē præfecturæ, ad quã quisque ordinatus erat. Intelligunt præfecturas illas, quales olim multas habuerunt Romani, & quales adhuc landruogtyen ueteres

& Germanico uocabulo uocamus, aut intendit
git per ciuitatem proximam cuiusq; tribus aut
familie urbem.

Ascendit autem & Ioseph.

Obedientie ciuilibus exemplum in Ioseph. Cen-
sus forassis annuus tributus fuit. Notat & hoc
ascensu Euangelista occasionem perueniendi in
Bethleem, ubi debebat Christus nasci, iuxta Mi-
chee testimonium, Cap. v. Et tu Bethleem terra
Iuda & c. Non caret mysterio, & Christum nasci
circa hanc obedientiam ciuilem, & in hac, quod
significaretur Christum non fore talem regem,
qui esset magistratum pulsurus.

A Nazareth.

Quæ Septentrionem uersus iacebat, aliquos
dierum itinera à Bethleem Meridionali.

De domo & familia Dauid.

Ex eadem tribu cum Dauide, ex tribu Iuda,
è qua erat Dauid, qui promissionem acceperat,
1. Samu. cap. vii. Ex semine tuo p. dabitur mihi & c.

Desponsata.

Signanter dicit desponsata uxore, non facta.

Quæ erat prægnans.

E Spiritu sancto, Mar. i. Omnia hæc ita diligẽ-
ter describit Euangelista, Primũ, ut ostẽdat Chri-
stum uoluisse sub matrimonio nasci. Deinde ut
tribus per omnia similem factum, absq; pecca-
to tamen: tertio, quo confirmet historiam.

Et peperit filiū suū primogenitum.

Primogenitū dicit respectu primi partus, nō sequentiū fratrum, quorū nullos habuit Christus iuxta carnē. Hieronymus exponit primogenitū ante quem non est alius genitus: cōtra Heluidium.

Et pannis eum inuoluit.

Summus hic contemptus est & humilitas summa, ut natus Christus ad se alliciat, non deterreat. Deinde ut uilitate hac perdat deus sapientiam sapientum & prudētiā prudentū. *Esa. ix.* Refer huc. i. cap. ad Corinthios epist. i. de uerbo crucis & extenuatiōe uerbi &c. Nota omnia de opera sic stulta, contempta & ridicula esse.

Quod non esset locus,

Aerologia Christi positi in præsepi, Hic uerum fit: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: at filius hominis non habet, ubi caput reclinet. Hęc miseria Christi quanq̄ est magna, tamen contemplata nihil iuuat, nisi te noueris causam esse huius miseriæ, & illam tulisse Christū propter tuam salutem.

Et pastores erant.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus hic locus subindicat, quibus Christus potissimum nasci uoluerit, quibus annunciari, tandem quæ comoda significare permiserit illis, quibus se natū patefecit. Apparatus natiuitatis Christi, ut fuit contemptus atq̄ uilis, & sic omnia, quæ circa hanc natiuitatem contige-

runt, prorsus nihil magnificentiæ habuerunt: ita uoluit Christus ostēdere, se non sapiētibus mundi natum esse, sed infirmis, simplicibus ac miseris peccatoribus, quibus nihil aut parū humanæ sapientiæ esset, nihil potentiæ, nihil nobilitatis: sed qui essent pastores, insipientes & peccatores. Et his se uenisse, non solum hic docet Christus, uerum & alibi ipse sic loquitur: Matth. ix. Non ueni ad uocandum iustos, sed peccatores: Matth. xi. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis &c. Matth. xi. Gratias agit deo patri, quod Euangelium non reuelauerit sapientibus mundi, sed insipientibus. Et tales uocatos esse & electos, multis testatur Apostolus ad Corinthios. i. epistola cap. i. Non multi sapientes &c. Ex horum igitur numero sunt hi pastores contemptissimi coram mūdo, his significat se natum esse Christus, & ut credant, mittit ad illos angelos, qui reuelent hoc, & simul edoceant, quæ bona & quos thesauros ihs secum attulerit, nempe salutem animæ.

Nec immerito uoluit Christus, se primum manifestari pastoribus, & illis annunciari per angelos totius Euangelij bona. Nam si sapientibus mundi, ut Cæsari Augusto, sacerdotibus & scribis, se reuelasset primum, illi natum Christum pro ridiculo habuissent, neq; credidissent, uilitate personarum, locorum & apparatus offensi, qui foret esse saluator mundi, immo pro nugis

estimassent nūcium ad se missum. Siquidē mundani reges, non in stabulo nasci solent, non potni in præsepi, non gigni ex paupercula muliere. Ast in regalibus aulis cum magno ac splendido apparatu, cum pompa magnifica, è parentibus regio genere nobilitatis &c. facillimum uero ofensi fuissent sacerdotes, scribæ & reliqui iudaici populi primates, qui regem suum Messiam in magno apparatu expectabant.

Duo itaq; in primis docet hic locus secundus: Cōsolatur infirmos & peccatores, ne desperent gratiam propter suā indignitatē, sed sciant Christum propter infirmos ac peccatores uenisse, cuius rei exemplum habemus in pastoribus. Deinde monet de commodo, quod Christus sua natiuitate attulit, hoc est, saluare homines à peccatis.

Vigilantes & custodientes.

Nihil minus expectātes, quā reuelationem Christi, Excluditur meritum, & commendatur gratia.

Etece.

Et particula ecce notat Euangelista gratiam, ac excludit meritum, q. d. Antequam quicquam pastores cogitarent de aduentu angeli, & antequam quicquam fecissent pastores p̄ angeli aduentu. Significatur & hic natura Spiritus sancti operantis per uerbum, quando nihil minus futurum cogitamus. Ioan. iij. Spiritus ubi uult spirat, & uocē eius audis, sed nescis unde ueniat.

Et timuerunt timore magno.

Adumbratus est hic duplex uerbi usus, alter
 quod terreat, alter quod consoletur. Terror ori-
 tur ex indignitate nostra, qua exēplo pastorum
 cognoscimus tāta claritate, quam hic angeli se-
 cum apportant, indignos esse. In angelis expres-
 sum est officium uerorum prædicatorum, quod
 est uerbo terrere, & statim cōsolari rursus, Et-
 iam iuxta illud Christi Math. ultimo. Et prædica-
 te sub nomine meo pœnitentiam & remissio-
 nem peccatorum. Sic & Christus Math. iij. cœ-
 pit prædicare pœnitentiam unā cum remissione
 peccatorum. Resipiscite, quoniam appropin-
 quat regnum cœlorum: quibus omnibus uide-
 mus & locis & exemplis confirmari duplicem
 uerbi usum, qui ex mādato Christi diuidi ab in-
 uicē aut separari omnino nō potest, aut discindi.

Nolite timere.

Vox Euangelica, qua eriguntur conscientie
 pœnitētia territę. Et quicquid solacię habet to-
 tum Euangelium, in his uoculis situm est: Noli-
 te timere.

Ecce enim:

Aetiologia quare non sit timendū, sumpta à Chri-
 sto nato saluatore. Enthymema, est:

Natus est uobis Christus saluator:

Ergo nolite timere.

Gaudium magnum opponit angelus timori
 Timor effectus est pœnitētię seu alterius pat-

tis pœnitentiæ ipsius contritiōis. Gaudium magnum effectus Euangelij est, seu fidei alterius in pœnitentia partis, quam sequitur gaudiū, pax & trāquillitas. Ad Ro. v. Iustificati igitur fide &c.

Gaudium magnum & illud dici potest, quod longe excellit timorem in pœnitentia, immo ad quem hoc gaudium, ne conferendum quidē est.

In uoce euangelizo expressum est hoc magnum gaudium Euangelij effectus. Sonat enim Euangelium letum nūcium, & hoc ipsum letum nuncium, est gaudium illud magnum.

Quod erit omni populo.

Credenti: Ioan. i.

Quia natus est uobis.

Ætiologia, explicat angelus, quod sit magnum illud gaudium, seu potius à qua persona, & propter quam ueniat. Ea est Iesus saluator Christus & dñs. His uocibus ostendit Euangelista angelus, quare nasci uoluerit Christus in hūc mundum, & quibus, item: que sint eius officia & qualis erit rex. Nimirū, qui uenit saluare populum à peccatis, regere & conseruare potenter cōtra Satanam, peccatum, mortē &c. In uoce saluatoris notatur proprium Christi officium à Zacharia cap. ix. præscriptum.

Christus unctum & legitimum regem uocat: quomodo uero unctus sit, indicat Psal. xliiij. Dominus potentiæ & dominij uocabulum est.

Sensus itaq; est huius loci, Christum natum esse saluatorem à peccatis, & rectorem ac defensionem contra peccata, potentem, & ne quis de uocatione dubitaret aut potētia, legitimum & unctum oleo lætitiæ &c. ipsal. xliij. hoc est, gratia Spiritu sancti uirtuteq; præditum.

In ciuitate Dauid.

Confirmatio à circumstantia loci. Ciuitatem Dauid uocat, uel quod ex ea ortum traxerit Dauid: uel quod Bethleem istius regni ciuitas fuerit, cui præfuit Dauid: uel propter promissionem de nascituro Christo ex semine Dauid in terra Iudæa, factam. Nam Bethleë terræ Iudæe ciuitas fuit.

Et hoc uobis signum.

Alia confirmatio à signis. Et docet hic locus apertissime, quis signorum usus sit: nimirum nos infirmos in fide confirmare, ad fidem erigere & suscitare. At hoc dignum hic obseruatum est, qualia sunt plerumq; signa, quibus deus utitur in confirmandis infirmis consciētijs: ea contēpta sunt ac plena offendiculis. Quid em̄ contēptius hoc signo, quo cupit hic confirmare angelus pastores? Ait enim: Inuenietis infantem panis inuolutum & positum in præsepio &c. Item quid contēptius atq; stultius fuit signo circumcisiōis? Quid ergo mirum, cum ita contēpta sint signa, etiam si hodie quidam nostris signis offendantur, qualia sunt baptismus & eucliaristia.

Et subito facta est.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus docet, quid deo exēplo angelo-
rum & pastorū p nato Christo debem⁹: itē q̄mo-
do Christus suscipiendus sit, & quare apphenden-
dus. Exēplo angelorū & pastorū debemus deo
patri gratiarū actiōes, q̄ Christus uenerit omnē
bushominibus pacē consciētīq̄ daturus. Sic ange-
li annunciatō commisso Euangelio pastoribus,
prorumpunt in gratiarum actiōes, precantur
pacem siue bonam uoluntatem inter homines,
& optant omnibus, quo natus Christus id effici-
at in hoibus, ut consulāt boni omnia, siue pro-
spera siue aduersa, eaq̄ credant beneuola dei uo-
luntate accidere.

Exemplo pastorū ad easdem gratiarū actiō-
nes inuitamur, nisi quod & doceamur in exēplo
pastorum, quomodo natus Christus suscipien-
dus sit. Verbi hęc est potētia, quod statim mutet
corda, etsi non statim firmam fidē suppeditet, ta-
men aut imitari aut obstupescere aut conferre
inter se facit suos auditores, que quidē res primę
causę seu occasiones sunt perueniendi ad fidem.
Et dum ita audito uerbo inter se conferunt ho-
mines, sensim ac sensim germinatur fides: hęc
quanquam primum infirma est, tamen pellit, ut
experiamur uerbi promissa, & faciamus pericu-
lum de ueritate uerbi. Sic pastores ex audito uer-
bo incipiūt cōferre inter sede audiitis ab angelo

fidem aliquam concipere, unde accipiunt occasi-
onem abeundi post Christum, exploraturi uer-
bi ueritatem. Et dum ueniunt in Bethleem ad
Mariam, & inueniunt uerbum Angeli de nato
Christo uerum esse, concipiunt fidem firmam
& apprehendentem omnia de Christo ab ange-
lo dicta: nimirum quod saluator sit, Christus
& dominus.

Hec nunc non est ociosa, sed statim profilit in
gratiarum actiones, prædicat uerbū, & hac præ-
dicatione inseruit proximo, quò & ipse peruenit
at eò, ut suscipiat uerbum, credat Christo, & illi
us laudes decanter.

Præscripta itaq; est nobis in tertio huius Eu-
angelij loco, certa forma perueniendi ad fidem,
qua postea recipitur natus & annūciatus Chri-
stus. Primum enim oportet audire uerbum, ex-
emplo pastorum. Inde conferre & disputare de
uerbo, quod ubi fit, incipit fides pullulescere &
reuera esse granum synapis, quod licet paruum
& admodum exiguum sit, tamen pellit pro ex-
ploratione uerbi auditi, ut uel certus fias de ue-
ritate ac promissis uerbis, aut prorsus incertus.

Postea ubi ueritatem uerbi experimur, uide-
mus Christum in præsepi positum, hoc est, no-
stra causa hominem cōtemptum factum, ut nos
iustificaret: suboritur tandem firmior fides, quæ
ne ociosa atq; inefficax esse cernatur, ostendit se
gtatam primum erga deum, laudando & com-

mendando: Deinde & proximo inservire incipit, ut & ipse ad Christū peringat.

Quid igitur nunc decet homines exemplo pastorum, quando illis annuntiatur Christus per verbum? Respondeo: Conferre debent de verbo. Fidem erga verbum concipere, non diu deliberrare de veritate verbi, abire & explorare veritatem verbi, exploratam firmissime credere, gratum se ostendere, prædicare laudes verbi, alios hac prædicatione ad credendum allicere.

Ex primitur & intertio hoc loco natura veræ fidei, quæ cū experitur veritatē verbi, circumludentibus eventibus, circumstantijs, fortunis, & contemptu non offenditur.

Est & ordo iustificatiōis in pastoribus expressus. Cuius exemplar & in Abrahamo habemus Gene. xij. incipiens & durans per reliqua sequentia aliquot capita. Et Apostolus ad Roman. x. præscribit eundem ordinem iustificatiōis, quomodo ex audito verbo peringamus ad iustificationem.

Et subito facta est.

In maiorem confirmationem pastorum.

Militiæ cælestis.

Angelici cætus, seu congregationis.

Laudantium deum.

Pronato Christo salvatore.

Gloria in excelsis.

Congratulatoriū seu gratiarum actiōis car-

mē, quo gratias agūt angeli deo pro nato Christo saluatore & congratulantes hominibus pro tanto beneficio, quod in illos contulit deus per filium suum natum. Summa igitur huius carminis in duabus rebus consistit. Primum agunt angeli gratias deo. Deinde precantur hominibus pacem conscientię & bonam uoluntatem.

Pacem uero conscientię, ut natum Christum cum fructu suscipiant. Bonā uoluntatem, ut sciunt omnia boni consulēda esse, quę uel propter hunc Christum, uel propter uerbum eius nobis accidere possunt.

Pastores loquebantur ad inuicem.

Loqui & conferre de audito uerbo, secundus est gradus ad iustificationem. Est autem loqui, seu conferre de audito uerbo, effectus potentię uerbi, quod statim mouet corda, & facit ea disputare de uerbo,

Transeamus ad Bethleē & uideamus.

Transire, uidere & experiri de audito uerbo, tertius est ad iustificationem gradus, & effectus alicuius fidei. Verbum hic Hebręorum more significat certam famam & rumorem certum, promissum & nuncium angeli.

Quod dominus ostendit nobis.

Verba fidei ad explorandum auditum uerbū urgentis.

Festinantes.

Et festinare fidei effectus est, non diu delibe-

antis aut moram texentis, Quartus gradus ad iustificationem.

Et inuenerunt.

Commēdatur his ueritas auditi uerbi, quam quia explorantur de facto, firmissime nunc cōperunt pastores credere. Nota fidem inuenire, quod quærit, & apprehendere, quod se apprehendere certo confidit. Inuētio hæc effectus est sequens ueram fidem. Circumloquitur hæc inuētio iustificationem, quam quærit fides & inuenit. Nota & ueram fidem non offendi uilitate apparatus Christi.

Videntes autem.

Effectus seu res cognatæ ueræ fidei nunc sequuntur, quæ non potest esse ociosa, sed festinat ad opera & ostendit se gratam. Et hæc opera cōmirantur fidem iustificantem, & ad hæc opera conduntur & iustificantur iusti. Ad Ephē. 1. Cōditi ad bona opera. Docemur hic, quæ sint ueræ fidei opera bona & præcipua, nimirum gratiarum actio & prædicatio uerbi, ut inde & alijs cōuertantur.

Quod dictum esset de puero hoc.

Quod esset saluator, Christus & dominus.

Et oēs qui audierunt mirati sunt.

Effectus potentiae uerbi admiratio hæc est, quam gignit uerbum in animis hominum.

IN EVANGELIUM

LVCAE .II. DOMINICA

proxima post natiuitatem.

A Vdiuimus elapsis hinc ferijs, quis u-
sus sit incarnationis Christi, quidque
commodi natiuitate sua atque incarna-
tione nobis, qui caro & sanguis sumus
ac in peccatis cōcepti & nati, attulerit Christus:
Item quibus primum natus uoluerit annuncia-
ri, nimirum pastoribus & Magis, hoc est, homi-
nibus gentibus, contemptis & infirmis coram
mundo, ut sic statim hac annunciatione osten-
deret, qualis ipse esset rex futurus, & quorū cau-
sa porissimum nasci uoluisset. Et quia prima ma-
nifestatio Christi Gentibus facta est, magna no-
bis inde consolatio fuit, qui ex Gentibus cōuer-
sumus, ut confirmemus nos de uocatione no-
stra, qua contigit nobis aditus ad Euangelium
Christi, & qua sumus facti populus dei, qui quō-
dam populus dei non eramus, alieni à Republi-
ca Israelis, extranei à Testamentis promissionis,
spem non habentes, deoq; in hoc mundo caren-
tes, Ad Ephe. ij. Certi autem nunc, quod nos la-
pides olim, sicut Gentes intelligit Ioannes per
lapides, Matth. iij. Dico enim uobis, quod deus
possit efficere, ut ex his lapidibus surgant filij
Abrahamo &c. Facti sumus filij Abrahamæ ex gra-
tia dei, etsi non fuerint nec patres nostri, nec su-
mus nos filij Abrahamæ secundū carnem. Spectat

huc cap. lvi. apud Esaiam, quod promittit Gentibus profelytis consolationem, quanquā non sint de semine Abraham.

Nec dubitandum est, pastores illi & Magi, qui bus prima Christi manifestatio contigit, an fuerint ex Gentibus, nec ne. Nam sic legitur Hag. ij. Commouebo cælum & terram, quando uenies desideratus omnibus Gentibus, Quod factum est, nato Christo, quando tota multitudo militiæ cælestis commota fuit, ad laudandū deum, & dicendum: Gloria in altissimis deo &c.

De terræ commotione certos nos facit fama nascituri & nati Christi, ad reges Tharsis, hoc est ad Magos, & ad ipsos Romanos. Nam legitur in historijs, quod Augustus Cæsar, siue nunc id ex diuina reuelatione, siue aliter accidit, indictū relinquo, eodem die, quo natus est Christus, mādaui, ne quis se dominū deinceps uocaret. Fortassis diuinans uerū dominū ac principē orbis terrarū natū esse. De Magis loquitur Psal. lxxi. Reges Tharsis & insulæ munera offerent &c.

Porro ut ut sit, certi tamen sumus, primā manifestationem Christi nati Gentibus esse factā, siue pastores siue Magos spectes.

Ceterum, ut nunc ualde est consolatorium, Christum natum primum apparuisse Gentibus & multum facit ad confirmationem, qua certi sumus de nostra uocatione, quod simus populus dei, ita e contra inuitat hæc prerogatiua Gentis, ut exemplo pastorū & Magorū & fide susci-

pianam Christum, & pro tantis prerogatiuis beneficijs, deo patri natoq; Christo gratę sint. Pastores abierunt Bethleem, fide susceperunt Christum & notum fecerunt uerbum, quod illis dictum erat de puero Iesu, scilicet quod esset saluator, Christus & dominus, sic ipsi grati fuerunt deo, & simul prædicatione auditi uerbi inuitarunt alios ad fidem. Magi similiter crediderunt Christo. Si quidem prostrati adorauerunt illum. Adorare uero effectus seu gestus fidei est, testificans de fide presente. Postea obtulerunt illi munera, aurum, thus & myrrham, quæ opera fuerunt ueræ fidei.

Nos igitur si pastorum & Magorum exemplo, ad similem modum grati erimus deo pro Christo nato, manebimus populus dei, sin minus, eadem fortuna nobis continget, quam ingrati Iudæi experti sunt. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, sane ne nobis non parcat, timendum est, Ad Romanos. xi.

Præter dictam manifestationem, qua Christus primùm Gætibus se manifestauit, adhuc altera est, qua se cognitum fecit Iudæis, & de hac loquitur hodiernum Euangelium cum præcedenti textu, quando Christus in templum delatus, & à Simone nomine homine iusto ac pio susceptus, tum inquam omnibus, qui adfuerunt, innotuit Christus, ut salutare illud diu ante in prophetis præmissum, & quod debebat esse lumē ac reuelatio Gentium & plebis Israël. Hoc die impleri cœperunt omnes prophetiæ de uenturo Christo. Hoc die cœpit in priorum Iudæo

rum auribus hæc uox increbrescere. Esa. lx. Surge & illuminare Hierusalem, quia uenit lumentuum & gloria domini super te orta est.

Ad hanc manifestationem pertinent omnes promissiones de Christo sanctis patribus factæ, quas hoc die completas nunciauit Simeon cantico suo congratatorio: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum &c. Ex hoc nunc congratatorio carmine occasionem sumit hodiernum Euangelium. Nā pater & mater Iesu audientes hoc de Christo encomium, incipiunt statim admirari, & altius apud se tam magnificum præconium expendere.

Summarij loci.

1. Pauci sunt, qui agnoscunt Christum eum esse quem suo cantico prædicauit Simeon: Pater & mater Iesu tantum admirantur dicta, reliqui tum presentes in templo, aut nō curarunt aut secure contempserunt. Commendatur & hoc loco potentia uerbi, quod facit patrem & matrem Iesu admirantes super dicta Simeonis.
2. Christus ad duos fines natus & missus est, ad ruinam & resurrectionem multorū, & ad signū cui omnes homines contradicent.
3. Ratio commendandi sanctos ab effectibus fidei est in exemplo Annæ prophetissæ.

Erant pater & mater.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Proponit nobis primus locus paucitatem

eorum, qui Christum natum aut susceperunt, aut eum pro promisso Messia agnouerunt, Nā sine dubio cum Christus à suis parentibus duceretur Hierosolymam, & sisteretur in templo coram domino, cum consuetis sacrificijs iuxta consuetudinem legis, multi tum adfuerunt, tam è propinquis, quàm ex alijs, sicut fieri solet ad publicos & solennes ritus. Nemo tamē consideraui Christum puerum esse Messiam promissum, exceptis paucissimis, Simeone prophetæ de Christo & parentibus Iesu. Consolatur uero nos hæc paucitas contra scandalum corēpti Christi, qui etsi à paucis agnoscatur & suscipiatur, tamen est Christus saluator & filius dei altissimi. Et sicut Apostolus ait priore ad Corinth. cap. i. Potentia dei, illis qui credunt in eum.

Porro docet hic locus, quæ sit potentia uerbi in mouendis hominum animis. Apparet enim ex toto capite secundo ipsius Lucæ, ante hanc parentum Christi admirationem, parentes prioribus miraculis & dictis, quæ circa natiuitatem Christi acciderunt, non admodum fuisse commotos, fortassis quia externa plerumq; fuerunt, aut quia non considerata corde, aut etiam considerata, ut de Maria legitur, eodē capite, Maria autē conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo, tamen non adeo commouerunt.

At pater & mater cū audiūt uiuam Simeonis uocē ex ipsissimis prophetarum fontibus, de officio & usu Christi disputantem, admirari cōpe-

runt & corde credere ea, de quibus antea uel dubitarunt, uel quæ pro incertis habuerunt.

Et hæc admiratio efficacissimi uerbi effectus est, quod si non plus efficit in auditorum animis, tamen saltem uel admirari, uel obstupescere, uel conferre eos facit: quæ opera & effectus uerbi, raro aut nunquã sine fide esse possunt. Quod enim admiratur animus, quin illud & credat etiam non est dubium. Et hoc sibi uult Esaias suauaticinio ca. lvi. Verbum non reuertetur ad me uacuum, sed faciet, quæcunq; uolui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

Cæterum præter id, quod indicat primus hic locus, quæ sit potètia uerbi, & quos hoc effectus gignat in animis suorum auditorum, relinquit & nobis in parentibus Iesu, meditandum usum effectuum uerbi, qui est cõfirmare ac certas reddere de ueritate uerbi conscientias. Nam pater & mater Christi, ex uerbo, quod audierunt ex Simone de Christo, non solum admiratione conceperunt, sed etiam confirmati fuerunt. Verum cū effectus uerbi duplices sint, quorū tamẽ unus est usus, scilicet ut confirment conscientias de ueritate uerbi, quidam interni & quidam externi, quos & miracula externa & interna eodem sensu dixeris, iã quæstio oritur, utra potiora sint & plurius faciendã. Certum est ex Euãgelica historia, quod sub principium propagati Euangelij, Christus suum uerbum multis externis miraculis confirmauerit. Deinde & potestatem dede

rit apostolis, confirmandi idē uerbum per multa externa miracula Matth. x. Et dedit illis potestatem &c. Verum ne in perpetuū hæreremus in externis miraculis, ex quibus certificaremur de ueritate uerbi, unum signum seu miraculum omnibus hominibus post se reliquit Christus, ad quod qui non crederet uerbo, nec si ceterum alia externa miracula uiderentur, crederet: hoc autem est mors & resurrectio Christi, sicut ait ipse Matth. xij. huic generationi non dabitur illud signum, nisi signum Ionę pphetae, quod est per typū mors & resurrectio Christi. Est uero hoc miraculum internū, quod sola fide intelligitur. Huic miraculo interno accedunt & reliqui effectus interni, quos gignit uerbum in conscientijs suorum auditorum, ad confirmandos homines de ueritate & promissis uerbi: & hi effectus, quidam propiores sunt, quidam remotiores. Remotiores sunt, quales esse possunt admiratio, stupor, collatio de uerbo & similes, quibus effectibus nihil frequētius occurrit in Euangelistis, quando præcipientes miraculis Christi per potentiam uerbi exercitatis, uel admirantur, uel obstupescunt uel conferre incipiunt de uerbo causa mirationem. Et ne longius adducā exempla, admittentibus Christi, & paulo ante hodiernum Euangelium, coeperunt pastores conferre de audito uerbo ab Angelo, de nato Christo puero. Propiores sunt uerbi effectus, & cum fide magis

coniuncti, qui & fidei effectus dici possunt, quales sunt pax, gaudium, tranquillitas conscientie. Hi sunt uerissimi & efficacissimi uerbi effectus. Hi sunt de ueritate uerbi, & doctorū ipsius cōfirmare debent: his qui non imitatur, ut credat uerbo, & ex his statuat de uerbi ueritate, is nūquam crederet uerbo, neq; statuet de ueritate uerbi: quare & Christus Matth. vñ. uolens nobis certa signa præscribere, ut cognoscendi pseudopphetas, & confirmandi nos de ueritate uerbi proponit internos nunc prædictos propinquo- res uerbi effectus. Et ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, hoc est, ex effectibus doctrinæ, q. d. Christus: Si uultis cognoscere, qui sine falsi prophetae, à quibus moneo, ut caueatis uobis, animaduertite in effectus doctrinæ, qui si fuerint ficus & uua, hoc est, pax & tranquillitas dulcissimi consciētiæ fructus, probati erunt doctores illi, sin minus, sequentur illorum doctrinam prædicti effectus, improbatu erunt & falsi. Item si placet cognoscere, q̄ uerū sit uerbū, animaduertite in effect⁹ q̄ si, p̄ uenerint uua & ficus, hoc est, pax & tranquillitas cōscientiæ, uerū ac syncerum erit uerbum, aliās falsum & deprauatū.

Nostrō hoc seculo ualde uociferantur aduersarij uerbi, & petunt à nobis externa miracula, per quæ confirmemus eos de ueritate nostræ doctrinæ: Quibus paucis sic respōdemus: Illi uident & cognoscunt omnia interna miracula & internos uerbi effectus: item habent mortem &

resurrectionem Christi postremum & efficacissimū miraculū, ad confirmandū consciētiās de ueritate uerbi, ab ipso Christo relietā. Vident inq̄ & cognoscunt hodie, admirari hoīes nostram doctrinam, obstupescere ad illam, & de illa perquam libenter conferre: item experiuntur ad nostram doctrinam consciētiās trāquillare & pacificari: his igitur internis miraculis, qui non credunt, nec crederent etsi mortui exuiscitarētur aut supernaturalia aederentur à nobis miracula.

Mirantes,

Admiratio hæc effectus est potentiz uerbi à Simeone de Christo dicti.

Et benedixit illis.

Precatus est illis felicem cum puero Iesu successum, sicut fit, quando ad nouam prolem omnia bona optamus.

Ecce positus est hic.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

¶ Secūdus locus ait de finali usu Christi & in quem finem uenerit: nimirū alijs in ruinam, alijs in resurrectionem, alijs in salutem; alijs in damnationem. Et sicut Apostolus ait i. ad Corinthios. i. ut illis, qui pereunt stulticia & offendiculum sit, credentibus uero potentia dei. Itē. ij. ad Corinthios. ij. His qui pereunt in odore mortis ad mortē, illis autē, qui salui fient, in odorem uitę ad uitā. Item sicut Christus ait Mat. xxi. de

lapide reprobato ab ædificantibus. Et qui ceciderit super lapidē illum cōfringetur, super quē uero ceciderit, conteret eum. Videtur autem hic Simeon singulariter reseruatus à deo fuisse, ut quàm magnifice de officijs & finali Christi usu uaticinaretur. Non uero caret mysterio, quod Simeon in hoc potissimum occupaus sit, ut officia seu finalē usum Christi, pponat tā sollicitè, nō contētus in superiori cātico illo cōgratulatorio, Christū saluatorē ostendisse, nisi nunc repetat eum futurum: alijs in ruinam & signum cui contradicetur: alijs uero in resurrectionem.

Hæc autem omnia ita facit Simeō, ut tamen per omnia diuinitatis & maiestatis uocabula negligat: forassis quo doceat, diuinitatem & maiestatem Christi sine officijs & finali usu eius, nihil prodesse, aut potius terrori quàm solacio esse.

Porro nec hoc mysterio caret, quod Simeō de officio & finali usu Christi loquens, tantum Marię loquatur: sine dubio, quo significet paucissimos futuros, qui officio Christi meliores reddentur, aut qui illius finalis usus de resurrectione participes fient.

Cæterū q̄ cōiungit Simeō in finali Christi usu, & ruinam & resurrectionem, ideo factū esse putato, ut describat totum Christum, qui & qualis futurus erit toti mundo. Nam in hunc natus est, & huic missus. Verum cum in mundo duo sunt hominum genera: alijs qui credunt & adherent Christo: alijs qui offensi uilitate & personę Christi &

uerbi, non credūt Christo neq; adherēt ei, igitur nunc uidendū est, quibus hominibus Christus sit ruina, & quibus resurrectio. Ruina fuit olim & adhuc hodie est, ipsis Iudæis & Gētib; seu toti mūdo incredulo. Resurrectio fuit olim & adhuc hodie est omnibus, tā ex Iudæis q̄ ex Gētib; credulis, Sed peculiariter loquitur Simeon Christum Israelitis postum in ruina & resurrectio nem: propterea quod in prophetis de lapsu Iſra el, & de seruandis reliquijs, passim multa extant, & quia Iudæis factę sunt promissiones de Christo. Predicatione uero ruine allusit Simeō ad re iectionem Iſraelis, occasionem aliquando futu ram conuersionis Gentium, de qua consule A postolum ad Romanos. xi.

Vocabulo autem ruine allusit ad lapidē Chri stum, de quo scribit Dauid psalm. cxvñ. quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in ca put anguli, & quia Iudæi reprobauerunt hunc lapidem fundamentum totius populi Iudaici, se quita est postea ruina, non aliter ac si domus in uniuersum corrueret.

Ast abscepro quæ causa fuit istius ruine? Re spōsio: Hæc fuit ingratitude Iſraelis erga Messi am aliquando uenturū tum tēporis. & erga præ sentem, qua meruit ruina ac resurrectionem perpetuā: ita quod Christus Iſrael factus sit pro saluatore, occasio perditionis pro gloria in glo ria, pro resurrectione, ruina, & pro lumine ipsæ tenebræ. Et ne quis miretur, quomodo tam de-

lectus dei populus fuerit reiectus, & quomodo potuerit tam religioso populo ruina fieri Christus, is sciet, tantę ruine occasionem inde uenisse & euenire potuisse, quia Israel offensus fuit uilitate personę Christi, quem credidit uenturum mundanorum regum more, in summa pompa & magnificentia apparatus.

Ceterum hic locus de ruina, nō solum ad Israel pertinet, quem scimus uilitate personę Christi offensum fuisse, & eam ob causam reiectum. Ea ruina factus est Christus & Gentibus, si large acciperis uocabulum ruinae pro causa offendiculi ex uilitate personę Christi. Nam sic Christus Gentibus factus est stultitia. Priore ad Corinthios primo.

Postremo ut & alterā partē uaticinię Simeonis, de finali usu seu officio Christi explicemus, quę predicat eum futurum resurrectionē multorum in Israel: quibus ergo uerbis ostendit Simeon, tamen aliquot ex Israel seruatum iri, quos seruandos Esa. cap. x. reliquias uocat. Ait enim: Si fuerit numerus filiorum Israel, ut arena maris, reliquię saluę erunt. Et capite .i. Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, ut Sodoma facti fuissetus, & Gomorrhę assimilati. Habuit itaq; deus suos in Israel, quibus Christus factus fuit resurrectio, salutare, gloria & lumen.

Iuxta canticum Simeonis, & hi fuerunt semen Abrahamę secundum promissionem. Ad Romanos. ix.

Verum ut nunc ruina ad gentes pertinet, ita quoque & resurrectio.

Siquidem quos uocauit deus, non solum ex Iudeis uocauit, uerum etiam ex Gentibus ad Ro. ix.

In ruinam.

In occasionem ruendi. Nam quod Iudæi perierint & reiecti fuerint, occasio illius fuit lapis Christus, quæ reprobauerunt Iudæi ædificantes.

Et resurrectionem.

In occasionem resurrectionis & salutis. Nam quod quidam ex Israel seruari sunt, illis occasio salutis fuit Christus, quem fide receperunt.

Multorum in Israel.

Excipit reliquias, de quibus uide Apostolum ad Romanos. xi.

Et in signum cui contradicetur.

Contradictio hæc effectus est, quæ sequitur eos, quibus Christus factus est ruina. Signum contradictionis dicitur Christus, contra quem & contrariam cuius doctrinam nemo non putabit se posse aliquid sua potentia, cogitationibus & sapientia.

Ein yder wirdt sich ahn dem Christo vnd seinem Euangelio beweisen wollen / Ein ider wierdt wollen ahn Christo vnd seinem Euangelio meister werden / Et quàm strenue totus mundus id ipsum tentarit & adhuc tentat, in experto habemus. In signū pulchre dixit, quod, non aliter erit

Christus signum contradictionis, quod orbis aliquis suspensus, quem certatim petunt bombardarij suis machinis, Et ut hi telis seu globulis stanneis petunt orbem suspensum: ita aduersarij ueritatis petunt Christum, sua sapientia, potentia, odio, maledictis &c.

Quia & tuam ipsius animam pertrahit gladius:

Hoc est, omnium maximo dolore adficietis, tum uidebitis filium tuum ab omnibus damnari, contemni & reijci. Docet haec translata ab exemplo Mariae ad pios omnes, quantos dolores sentiant cum uident Christum contemni & adfici doloribus. Origenes, gladium uocat passionem Christi, quam dicit per animam Mariae instar gladij trahisse. Alij hinc nugantur Mariam gladio occubuisse, Alij ex uno huius loci gladio septem faciunt, quos dicunt significare septem dolores Mariae &c.

Vt retegantur.

Id est, ut cognoscantur & aperta fiant iudicia & cogitationes humanae in animis hominum de Christo seu Euangelio.

Item ut cognoscantur qui sint filij Abrahae secundum carnem, & filij Abrahae secundum promissionem & fidem.

Locus hic est, contra hypocritas iustitiariorum, qui qualiter sunt affecti erga Christum seu Euangelium non uidetur: patet autem quando Christus & Euangelium predicantur. Ille ut gratuitus saluator & liberator. Hoc ut gratuita iustitiae illius Christi saluatoris laetum nuncium.

Et erat Hanna prophetissa.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus continet rationem commendandi sanctos à posteriori, hoc est, ab effectibus fidei seu iustitiæ, quæ est per fidem. Hic aperit se nunc pene tragica cōsideratio cum operarijs, qui hunc locum ab exemplo Hannæ, tanquam pro trophæo circumferunt, suspendunt & decantant. Inquiunt enim: Hic nūc demū uidemus, sanctos ab externis operibus commendari. Ergo opera iustificanti. Sed quæso obsecro, quid hoc ratiocinandi genere stultius? Opera in exemplo Hannæ commendantur: Ergo opera iustificanti. Quæ hæc est noua Dialectica? Et nos dicimus opera commendari in scripturis: et ipsi supra modum commendamus, nec tamen tribuimus illis iustitiam coram deo ualētem. Verum ut paucis dicam quod res est, sic se habet cum operibus Hannæ. Hæc legitur à tēplo nunquam discessisse, orasse, ieiunijs & obsecrationibus seruasse deo, die ac nocte. Orare autem & obsecrare fidei effectus sunt, iuxta illud ad Romanos. x. Quomodo inuocabunt, in quem non credent? Ieiunia ad penitentiam pertinent, & sunt signa ueræ penitentis. Iam quid mirum hic est, Hannam commendari ab effectibus fidei, quæ cum fuerit iustificata, postea & bonis operibus se gratam deo ostenderit? Sic & nos docemus omnia opera, quæ ex fide procedunt à iustificatis deo gratissima esse.

& optima opera. Hæc uero quia in alijs atque alijs, alia & alia fiunt, nec est certus aliquis operum numerus, immo quæquæ à credentibus etiam uilissima, bona sunt opera, quare de necessario ad sanctorum opera una eademquæ non ligamur imitanda, ad fidem uero ligamur, ut eam habeamus fidem, quam Hanna habuit.

Docet igitur hic locus tertius, opera sanctorum laudatissima esse, & digna omni commendatione, non per se, sed quia ex fide fiunt, ut laudentur & commendentur à præcedente causa ipsa fide.

Et erat Hanna.

Ne ullus sexus desit ad proclamanda officia Christi, incipit & Hanna mulier de Christo saluatore prophetare. Est uero summa huius prophetiæ, Christum iam diu expectatum saluatorem iam præsentem esse.

Fuit & hæc Hæna ex paucis illis personis una quæ Christum saluatorem agnouit.

Commendatio Hannæ spectat ad genus demonstratiuum.

Prophetissa.]

A conditione uitæ.

Filia Phaniel

A genere & stemmate.

In multam ætatem.

Ab ætate. Facit & hæc tam diligens commendatio Hannæ ad confirmationem historiæ.

Et hæc uidua.

A fratu uitæ.

Quæ non discedebat à templo.

A bonis operibus & moribus uitæ ex fide procedentibus. Nunquam discedere à templo, est sedulo orare. Apostolus. ij. ad Timoth. i. In precationibus meis noctu dieq; &c. Commendantur hæc opera in Hanna, ut fidei effectus, sine qua omnia sunt peccata, Ad Ro. xiiij. Ieiunium opponitur crapulæ. Obsecrationes serix & arduæ orationes.

Et hæc ipsa hora superueniens.

Superueniens exponit, quid sit non discedere à templo noctu dieq; pro sedulo. Nam tū cum Christus esset in templo, superuenit, nec adfuit præsens. Superuenit sine dubio ex impulsu Spiritus sancti, sicut & Simeon.

Confitebatur domino.

Agebat gratias.

Et loquebatur de illo.

Prophetabat de Christo, usum & officia Christi exponere, aliud quid locuta sit Hanna non uideo.

Qui expectabant.

Iuxta promissionem patribus & toti Iudaico populo factam. Omnibus scilicet, qui tū aderāt.

IN EVANGELIUM

LVCAE CAP. II. DOMI-

nica prima post Epiphaniæ.

Fortassis non infrugiferum erit, ex hodierno Evangelio indicare discriminē ali- quod inter historias scripturæ & alias illas, quæ leguntur apud gentiles scripto- res, ueluti apud Lium, Thucididem, Iustinum, & alios. Certum enim est, humanam rationē de hodierno Evangelio non aliter iudicare, atq; de historia gētili, ita namq; historico quodam ordi- ne totus huius Euāgelij textus dispositus est, & quasi ad fortuitum quēdam euentum directus, qui casu potius acciderit, q̄ diuina dispositiōe.

Verum si oculos cordis aperueris, uidebis in hoc euentu, qui in pueritiam Christi incidit, non ipsam fortunam aut casum, sed diuinam prouidentiam & uoluntatem regnare.

Quantum igitur attinet ad discrimen histori- arum scripturæ & gentium, euentum sacris li- teris proditorum, & illorum, qui extāt apud Gē- tes, sciendum est, ipsas Gentes impiastruere casui & fortunæ suos euentus, quasi ipsi contin- gant casu & fortuitu. Et quia sic iudicant Gētes de suis euentibus in historijs descriptis. Hinc ac- cidit, q̄ inde nihil admodū meliores reddātur.

Est alia res est cum euentibus in sacris literis proditis, eos adeo nō licet casui aut fortunæ ad- scribere, quod impietatis sit, dicere, tales euentus

accidere casu aut fortuito, imò pro certo adfir-
ere oportet, omnes euentus scripturæ sacræ dis-
positione ac uoluntate diuina contigisse. Sic Da-
uidem affligi, Saulem occidi, Ezechiam libera-
ri, Christum à parentibus amitti &c. Non sunt
euentus temerarij, sed certa ac disposita dei con-
silia: Vnde licet discere curam dei singularē pro-
pijs, timorem & philanthropiam dei, cum in iu-
stis seruandis, tum in iniustis ac peccatoribus pu-
niendis. Hinc exempla illa diuinæ iræ & philan-
thropiæ in utriusq; Testamēti uoluminibus.

Quare & Lucas in euentu hodierni Euange-
lij, quanquã omnia uidētur casu & humanis cõ-
silijs agi, tamē uult, ut hic agnoscamus diuinam
dispositionem & uoluntatem, qua disposuit de-
us sic cuncta fieri cum Christo & parētibus eius
ut ipse inde glorificetur, & nos discamus regnũ
Christi tale esse, quod ab oculis carnis nullo mo-
do consideretur & apprehendatur.

Summarij loci.

- 1 Christus fit legi per omnia subditus, ut nos
à maledictione legis liberet. Hinc adscēdit cum
parentibus in templum &c.
 - 2 Officium Christi præcipuum erat docere &
prædicare, igitur relictis parentibus & omnibus
alijs rebus, strenue exequitur officium, ad quod
missus erat à deo. Esa. lxi. cap. Spiritus domini
super me, eo quod unxerit me. Ad annuncian-
dum mansuetis misit me &c.
- Obedientia erga priorem tabulam, in omni-

bus præferenda est obedientiæ posterioris tabulæ, id est hic exemplo Christi.

4 Doctrina Christi potens & efficax est, ut sicut de uerbo loquitur autor epistolæ ad Hebræos cap. iij. Unus est sermo dei & efficax & penetrantior quouis gladio utrimque incidente, ac pertingens usque ad diuisionem animæ simul ac spiritus &c. Ideo si non profus credentes homines facit, tamē eos stupescere & admirari efficit.

5 Causa crucis præcipua est, subtractio seu absentia Christi.

6 Christi regnum seu officium tale est, quod à mundo non intelligitur, immo ne à pijs quidem exemplo parentum Christi, nisi aliquando illis reueletur diuinitus.

Et ibant parentes eius.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Quia Christus unā cum parentibus ascendit Hierosolymam, iuxta consuetudinem diei festi, hoc est, pasche, ideo in primo hoc loco commode tractari possunt finales causæ, quare Hierosolymam ipse ascenderit, qui rex spiritualis uenerat, & ad erigendum regnum spirituale legi iure non subditus, non peccator iniustus, imo promissus in prophetis abrogator legis, tamen legi se per omnia & in omnibus subiecit. Huius uero subiectionis à uarijs uarijs causæ redduntur. Epiphanius scribit Christum ideo subiecit se legi, ut ipse ueritas figuram finiret, & ut ludæ-

is nulla excusatio esset. Beda dicit ideo Christū se legi subiecisse, ut nobis obediendi uirtutē declararet suo exemplo, & ut eos, qui sub lege positi, & legis onera portare nequibant, sua cōpassione iuaret. Sic enim loquitur de circumcissione. Nos simpliciter cum Paulo, ad Gala. vi. adserimus Christū eam ob causam se legi subiecisse ut eos, qui legi erāt obnoxij, redimeret, quo nos omnes acciperemus adoptione ius filiorū dei.

Decuit autem Christum se legi subicere, quia promissus erat legis adimpletor. Et sicut ipse de se testatur Mat. v. Non ueni soluere legem, sed adimplere. Vbi Christus implere legem, dicit suum officium esse. Quare diligenter finalis causa consideranda est, quare Christus præter suum ius se legi subiecerit, uidelicet nostra causa, ut nos à maledictiōe legis eriperet, & donaret nos gratuita iustitia, sine omni conditione legis. Ad hanc confirmanda seruit locus Mat. iij. de baptisate Christi, cui etiam subiecit se Christus præter suum ius, Ait enim: Ut compleam omnem iustitiam, hoc est, mea subiectione & cessiōe de meo iure, satisfaciā legi loco uestro, ut uos per me habeatis iustitiam sine conditione legis operum & dignitatis &c.

Per omnes annos.

Commendat Euangelista 'parentes Iesu legali iustitia iustos, & obediētes erga legē Moſis.

In die solenni Paschæ.

Iuxta legem Leui. xxiii. & Deu. xvi.

Et cum factus esset annorū duodecim.

Non quod antea nūquam adscēderit eun. parentibus. Cogebantur enim annuatim ascēdere.

Dies festi.

Paschatis scilicet.

Consummatisq; diebus.

Die pasche & sex alijs sequētib; qui & ipsi erant celebres Leu. xxiiij.

Remansit puer Iesus.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus ostēdit Christum Hierosolymæ mansisse, & parentes domum euntes, deseruisse, & quæ huius desertionis causa fuerit, Lucas in fine hodierni Euangelij aperit, qui textus ad hunc secundum locum referendus est: Nimirum quod in medio doctorum sederit, & docuerit eos. Quod quidem factū ad officium Christi præcipuū pertinet, quod est docere: cuius meminit Esa. ca. lxi, Et Christus Matth. xi. ex docendi officio cognosci uult à discipulis Ioannis. Inquit enim: Pauperes lætū accipiunt Euāgelij nūcium. Docerit itaq; nos secundus hic locus de præcipuo Christi officio, qd' est docere. Deinde relinquit Euangelij prædicatorib; exēplum omnia postponendi præ Euangelij prædicatione: nobis uero, qui non docemus aut tanta dona non habemus, exemplum amplectendi aut confitendi Euangelium, alijs rebus relictis omnibus, etiam cha-

rissimis, quales reuera non possunt esse chariores, quam sunt ipsi patres, uel etiam iuxta illud: Qui amauerit patrem aut matrem supra me, non est me dignus &c. Matthei. x. Tertio, quia docet nec hic secundus locus regnum Christi non esse de hoc mundo.

Cæterum quia prædicatoribus Euangelij Christus in doctorem proponitur, multum hic possunt amplificationis gratia à Christi persona ad prædicatores Euangelij deriuari. Christus non temere ingressus se ad prædicandum Euangelium, sed missus est: Igitur nec prædicatores se ingerere debent sine uocatione. Christus docuit Euangelium, doctrinam abhærentem à mundo. Ergo prædicatores Euangelij prædicatione erunt contenti, nec immiscebunt se ciuilibus doctrinis. Christus sedulo ac strenue expeditum suum in prædicando Euangelio officium. Ergo & prædicatores in docendo Euangelio erunt seduli atque diligentes.

Et remansit puer.

Ad expediendum suum officium, ad quod erat missus à patre.

Et non cognouerunt parentes eius.

Quod remansisset Iesus Hierosolymę. Quod uero parentes non anxie quæsiuerint Christum amissum, sequitur causa, quia arbitrabatur esse in comitatu.

Requirebant eum.

Exemplum pietatis maternæ & paternæ in filium Iesum.

Sedentem in medio doctorum.

Notat in Christo strenuam cœpti officij expeditionem.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Circumstantiæ huius euentus de puero Iesu, uidentur postulare, ut certo aliquo loco dicatur hic de obedientia filiorum erga parentes, in rebus ad deum pertinentibus. Spectat uero hic locus circa hoc Euangelium, ordine tertius, ad statum legalem in genere iudiciali, sub quo tractantur leges contrariæ. Obedire enim parentibus lex diuina est, spectans ad posteriorem tabulam. Docere, prædicare, & confiteri uerbum, relictis etiam parentibus & charissimis quibusque rebus, quoque lex diuina est, pertinens ad priorē tabulam, ad legem secundam: Non in uanū suscipies nomen domini dei tui. Hæ leges inter se contrariæ sunt: Nam altera iubet obedire parentibus, altera iubet parentes relinquere. Nunc oritur questio, utra lex præferenda sit. Hæc questio ut soluatur, opus est uulgari illa regula apud Rhetores: Lex inferior cedit superiori. Aut lex dignior præfertur indigniori. Nunc sine dubio nemo ignorat, priorem tabulam præstare posteriori. Docet enim prior tabula uerum deicultū tam interiorem quam exteriorem, & hæc est ta

bula, qua agimus cum deo. Posterior uero tabula docet de operibus in proximum, qui et nullus non iudicio est inferior deo, ita iure ac merito leges, quæ spectant ad deum, præferendæ sunt legibus de charitate in proximum. Sequitur itaque, quod Christus manendo Hierosolymæ, ad exercendum suum officium, quod sibi à patre diuinitus traditum erat, non peccauit. Item certum est, obedientiam erga deum, quæ præcipitur in priorè tabula, esse præferendam obedientiæ parentum in posteriore tabula. Et hæc de obedientia doctrina longissime nunc patet. Si igitur parentes, magistratus, tutores, præceptores & aliæ personæ, quibus ciuilem obedientiam debemus, nos à suscipièdo uerbo arcere uolunt, perpetuo respondendum est. Prior tabula præfertur posteriori. Legitur in historijs de diuo Mauritio, quod semel à Cæsare, cuius bellicus dux erat, uocaretur ad bellum contra Christianos. Respondit diuus Mauritius: O Cæsar, quanquã uerum operam tibi debeam contra hostes tuos, tamen Christianos bello persequi nec uolo, nec debeo. Nam oportet deo magis obedire, quã hominibus.

Porro prædicta regula de discernendis præceptis, utra præferenda sint, non solum conducit ad discernenda prioris tabulæ præcepta, à præceptis posterioris, sed etiam ad præcepta prioris tabulæ à se inuicem dinoscenda. Cæterum quomodo præcepta posterioris tabulæ à se inuicem dis-

cerni debent, uides in sequenti exemplo: Saul. i. Reg. cap. xix. præcipit Ionathæ, quo occidat Dauidem. Verum Ionathas in hoc præcepto non uult obedire paræti, sed monet patrem, ne lauet manus suas in innocentis sanguine. Et ualeat hic regula: Lex de obedientia parentum, magistratus &c. non præiudicat reliquis sequentibus in posteriore tabula præceptis.

Tandem ne quis hinc occasionē accipiat non obediendi parentibus, postquam aut susceperit uerbum, aut cœperit publico uerbi ministerio grauari, is sciat exemplo Christi, parentibus in omnibus rebus obediendum esse, quæ pietatem non impediunt. Nam Christus expedito suo officio, quod à patre expediendum susceperat, legitur in fine hodierni Euangelij, cū suis parentibus in Nazareth descēdisse, et illis subditū fuisse,

Stupebant autem omnes.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus cōmendat nobis potētiam & efficaciam doctrinæ Christi, qui non docet sicut scribæ & pharisæi, hoc est, frigide, sed cum auctoritate & cordiū commotione. Marc. i. Et stupebāt super doctrina eius. Erat enim docēs eos tanquam auctoritate præditus, uon ueluti scribæ. Discernit itaq; quartus hic locus inter doctrinā operum & humanarum traditionum: Et inter doctrinam Euangelij seu Christi. Hæc mouet corda, consolatur, erigit, tranquillat & requiescit

facit, efficit in auditoribus suis, si non firmam fide-
dem, tamē admirari, obstupescere & cōferre eos
facit de audita doctrina, ut testatur hoc exem-
plum presentium auditorum, doctores Christi,
qui obstupuerunt super intelligentia & responsis
eius. Mat. ix. Turbæ, quæ uiderāt, admiratæ sunt
&c. Item eodem capite. Et admiratæ sunt turbæ,
dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel &c. Il-
la scilicet operum doctrina frigida facit pecto-
ra, non mouet, non consolatur, non erigit, non
tranquillat, immo dubitare facit, desperare &c.
De potentia & efficacia doctrinæ Christi, ac syn-
ceri uerbi pulchre scripsit Esaias cap. lv. Sic erit
reuertetur ad me uacuum, sed faciet, quæcumq;
uolui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

Et stupebant.

Stupor unus ex effectibus uerbi est, quē pro-
uocat sua potentia uerbum in auditoribus suis.

Super intelligentia.

Super efficaci uerbi cognitione.

Et responsis eius.

Quæ ex uerbo dabit interrogantibus.

Et uidentes admirati sunt.

Et hæc admiratio in parētibus effectus est po-
tentia uerbi.

Et dixit mater.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.
¶ Ex uerbis Mariæ ad Iesum: Fili, quid fecisti

nobis sic &c, apparet parentes Christi maximo
 mœrore fuisse adfectos, propter amissum Chri-
 stum. Vnde quintus huius Euangelij locus de
 cruce profilit, qui inter alia præcipue nos docet
 de causis crucis, quæ ex amissione Christi oriun-
 tur. Nam dum Christus est apud suos parentes,
 nullam habent crucem; adflictionem, nec dolo-
 rem ullum, qui tam primum accedit absente &
 amisso Christo. Siquidem quatenus apud nos
 habemus uerbum, & quatenus se non subtrahit
 nobis Christus, tranquille & sine cruce uiuimus,
 ubi uero sublatum est uerbum, & Christus sub-
 tractus, coniungimur in dolores & adflictiones.
 Mar. ij. capite. Num possunt filij thalami nuptia-
 lis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quam-
 diu habent secum sponsum, non possunt ieiuna-
 re. Venient autẽ dies, cum ab illis auferetur spon-
 sus, & tunc ieiunabunt. Et Ioan. capite. xvi. ean-
 dem causam crucis his uerbis extulit. Pusillũ &
 non uideris me. Est igitur nunc crux nihil aliud,
 quàm subtractio uerbi, seu Christi amissio ad tẽ-
 pus, ut exercitetur & probetur fides nostra. De
 generibus certi sumus ex præsentẽ euentu, & lo-
 cis adductis è Marco & Ioanne. De effectibus
 certos nos facit Petrus priore epistola, cap. pri-
 mo, & Iacobus capite primo. Sed consolatori-
 um est circa hunc quintũ locum de cruce, quod
 amissus Christus finat se reperire, id quod Apo-
 stolus priore ad Corinthios, capite decimo his
 uerbis expressit. Deus neminem tentat supra ui-

res, imò facit unà cum tentatione euentum, ut possimus sufferre.

Fili.

Vox & amica & blanda & plena adfectuum, lætitiæ, gaudij &c. propter repertū lesum. Sic nos à cruce liberati per uerbum diuina potentia, plerūq; prorumpimus in hæc uerba: Eis bene deus, quid fecisti nobis sic, cur permisisti nos in has atq; illas calamitates incidere? &c.

Ecce.

Quasi de re seria dictura Maria, & de Christi facto non admodum honesto, imò peccato contra obedientiam erga parentes præceptam.

Quid est, quod quærebatis.

Hoc Christi responsum referri debet ad tertium locum supra tractatum, in quo indicauimus quatenus obediendum sit parentibus, magistris &c. Nec aliud sibi uult respōsum hoc Christi, nisi ut prior tabula præferatur posteriori, & obedientia primæ tabulæ, obedientiæ secundæ tabulæ.

Nesciebatis.

Scilicet post tot conciones de meo officio habitas ab angelis, à Simeone, ab Hanna prophetissa &c. Item post unam atq; alteram confirmationem à Spiritu sancto factam, Mat. i. & .ij.

Et ipsi non intellexerunt.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus hodierni Evangelij ostendit regnum Christi & eius officium tale esse, quod à mundo principaliter non intelligitur, deinde à pijs quidem, quales sine dubio fuerunt parentes Christi, nisi aliquando diuina reuelatione innotescat. Et est sane mirum, parentes Iesu non considerare, neq; nuncium angeli annunciantis conceptionem, neq; miracula circa conceptionem & natiuitatem plurima, neq; encomia Simeonis & Hânæ de officijs Christi. At sic ignorans, infirma & plena obliuionis est humana natura in negocijs dei & ita tarda. Tria itaq; exempla in hoc sexto loco, in parentibus Iesu occurrunt: Exemplum ignorantie & cæcitatæ, exemplum humanæ infirmitatis & tarditatis, & exemplum consolationis, quo solemur nos cõtra imperfectionem nostram, ne statim despõdeamus animos, etsi non ita prorsus omnia intelligamus in regno Christi.

Verbum.

De officio suo ante omnia patri præstanda.

Et descendit.

Hæc ad tertium locum supra expositum referri debent. Estq; hic civilis obedientie exemplum in Christo, quam Euangelium non tollit.

Et mater eius conseruabat.

Non habebat ea, quæ circa Christum eueniebant, pro fortuito euentu, sicut reliqui homines.

Nam hoc est in corde seruare omnia &c.

Et Iesus proficiebat in sapientia.

Descriptio educationis & uitę Christi, a puerit̃
tia usq; ad uirilem etatem. Sapientiam intellige
omnia spiritalia dona.

Et gratia apud deum & homines.

Gratiam accipe pro fauore dei & hominum,
uel intellige per gratiam, iustitiã, effectum gra-
tię. Nam sic loquitur scriptura aliã de sanctis, &
Luc. i. de Zacharia & Elizabetha. Erãt autẽ am-
bo iusti ante deum &c.

IN EVANGELIUM

IOANNIS .II. DOMINICA

secunda post Epiphanię,

PRęsentis diei Euangelium, dignũ qui-
dem esset, ut suis numeris, hoc est, perfe-
ctissime absolueretur & tractaretur. Est
enim refertum optimis adeoq; quã plu-
rimis documentis, non minus ad salutem animę
scitu necessarijs, quã etiam ad totius uitę sta-
tum feliciter transigendum utilissimis remedijs.

Sed quia hodiernum Euangelium in uno mi-
raculo potissimum consumitur, & Ioannes Eu-
angelista is est, qui non libenter meminit miracu-
lorum, nisi illa sint & efficacissima & maxima,
ideo prius præfationis loco, de miraculis metho-
dice agam, ut huius Euangelij miraculum probi

us intelligatis, & simul discatis omnium totius
noui Testamēti miraculorum usum, ne mihi to-
ties in Euangelijis dominicalibus & alijs etiam
per annum, in quibus plerumq; miracula occur-
runt, idem repetendum.

Duo igitur media per totam sacrā scripturam
obuiam ueniunt, per quæ deus suā uoluntatem
prodidit à principio mundi, in hac terra, & con-
firmavit homines de eadem uoluntate: ea sunt,
uerbum & signa, Verbum dū incurrit in aures,
operatur fidem erga ea, quæ uerbum promittit,
ut ita per fidem adsequamur uerbi promissa. Si-
gna in oculos incurrun, & prouocant, erigūt &
confirmāt homines ad fidē & in fide, erga pro-
missum uerbum concepta. De uerbo & effecti-
bus eius hic nihil dicam, cum uerbi usum & effe-
ctuum eius, satis multis uerbis tractauimus per
elapsa natalitia festa. De signis uero egimus in
die circumcisionis. His uero duobus iam prædi-
ctis medijs, quibus mundo deus suam uolunta-
tem innotescere fecit, & de eadē uoluntate con-
firmavit, adiicitur & tertium medium: uidelicet
ipsa miracula, quæ siue uerbi effectus, siue res co-
gnatas dixeris, non errabis. Nihil enim aliud sunt
miracula, q̄ effectus qdā, quos operatus est Chri-
stus per potētiā uerbi, dum hic ageret in mun-
do: item quæ operati sunt apostoli & reliqui san-
cti per eiusdem uerbi potentiam: sicut & miracu-
la adhuc hodie, si non multa externa, tamen in-
terna, per uirtutem uerbi peragūtur. Possunt ta-

amen propter usum suum proprium, commodissime comprehendere miracula sub signis, quorum una cum miraculis præcipuus usus est: confirmare homines de uoluntate dei, promissis & ueritate uerbi.

Definitio miraculorum.

Quantum uero attinet ad ipsum uocabulum, intelliges per miracula, res seu facta quædam, quæ præter naturæ cõmunes uires & usum contingunt, quibus trahuntur homines in admirationem aliquam, & de re aliqua confirmantur. A ista definitio miraculorum ex hodierno Evangelio facile colligitur. Nam post ædificum miraculum de uino in nuptiis, leguntur discipuli in Christum credidisse: unde certum est, miracula in sacris literis nihil esse aliud quàm inuitatoria quædam signa ad fidem, per quæ inuitatur & iuuatur non nihil animus, ad credendum promissionibus dei de Christo, & ut confirmentur inde animi de ueritate uerbi seu promissionum dei. Hanc definitionem passim probant Euangelistæ, ubi agunt de effectibus, qui secuti sunt miracula, quod uidentes & audientes ea, occasionem ceperint credendi in Christum.

Causæ.

Quum miracula res sunt, quæ præter usum naturæ contingunt, ut dictum est, natura illorum causa esse nõ potest: quare sequitur, quod facere miracula, uis quædam diuina sit, & supernaturæ.

lis, quam operatur & exercet deus per uerbum suum, quod est uirtus ac potentia dei ad Romanos. i. Et de uerbo, ut causa miraculorum sic scribit Mathæus cap. viij. Et eiecit spiritus uerbo, omnesq; malehabentes sanauit.

Partes.

Miracula, quantum ad causas attingit, unius sunt generis, non autem quantum ad res & personas abiectas, in quibus fiunt miracula. Diuisio igitur miraculorum à rebus & personis ducitur. Quædam fiunt miracula simpliciter ad erigendam & confirmandam fidem erga uerbum, extra personas, & tamen in earum usum, ut sunt miracula in monte Sinai facta circa promulgationem legis: ita pleraq; alia in ueteri Testamento: Possunt & huc referri noui Testamenti miracula à rebus dicta, extra personas, & tamen in confirmationem personarum, ut credant uerbo, & de ueritate uerbi confirmentur: qualia sunt ea, quæ acciderunt circa mortem Christi, & similia, quorum aliquos occurrunt in Actis.

Quædam in personis fiunt, eodem effectu, quod superiora, ut illis confirmetur ueritas uerbi, reconcilietur uerbo fides, & ut inde homines ad credendum uerbo prouocentur: talia sunt miracula Christi & apostolorum, quæ primitus ediderunt, sanando homines.

Ad hæc externa miracula spectat & æternum illud miraculum pro sufficiëti confirmatione uer-

bi nobis à Christo relictum Matth. xi. Mors & resurrectio Christi, quo miraculo semel confirmavit Christus uerbum suū, & post quod non est aliud externum miraculum, nec nobis, nec ludæis expectandum.

Præter hæc dicta miracula, adhuc alia sunt interna, quibus certificantur & confirmantur conscientie de ueritate uerbi. De his loquitur Christus Matth. vii. ubi præscribit certa signa & cognoscendi syncerum uerbum & doctores uerbi synceros. Hæc autem miracula interna, effectus sunt uerbi, pax, tranquillitas & gaudium conscientia, quos effectus Christus ibi uocat, uas & fructus, hoc est, dulcissimos fructus uerbi pro conscientijs. Et hæc miracula nostris nunc nouissimis temporibus, unica sunt, quæ debent & possunt nos de ueritate uerbi confirmare & præter hæc non sunt alia expectanda, ut porro audiemus.

Effectus.

Sunt uero iam omnium miraculorū præcipuus effectus, ut illis confirmetur ueritas uerbi, reconcilietur uerbo fides, & ut illis prouocentur homines ad credendum uerbo. Nam uerbum nouum & à principio mundi mysterium mundo, opus primum habuit talibus miraculis, ut uerbo inaudito reconciliaretur fides in mundo. Et propter hos dictos miraculorum effectus Christus in hodierno Euāgelio, nuptias in Cana Galilææ exornauit, ut suam doctrinā cōfirmaret, &

conuiuas ad recipiendum eā inuitaret: & quam circa cōuiuas frustratur Christus, tamen legitur de discipulis, quod ad hoc miraculū Christi crediderint.

Quæstio.

Cum deus olim tot & tantis miraculis confirmarit uerbum suum, quur hodie idem non confirmat miraculis?

Responsio.

Certū est, quod deus multis miraculis permittit confirmare Euāgelium, nec solum hoc, sed & legem Israelitis datam, quæ quia erat noua doctrina, miraculis opus habebat. Verum Euāgelium, quod hodie prædicatur, nō est nouum uerbum, sed idem cum Euangelio, quod olim per Christum & apostolos confirmatum est miraculis: & quum confirmatum est, hodie externa confirmatione non eget. Hæc autem confirmatio potissimum facta est, per mortē & resurrectionem Christi Matth. xij. huic cōfirmationi, qui non credit, nec alijs externis miraculis ad credēdū uerbo prorahetur. Et post hoc miraculum in his terris pro confirmando uerbo, non est aliud externum expectandum.

Obiectio.

Marci ultimo legitur: Porro signa eos crediderint, hæc subsequētur: Dæmonia eiciēt, linguæ loquentur &c. quur ergo hodie talia miracula non sequuntur credentes?

Responsio.

Quæ causa fuerit miraculorum externorum & quæ data sint, supra diximus: nimirum ut per illa uerbum confirmaretur, reconciliaretur nouo uerbo fides & homines ad credendum per illa excitarentur. Et sicut Gregorius inquit in Homelijs, quo fides credentium cresceret, & illis ipsis miraculis nutrireretur. Necessarium itaq; fuit deum primitus miracula mittere. Postquã uero nunc uerbum illud factis cõfirmatum est, & nos illud iam olim confirmatum habemus, nulla restat amplius de externis miraculis quæstio, Potest tamen dupliciter responderi ad obiectionẽ.

Primum ut miracula, quæ dicit Christus secutura credentes, intelligantur de miraculis in cõscientia internis, quæ sunt tranquillare per prædicationem Euangelij conscientias, pellere uirtute uerbi dæmonij regnum, liberare homines potẽtia uerbi è regno saranae &c. Deinde ne nos fidei temporibus quidem ita rarum est, quod fideles fratres enũciunt dæmonia è hominibus obfessis, bibunt læthalia uenena, nec tamen innoxiantur, loquuntur linguis nouis &c. Manebit enim semper uera promissio Christi. Mar. xvij. Si habueritis fidẽ instar grani synapis, & dixeritis mõti huic: demigra hinc illuc, & demigrabit &c. Quod igitur hodie rarius hæc miracula contingunt & sequuntur homines, in causa est, quod pauci fidem habent. Nec loquitur Christus de miraculis Marci ultimo, quibus uerbum confir-

mirari debet, sed de effectib⁹ seu operib⁹, que prestare poterunt credentes, nec sequitur eos non esse ueros prædicatores, aut Christianos, qui nõ statim tantos effectus comites habent. Nam & discipuli Matthæi. xviij. tamen si non ualuerunt demonium eijcere, tamen fuerunt & permanserunt infirmi discipuli Christi.

Obiectio.

Nulla ergo prorsus miracula expectanda erunt amplius pro uerbi confirmatione?

Responsio.

Nulla externa. Siquidem morte & resurrectione sua, Christus omnibus externis miraculis finem posuit. Et est hoc miraculum tantæ æstimationis, quod non potest esse aliud firmitus. Quæ enim non credit Euangelio morte & resurrectione Christi confirmato, ne angelis quidem credit. Matthæi. xij. Christus adulteram & prauam generationem uocat, quæ signa & miracula quærunt, nec est contenta uerbo simplici: ita adultera & praua est hodie generatio mundi, quæ ad renatum hodie Euangelium quærunt signa confirmationis de ueritate uerbi: Huic respondemus cum Christo. Generatio adultera & praua signum quærunt, & signum non dabitur illi, nisi signum Iohannis prophætæ &c.

Ne tamen omnino essemus sine miraculis, hoc est, certis signis, quib⁹ posset cognoscisci uerum uerbum, reliquit nobis Christus Matth. viij. signa

cognoscendi uerbum purum, & quibus nos cōfirmemus de ueritate uerbi: illa interna sunt & sumpta ab effectibus uerbi, quos operatur in cōscientijs auditorum suorū: quales sunt, pax, tranquillitas & gaudium conscientie. Hi effectus & confirmant nos de ueritate uerbi & simul de uerbi prædicatoribus. Ait enim ibi Christus: Caute à pseudoprophetis &c. A fructibus eorum cognosceris eos, scilicet, qui sequuntur in conscientijs illorum doctrinam. Placet itaq; scire hodie, quæ sincera sit nostra doctrina, & quæ Papistarū insincera, animaduerte in utriusq; doctrinae effectus, & facillime sine fraude cognosces. Nostra doctrina hodie sincera est, quia effectus habet comites Euāgelio dignos, ut pacē, tranquillitatē & gaudiū conscientie, quos effectus ibi uocat Christus, uuas & ficus. E contra falsa est papisticorum hominū doctrina, quia ab Euāgelio contrarios effectus habet, ut intrāquillitatem conscientie, dissipationem & turbationē, quos effectus ibidē Christus uocat spinas & tribulos. Et hæc nunc dicta uera sunt signa & miracula uerbi sinceri & insinceri, quæ de utraq; doctrina uera & falsa nos confirmare possunt.

Vltra illa sinceræ doctrinae signa seu miracula, de quibus nūc diximus, adhuc alia remotiora sunt, quæ etiam interna existunt, sed remotiora prædictis, ea sequuntur sincerum uerbum, & hæc fere recēsentur, admiratio, stupor, collatio de audito uerbo &c. quæ cum hodie comitantur prædi-

carum Euangelium, ex his certi sumus de ueritate Euangelij. Et hæcenus de miraculis.

Summarij loci.

1 Matrimonium est status seu uitæ genus, quod placet deo, quia à Christo uisitatur & solèni miraculo honoratur.

2 Nulla est prærogatiua sanctorum in negocijs pietatis. Nam omnes sancti conciuies sunt in noua Hierosolyma: item membra unius corporis. Et ut nunc conciuies ijsdem priuilegijs & libertate eadem utuntur sine prærogatiua in una ciuitate: item ut in unius corporis membris nulla est prærogatiua: ita inter sanctos nulla est.

3 Vera fides non absterretur, etiamsi deus non statim exaudit, sed expectat oportunitatem & beneuolentiã dei in summa patientia.

4 Media non sunt contemnenda exëplo Christi, qui tum potuisset sine aquis uinum fecisse, tamen non fecit.

5 Modesta & honesta gaudia, quantum ex circumstantijs & rebus cognatis hodierni Euangelij estimare licet, in nuptijs ferèda sunt & sine peccato esse possunt.

Et die tertiã.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus è præcipuis, qui in hoc Euangelio occurrit, est de matrimonio, optimo & sanctissimo statu à deo ipso instituto. Ge. i. & ii. ca. Qui status nõ solum apud Christianos in sum-

mo honore habendus est, sed etiã habetur à Gen-
tibus & habitus est semper, pro ipso omnis ho-
nestatis effectus & fonte.

Cæterum quia adeo bonus & sanctus est sta-
tus, & nihil bonum ac sanctum existat, quod ca-
reat invidia & osoribus: idcirco non est mirum,
etsi hic status quamplurimos atq; potentissimos
hostes habeat. Satan hũc statum mirifice odit, id
quod satis testantur publica propemodum stu-
pra, adulteria, & reliquę insanę carnis libidines,
opera Satane. Caro nostra hũc statum molestis-
sime fert, quæ potius uesanã scortãdi libertatem
appetit, & nunquã nõ accusat molestias in hoc
statu nescio quas. Habet & hic staus infensissi-
mum hostem ipsum Antichristum, & omnia illi
us potentissima membra. Si igitur ad tantos ho-
stes respexerimus, erit sine dubio, matrimonium
status plenus omni molestia & amarulentia.

Ne igitur tam sanctum uitę genus, nobis Chri-
stianis molestię fiet, sed proius gaudio & lætitię,
oportet primum considerare, quid matrimoni-
um sit, unde sit, & quis illius usus. Matrimonio
ad procreandam sobolem & uitãdum stuprum
indissolubiliter à deo institutum.

In hac definitione multa simul explicãda con-
currunt. Vox legitima excludit omnem dolum
& fraudem, quæ incidere potest circa personas
contrahentes, quæ nisi legitime contrahunt, se-
pe ipsę sibi irã dei & ignominiam ac multa alia

mala in mundo coaceruant, & tales hodie efficiunt sua illegittima contractione, matrimonium alioqui sanctum statum, plenum molestiis & rixis, quæ p se in matrimoniū non incidunt. Ceterū ne dubites matrimoniū esse statū, q̄ sumopere deo placeat, oportebit te uertere oculos ad autorem matrimonij ipsum deum, qui Gen. ij. cap. matrimonium instituit, postquam uidit homini non esse bonum, ut solus uiueret, dixit: Faciamus ei adiutorium & c. Et facta muliere è costa uiri, statim copulauit eam Adamo, & dixit: Quā ob rē homo relinquet patrē & matrem, & c. Confirmabit te diuino matrimonij statu, & quam arrideat hic status deo, hodiernum Euangeliū, in quo ipse Christus nō solū presens in nuptijs adfuit, sed etiam magnifico miraculo ipsas nuptias honestauit. Huc & xix. ca. Matth. referri debet, ubi Christus exponit uerba, quibus deus matrimonium primitus instituit: & commendat ibi matrimonium, adeo quod discipulorum obiecta soluat, quibus obijciebāt non expedire propter graues & difficiles molestias, uxorem ducere: tandem uidetur ad matrimonium ibi hortari Christus, quia discernit inter causas sufficiētes & inter nō sufficiētes ad matrimonium. Præterea & Apostol. ad Eph. ca. v. pulcherrima collatiōe certos nos facit, matrimonium placere deo, q̄a ibi nō dubitat Christū & Ecclesiam, sub matrimonialibus uocabulis conferre.

Hæc itaq; de causis matrimonij & illius appro

batione, tandē faciūt, q̄ & hic status ferēdus sit
 alioqui matrimonium plenum est omnibus mo-
 lestijs, à quibus non possunt alieni esse, qui igno-
 rant deum esse autorem matrimonij, Christum
 approbatorem, & illud placere deo, & ea bo-
 na dei uoluntate accidere, quæ in hoc statu con-
 tingunt, indissolubiliter adiecimus in definitio-
 ne, ut si ias matrimonium legitime cōtractum,
 non posse dissolui, iuxta illud Christi Mat. xix.
 Quod deus copulauit, homo ne separet, Et quæ-
 quam uox dissolubiliter eisdem cogitatus pa-
 rit in nobis, quos legimus Matth. xix. discipulos
 habuisse, cum audirent à Christo non esse repu-
 diandas uxores. Dicunt enim ibi: Si ad istum
 modum habet causa hominis cum uxore, non
 expedit contrahere matrimonium: tamen nihil
 mouebit nos hæc indissolubilitas, modo ad
 prædictas matrimonij causas, & approbationes
 respexerimus, leuabunt & nos à molestijs mari-
 monij ipsius effectus, honestissimi, grauissimi &
 singularis beneuolētis dei testes. Inter hos uero
 præcipuus est, n̄ creatio sobolis, quæ non nostrū est
 opus, nec quod nostris uiribus paratur. Quia
 enim deus dixit: Crescite & multiplicamini, ideo
 nos in matrimonio copulatos, sequitur proles,
 qua ut nihil est gratius, ita singulare dei donum
 est, quo benedicit deus, timēribus eū psal. cxxvij.
 Uxor tua uiris abundans in lateribus domus
 tuæ: filij tui sicut nouellæ oliuæ in circuitu men-
 sæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui times

dominum. Præterea conducit hoc uitæ genus ad honestatē, ne in inhonestatem, supra & adulteria, ne dicam, in alias horribiles dictu libidines incidas. De effectu matrimonij loquitur Apostolus. i. ad Corinthios capite. vij.

Contraria matrimonij, quæ ex abusu & non uero intellectu oriuntur, obiter tractari hic possunt.

Nuptiæ factæ sunt in Cana.

Hoc miraculum, quod nūc legitur in nuptiis editum, contigit post disputationem habitam cum Nathaniele bono Israelita, qui in Cana habitauit, teste Hieronymo, & cum ibi esset Christus cum matre sua & discipulis, ad nuptias uocatus est.

In Cana Galilææ.

Quod est oppidum Galilææ regionis.

Et erat mater Iesu ibi.

Vel in Cana, uel in nuptiis parandis occupata.

Et deficiente uino.

Defectio uini occasio fuit miraculi. Deficit uero in nuptiis medijs, hoc est, nemine cogitante.

Der wein verschwindt vns dēhendē
Omnia hæc fiunt sine dubio prouidentia dei, ut futurum miraculo manifestetur gloria Christi. Deficere emphasim magnam habet. Declaratur hic tempus, quo potissimum officia Christi locum

habent: uidelicet quando defectus adest.

Dicit mater Iesu.

Mirum est quod Maria petat à Christo, fieri miraculum, cum antea nullum miraculum exhibuerat Christus. Nam hoc initium signorum Christi fuit. Chryostomus dicit matrem Iesu ex Simeonis encomio de Christo, ad petendum miraculum commemoram fuisse. Ego pro certo ad se ro, hanc Marię petitionem ex fide profiliisse, quam habuit erga Christum, & quem credidit hoc posse, ut uino succurreret nuptiis. Et de hac fide testatur & sequētia, quibus in fide iubet Maria famulos facere quęcūq; eis præceperit Iesus.

Quid mihi tecum est mulier.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus est de prerogatiua sanctorum, siue de gloriatione sanctorum in carne. Vocamus autem illam prerogatiuam seu gloriationem, qua quidam prerogant sibi præ alijs in regno Christi, aut qua quidam gloriantur præ alijs, quasi uel sanctiores uel proximiores sint deo, quia uel plura uel potiora dona habent. Item dici potest hic prerogatiua seu gloria in carne, qua Maria nititur præscribere Christo tempus iuuādi, aut imperare aliquo modo Christo, ut ad sua uota faciat illi, quod consulum uidetur. Hunc carnalem sensum reprehēdit hoc loco Christus, & duo docet.

Alterum, quod nulla prærogatiua sit inter sanctos. Nam ubi Maria mater Iesu nihil prærogatiuæ habet, quanto minor aliorum erit prærogatiua? Alterum deo nullum esse tempus præscribendum, ut seruet, sed eius præsidia in summa patientia expectanda sunt. Siquidem is solus scit oportunitatem temporum, qua iuuet nos pro utilitate nostra. De prærogatiua apertior est locus Matth. xij. Vbi quidam dicunt ad Christum: Ecce mater & fratres tui foris stant &c. Quibus respondet Christus: Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? Quisquis enim fecerit uoluntatem patris mei, qui est in cælis, ipse meus frater soror & mater est. Verum ubi ut & prorsus dānet prærogatiuam, nouissime & matrem addit. Seruiunt & ad declarationem prærogatiuæ inter sanctos, ducillæ collationes seu similitudines, quas inter summarium hunc locum secundum supra inclusi, sumptas à ciuitate & corpore.

In ciuitate conciuēs eodem iure & iisdem priuilegijs utuntur communiter. In corpore eadem priuilegia & iura communiter habent mēbra. Quanquam hoc uerum est, quod in una ciuitate quidam ciuēs alijs ditiores sint, potentiores & alijs in officijs occupati. Item in uno corpore quædam membra alijs sunt insigniora. Sic in regno dei, quidam plura habent dona, quidam nobiliora officia &c.

Quod deo tempus non sit præscribendum, inde facis liquet, quia deus nostri non est iuris, &

quia sui est iuris, nec uult nec potest à quoquam regi.

Quid mihi tecum est:

Id est, in hoc negotio, quod tu à me peris, nihil habes, quod præscribas mihi. Hoc enim miraculum, quod tu à me peris, deitatem requirit, in cuius operibus tibi præscribendi omne ius ademptum est. Christus non increpat matrem Mariam, quia ex fide petit miraculum, sed quia nititur tempus deo præscribere, Quare & sequitur: Nondum uenit hora mea. Quibus uerbis suspēdit fidem Mariæ. Producit uero Christus miraculum scire, ut probet fidem matris. Deinde ut coniuuæ se egere sentiant, tertio, quo præsentē necessitate postea etiam inclarescat clarius potentia Christi.

Dicit mater eius ministris.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus continet exemplum ueræ fidei in Maria, quæ respōso Christi licet duro, nō absterretur, sed manet constās, & expectat oportunitatem & beneuolentiam dei in summa patientia. Et hæc est natura fidei, patienter expectare exauditionem, etsi statim deus non exaudiat. Habes huius fidei exēplū pulcherrimū & in Abrahamo, q̄ sub spe p̄ter sp̄ credidit, ad Ro. iiii. Est & fidei exemplum in Maria, nam quod fides in Maria credit, id spes patienter expectat.

Est & hic expressa natura spei & proprius effectus: non confundere. Ad Rom. v. Spes nō pudescit, hoc est, non confundit conscientias, nec perire sinit. Id quod & fides tribuit Apostolus. ad Rom. x. Fides non pudescit. Horum itaque effectuum & fidei & spei, confirmatio est hic exemplum Mariæ.

Dicere matrē ministris: Quodcūq; dixerit &c. Magnæ fidei & spei uerba sunt.

Erant autem lapideæ hydrîæ.

EXPLICATIO QUARTI LOCI

In quarto hoc loco ueniunt nobis consideranda media, quibus usus est Christus circa præsentis Euangelij miraculum. Hic potuisset uinū fecisse sine hydrîs, sine aqua &c. sed hoc non facit, ut ostendat media, quæcunq; etiã cū præsentia sint, non esse contemnenda, imò ne quidem tenuissimam occasionem, quam quaesitam & susceptam postea uult deus benedicere & augere. Spectant huc quædam uulgares sententiæ:

God gibe brodt mit brodt. God gibe mehr wo sur hyn was ist.

Pertinent & huc locum Euangelistis, qui testatur Christum ex paucis pisciculis & panibus, sæpe multa hominum millia saturasse, ut Matt. xiii. Luc. ix. Marc. vi. Ioannis. vi. Et ad hunc quartum locum spectat de medijs confirmandum scriptio sequens de hydrîs, aqua &c.

Lapidæ hydriæ testaceæ erant, in usum purificationis Iudæorum paratæ, qui non nisi loti & purificati in nuptiis, et aliàs discubere solebāt.

Metreta genus mensuræ, continens decem congios, unus congius tres cantharos fere Vuittem bergenses.

Dicite eis Iesus.

Cum sibi opportunum ac commodum uideretur. Causæ quæ protraxerit Christus miraculū, hæc dari possunt, ut fidem matris probaret, & ut necessitatem ingruere sineret, quo deinde gloria miraculi maior esset.

Implete.

Verbum iubentis Christi, sicut & haurite. Verum implere hydrias aqua & haurire per se non efficiunt uinum, sed quia Christus iubet, ideo fit uinum aqua, igitur pro aqua uinum hauritur. Commendatur hic potentia uerbi à suis effectibus. Quæ sequuntur in Euangelio hodierno, reuocata ad allegoriā utilia documenta de se præbent. Architriclinus typū prædicatorum gerit, qui oblatum à deo uerbum dispensant alijs.

Nuptiæ ad populum legis pertinent, quem uinum deficit, hoc est, Euangelium. Hic petit pro Euangelio & Messia, qui differt aduērum suum, ut probet populi fidem, p̄i ex populo exemplo Mariæ in fide persistunt, donec fiunt suæ expectationis compotes.

Hydriæ legis doctrinā significat, sicut & aqua

quę uersa in uinum, hoc est, Euangelij doctrinā,
consolationi & gaudio est.

Ministri infundentes aquam, prædicatores le-
gis sunt.

Architriclinus primus gustat uinum, id quod
significat prædicatores nunquā cum fructu præ-
dicare posse, nisi ipsi prius Euangelij intellectu
probum habeant.

Nec sciret unde esset.

Vnde accidat, quod Euangelū uinū sit igno-
rānt prædicatores, quanquam certi sunt Euan-
gelium uinum esse.

Vocat sponsum.

Euangelium est bonum uinum, quod nō diu
potest occultum manere, quia illi, qui sentiunt
& experiuntur gustando Euangelium uinū esse,
non possunt se continere, quin erumpant & alijs
tam bonum uinum annuncient.

Omnis homo primum bonum uinum.

Deus in dispensando Euangelio dissentit a to-
to mundo. Qui primum dat bonum uinum, po-
stea id, quod deterius est. At deus primū tetret
prædicatione legis, postea uero solatur.

Hoc initium signorum.

Id est, hoc primum signum fuit, quod a didis
Christus.

Et manifestauit gloriam suam.

Vnus hic ex effectibus miraculorum est:

Et crediderunt in eum discipuli.

Et hic finalis miraculorū effectus est, ut per illa alliciantur ad credendum uerbo. Et quia discipuli tantum credūt in Christum, id significat, ad credendum uerbo, seu ut uerbo credas, non tam opus esse miraculis, quā Spiritus sancto, qui det fidem.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Appendicis loco accedit quintus locus precedentibus. Nam cum circumstantiæ hodierni Euangelij nihil non indicent earum rerum, quæ cum nuptijs cognatæ sunt, præterea hodie Anabaptistæ noui monachatus autores, & homines prorsus Demæ, omnia modesta & honesta gaudia tollant, nō erit inutile in quinto hoc loco disputare, quatenus lætari in nuptijs & alijs honestis conuiujs liceat. Materia dicendi sumi potest à personis præsentibus in nuptijs, & earum moribus. Item à rebus præsentibus & ualentibus exhilarare præsentēs.

IN EVANGELIUM MATTHÆI CAP. VIII. DO- minica tertia post Epiphaniæ.

Hodiernum Euangelium duobus insignibus miraculis abioluitur. Alterum est de quodam laproso, alterum de centuriōe quodam. Quæ duo mi-

racula apud Mattheum prima recensentur, &
 quibus incipit res à Christo miraculose gestas.
 Decasio miraculorum horum apud Matthæum hæc
 est. Postquàm Mattheus per præcedentia capirale
 est. Postquàm Mattheus per præcedentia capirale
 prem, summam quandam doctrinam Christi recē
 fuit, quomodo sit respiscendum ad regnum ce-
 lorum nunc instans, & ad exortam læcem Evan-
 gelij: Item quomodo beate ac pie uiuendum in
 hoc mundo, ut uere beati fiamus, & beatitudi-
 nem ueram in hac uita experiamur, sentiamus,
 & consequamur: Item quis uerus sit legis usus,
 non tam in externis factis, quàm in puritate a-
 nimorum consistens, item quomodo proximus
 diligendus ueniat, & multa præterea alia egre-
 dia dogmata, de ieiunio, de oratione, de colligē-
 dis thesauris, de sustinenda fratrum infirmitate,
 de doctrina uera & falsa &c. Orditur nunc Mat-
 theus miracula Christi subiicere, quibus doctri-
 nam suam confirmauit. Nec immerito: Videba-
 tur enim doctrina Christi toti humanæ sapien-
 tiæ contrariari, ac noua esse, præter doctorum læ-
 gis intellectum, mirabilis. Talis itaq; cum esset
 doctrina Christi, opus habuit miraculis, quibus
 nouæ doctrinæ reconciliaretur fides, & ad illam
 suscipiendam prouocarentur homines. De quo
 usu miraculorum pluribus egimus in præcedere
 Dominica, quare consulto nunc cōferemus nos
 ad præsentium miraculorum explicationem.

Absoluemus primum miraculum de leproso;
 Deinde ad alterum de Cæturione accingemus:

Summarij loci prioris miraculi.

- 1 Fidei exemplum est in leproso, in quo & causa & effectus ueræ fidei considerandi sunt. Effectus sunt fidei: Accedere Christum, & cum adorare, qui testantur de causis præcedentibus, de fama, rumore, & uerbo audito de philanthropia Christi &c.
- 2 Charitatis exemplum in Christo est, qui homines in fide illius præsidium inuocantes, libenter exaudit & iuuat.
- 3 Christus uerbo sanat, igitur inquit: Volo, mundus esto. Verbum sequitur sanitas, quia est potentia dei, ad Rom. 1.
- 4 In negocijs pietatis exemplo Christi nõ est quaerenda priuata gloria. Ideo prohibet Christus leproso, ne cui quid dicat.

Cum autem descendisset.

Finitis concionibus de præcipuis religionis capitibus.

Secutæ sunt eum turba multæ.

Auiditate audiendi uerbum pertractæ ad sequelem.

Et ecce leprosus.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus proponit nobis in leproso exemplum fidei, quam Mattheus suo more lecto-ribus colligendam uel ex fidei effectibus, sæpe ex causis & alijs circumstantijs pmitit: quare nec hic fides facilis inuētu est in leproso, nisi ad effectus

respexeris, qui sunt accedere Christum & adorare, qui quia adsunt, satis aperte testantur de fidei presentia, & causæ ut sic de uerbo causa fidei, quæ nec ipsa potuisset in leproso adesse, nisi uerbum auditum præcessisset. Ad Roma .x. Fides ex auditu est: auditus uero per uerbum dei.

Cæterum cum referat scire Christiano homini, quid sit fides, quæ causæ & effectus, ut fidem certam habeat & ab opinione alienâ, hæc originationis fidei ex methodo in tota scriptura diligenter consideranda est, & ego libentius meminisse soleo illius originationis fidei, quia scio, fidem solam esse ancoram, qua retinetur homo contra tempestates, pericula & fluctus Satanæ, & mortis. Ex Matheo igitur fidei causæ in leproso sic sunt eruendæ. Leprosus audiuit de philanthropia Christi, quod in hoc uenerit, omnes male habentes, & anima & corpore sanare. Lepra interim morbus occasionem præbuit leproso, accedendi Christum & experiendi audita de Christo. Fides excipit necessitatē & eam Christo proponit, simulq; inuocat præsidium Christi. Ita auditus uerbi de philanthropia Christi necessario præcedit in omnibus, qui conuertuntur ad remissionem peccatorum. Ast nō satis est audire uerbum de philanthropia Christi, nisi & alteram uerbi prædicationem audias de poenitentia, quæ ostēdit nos esse leprosos, & adducit nos ad lepræ cognitionem, quæ cognita, facillimā præbet occasionem accedendi Christum. Neq; er-

iam satis est audire prædicationem pœnitentiæ & lepram, hoc est, peccata cognoscere, nisi & fidem erga philāthropiam Christi apprehendas, in fide tua peccata Christo proponas, tandem inuoces Christum remedii gratia.

Quem ordinem hic leprosus seruat, & impetrat sanitatem, quam fide ambiebat. Hunc uero ordinem perueniendi ad fidem & sic de fide ad effectum fidei, hoc est, ad remissionem peccatorum, pauci recte tradunt, hinc etiā accidit, quod paucissimi pertingunt & ad fidem & ad remissionem peccatorum. Papistæ nullum uerbum faciunt de philāthropia Christi: interim prædicationem pœnitentiæ & cognitionem peccatorum miris modis urgent: & cum sine prædicatione philāthropiæ Christi, cōscientiæ nō habeāt, quo se uertant, adiguntur ad desperationem. Et hic leprosus cognita sua lepra, nihil melior fuisset factus, immo uehementius indoluisset & cœpisset desperare, si tantum in cognitione lepræ hæssisset. Papistę ergo sua instituendi ratione, magis perturbant consciētias & desperare faciunt.

Quidam hodie prædicatores, nimium prædicantes alteram Euangelij partem de remissione peccatorum, & negligentes alteram partem de pœnitentiā seuuratione perueniendi ad cognitionem peccatorum, faciunt homines securos & ociosos, qui liberrime incedentes, neq; ad Christū neq; ad sacramenta accedunt, & putāt ex carnali persuasione se sanos esse, qui Christo me-

dico opus non habent. Tale ocium & securitas talis, non fuit in nostro leproso, qui non contentus audisse de philãthropia Christi, nisi & cognita sua lepra Christum accederet & imploraret simulq; experiretur eius præsidium.

Quidam prorsus inuertunt prædicandi ordinem à Christo, Matthæi ultimo & Luc. xxiiij. relictum discipulis, & prædicationem remissionis peccatorum præmittunt, prædicationem uero pœnitentiæ postponunt. Quorũ opinio de facili confutatur exemplo nostri leprosi, qui à pœnitentia seu cognitione lepræ incipit.

Postremo quidam adeo sunt securi & faciles hodie, qui negant prædicationem pœnitentiæ esse necessariam, imò eam ad populum legis & discipulos Ioannis pertinere aiunt: quasi Ioannes non simul prædicauerit pœnitentiam & remissionem peccatorum. Et ne horum opinio ali quid momenti habere potest, si respicias ad leprosi exemplum.

Idcirco monemur primo hoc loco in exemplo leprosi de causis ueræ fidei & recta uia perueniendi ad remissionem peccatorum: hæc autem eotingit coniuncta prædicatione pœnitentiæ & Euangelij. Interrogatus igitur de uia perueniendi ad fidẽ & remissionem peccatorum, respondendo peruenimus ad remissionem peccatorum, quando prædicatione pœnitentiæ perducimur ad cognitionem lepræ seu peccatorũ, & prædicatione Euangelij rursus erigimur perfidẽ in Christum

medicū: postea sequitur remissio peccatorum

Ecce.

Attentionis particula, qua significat Matthæus, Christo subitam occasionem oblatam esse, qua confirmaret suam doctrinam in monte fideliter prædicatam discipulis & turbæ.

Leprosus.

Necessitas accedendi Christumürgens est in persona.

Veniens & adorans eum.

Venire & adorare Christum, effectus sunt ueræ fidei, qui & de præcedente uerbo & fide, ut cauis testantur. Ad Romanos. x. Fides ex auditu est: auditus uero per uerbum dei. Item: Quomodo inuocabunt, in quem non credent?

Domine.

Tertius effectus ueræ fidei inuocatio, quæ rite uere fit, quando è uerbo & fide procedit, ut scias te mandato Christi orare, inuocare & petere aliquid à deo, iuxta illud: Petite & dabitur uobis. Item de fide: Quicquid credentes perieritis, id ad stū iuuare posse. Est enim dñs potētis uocabulū.

Si uelis.

Coniūgit Matthæus in leproso posse & uelle, hoc est, quod leprosus cognoscit & credit Christum & uelle & posse. Et hæc duo in oratiōe perpetuo coniūgi debēt & credi, nec possunt à se inuicē seiūgi, Velle & posse p̄tinent ad formā oratōis.

tionis ueræ. Petes quoq; hinc in exēplo leprosi rationē uere orandi, ut pauca uerba loquaris & efficacia. Sic etiam Christus orat Matth. xxvi. *Patris mi, si est possibile, transcat à me calix iste: ubi uides pauca, sed efficacia uerba, qbus Christus suam uoluntatē prorsus uoluntati patris resignat. Si uelis &c.* Verba ueræ fidei reñciētis se in Christum. Cōfirmatur exēplo leprosi petitio illa dōminicæ orationis: *Fiat uoluntas tua.*

Mundare.

Mundatio res est, quam ex fide petit leprosus.

Protensa q; manu.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus cōtinet exēplum charitatis Christi erga homines credentes & implorantes eius præfidiū. Itē declarat uerbum, qd̄ audiuit leprosus de philāthropia Christi, reuera uerissimū esse: tertio confirmat officiū Christi, q̄ uenerit in hunc mundū mederi omnibus male habētib; quarto certos nos facit de effectibus ueræ inuocationis, seu orationis ex fide factæ, qui sunt liberari & purgari à lepra, exaudiri &c. Cōfirmantur hic loci omnes, qui in fide orantibus exaudiri onem promittunt, quales sunt: *Quicquid petieritis à patre meo credētes, accipietis. Petite & dabitur uobis.* Itē ad Ro. x. *Quicūq; inuocauerit nomen domini, saluus erit, hoc est, potietur petitis.* Merito igitur secundo hoc loco ad orandū *pro* uocamur, certi exēplo leprosi, nos exaudiri.

Protensio manus gestus quidam est, quibus
uarijs ac uarijs utitur Christus in sanando: sanat
autem solo uerbo, sicut & sequitur in hoc capite
apud Mattheū: Et eiecit spiritus uerbo, omnesq̄
male habentes sanauit &c.

Et tangere gestus quidam est per se nihil faciens
ad mundationem lepræ.!

Volo, mundus esto.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Cum Christus inter sanandum uarijs utatur
gestibus, sepe ridiculis & stultis iudicio rationis,
ut est uidere Mar. viij. ubi Christus surdū ac mu-
tū sanaturus, misit digitos in auriculas eius, spu-
ritum eiecit, tetigit linguam eius &c. iam in spe-
ciem uidentur huiusmodi gestus necessarij esse
per se ad sanitatē. Sic enim inquit imperiti: Nisi
essent hi gestus necessarij ad sanitatē, illis ipsis nō
usus fuisset Christus: unde unctioem apud no-
stros hoīes originē sumpsisse uerisimile est, &
alios gestus, quorū aliquot ab infirmitatē corpo-
ris, ad animæ restitutionē & purgationē pertra-
cti sunt, quibus utitur Papistæ in baptismo. Sci-
endū itaq̄ est, gestus per se nihil facere ad sanita-
tem: uerū ideo adhiberi inter sanandū à Christo,
ut significet nulla media à nobis negligēda esse,
quæ à deo creata sunt ad sanitatē uel seruandam,
uel amissam restituendā. Et cōmendatur dubio
pcul his externis Christi gestibus, medicinæ ars
omnium optima & ex certis demonstratiōibus,

experiētiāq; certa, certissima: quę ars sine con-
 trouersia ipsissimum est Spiritus sancti donum,
 sicut & reliquę artes. Ecclesiasticus cap. xxxviiij.
 his uerbis, ut donum dei cōmendat medicinā. Al-
 tissimus creauit de terra medicinā, & uir prudēs
 non abhorrebit illam. Exo. xxi. cap. p̄cepit deus,
 non abhorrebit illam, ubi deus uidetur quoque appro-
 ut uulnerati ex rixis, accipiant pecuniam in me-
 dicos datam, ubi deus uidetur quoque appro-
 bare medicinā. Nihil ad rem dicunt, qui contra
 medicinā obijciunt exemplū Asæ regis. ij. Para-
 lipo. xvi. qui sane nō increpatur, q̄ medicos con-
 suluerit, sed quia in medicos magis fuerit confi-
 sus quā in dominum.

Cæterum in genere suis gestibus commendat
 Christus nobis omnia media & occasiōes, ne te-
 mere neglectis medijs tēremus deū, & nobis ipsi
 recōciliemus pericula. Legitur de Bennone Epi-
 scopo quondā Misnēsi sub dubia historia, q̄ mor-
 tuus rediēs, Marchionē Misn. claua occiderit, pro-
 pterea q̄ uiuēti Bēnoni alapā inflixerat. Occiso
 nūc Marchiōe secessit episcopus longū iter ad Al-
 bim fluuiū, donec tandem siccis pedibus Albim
 transiret: id cum forte uideret rusticus quidam,
 qui plaustrō lignorum urbem peteret, credidit
 sibi idem licere quod episcopo, tædio longi iti-
 neris usq; ad pontem instigatus, suo curru unā
 cum equis & lignis traiecit fluuium, interim
 expectans rusticum temerarium Benno, acri-
 bus uerbis increpauit, adhortans illum, ne
 media transeundi Albim posthac negligeret,

hoc est, ne pontem contemneret, alioqui sibi rati-
ficio accessurum periculum submersionis: nunc
tamen eum seruatum esse Gennonis precibus.
Sed ad scopū: Est ergo simpliciter credendum ex-
ternos gestus, quibus uarijs usus est Christus in-
ter sanandū, nihil ad sanitatē facere per se. Sanas-
se autem Christum & adhuc sanare per solū uer-
bum, qd' ut est potentia dei ad Ro. i. ita solū sa-
nat, & est medium per quod curat Christus. Pre-
terea Matthæus scribit in hoc capite, Christum
spiritus uerbo eiecisse, & omnes male habentes
sanasse.

Volo, mundus esto.

Verbum hoc est, quo sanat Christus.

Et confestim.

Circumstantia temporis commendat poten-
tiam uerbi protinus sanare ualentis.

Mundata est lepra eius.

Effectus potentie uerbi, sanitas, quæ & fidei
& orationis in fide factæ, effectus est: uerum hic
fit: Quicquid credentes petieritis a patre meo,
accipietis.

Vide ne cui dixeris.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus ponit nobis ob oculos exē-
plū humanitatis in Christo, q' ab oī arrogātia &
priuata gloria alienissimus est, & quia his uicijis
non studet, iam facile est uidere, quorū Christus
in hunc mundum uenerit: sane nō sua de causa.

non propter sua commoda, nec ut ipse inde aliquid privatae gloriae hauriret. Hinc est, quod prohibet leproso, ne cui quid dicat, & iubet, ut ad sacerdos eat. Verum cum Christus nobis à diuo Petro exemplar imitandi proponatur, i. e. pisto. cap. ij. Ideo statuendum est Christum nobis reliquisse exemplum, ne in negocijs pietatis privatae gloriam queramus. Et quanquam aliae adhuc causae esse possint, quare Christus prohibuerit leproso, ut nemini quid diceret, & iusserit eum ad sacerdotes ire, tamen dicta praecipua esse uidentur. Verisimile enim est, uel idcirco etiam prohibuisse leproso Christum, ne cui quid diceret, & ut ad sacerdotes iret, ne Christus uideretur se ingressisse alienae uocationi & officio, quod ad solos sacerdotes pertinebat, quorum erat animaduerrere in leproso, & eos mundos iuxta legem pronuntiare. Quae causa ab exemplo Christi relinquit nobis doctrinam, ne nos alienis uocationibus ingeramus. Potest & haec causa esse prohibitionis & ablegationis ad sacerdotes, ne Christus sua restitutione turbaret publicam pacem, quae forassis fuisset periculum passa, si notum factum fuisset miraculum Christi, quo uideri potuisset Christus, tanquam ille, qui alienae uocationi se immiscuisset.

Quarta uenit causa, quod Christus parcere uoluerit leproso mundato, qui etsi mundatus, tamen non fuisset receptus in communionem, nisi prius approbatus à sacerdotibus. Quinta cau-

sa à tēpore sumitur, & Christus noluerit manifestari antequā glorificaretur. De hac Beda in Homelijs ait: Qua nondum Christus suum corpus per passionem obtulerat in holocaustum, non oportebat auferri significancia sacrificia, priusquam illud, quod significabatur confirmatum esset. Origenes hanc ablegationis ad sacerdotes causam addfert, ut cognoscerent leprosum non per legis consuetudinem, sed per gratiæ operationem esse mundatum.

Ostende te sacerdotibus.

Ut publico testimonio cognoscatis mūdatus, & postea tibi liceat ad consortium aliorum libere accedere: Lex extat Leui. xiiij.

Et offer munus.

Duos passerēs uiuos, lignum cedrinū, uermiculūq; & hyssopum.

In testimonium.

Mundatæ lepræ.

Allegoria.

Leprosus totū genus humanū significat peccato infectū. Mons cælū est, de quo descēdit Christus, ut sanaret. Hoc officium Christi audiūt peccatores per prædicationē uerbi, cui credūt, & committunt se Christo fide, tandem seruantur & sanantur exemplo leprosi.

Summarij loci posterioris miraculi
de Centurione.

✠ Aliena fides & oratio efficax est pro alijs, ut

illis impetres à deo sanitatē, & alias res omnes, excepta remissiōe peccatorū, quā ut accipiāt aliq̄ opus habent propria fide & oratione. Fidei & charitatis exemplum in centurione est.

2 Charitatis & philāthropiæ exemplū in Chr̄i sto est, qui inuocantes illius præsidium in fide exaudit libenter.

3 Christus suspendit exauditiōnē, quo propter nostram fidē. Ideo ait ad centurionem: Ego cū uenero, medebor illi.

4 Vera fides nō sinit se absterri, neq; offenditur uilitate psonæ Christi. Ideo inquit Centurio: Domine non sum dignus &c. Vbi uides ueræ humiliatiōis exemplū in centurione.

5 Et Gentes uocātur ex gratia dei in regnū cęlorū, quanq̄ nō filij Abrahæ secundū carnē, Israelitę autē filij Abrahæ secundū carnem ingrati erga Euangeliū iusto dei iudicio è regno cęlorum eñciuntur.

6 Fides impetrat, quod petit.

Et cum introisset.

Introeundi uerbū ostendit occasiōnē centurioni oblatam. Capernaum oppidulum Galilę est, iuxta stagnum Genazareth.

Accessit ad eum centurio.

Quātū ad fidei causas in cęturione attinet, nihil discrepat hic à leproso. Auditū em̄ uerbū de philāthropia Christi, & cognitio necessitatis urgent eū ad Christū. Fides uero philanthropiana auditā de Christo credit, quā ut experiatur cer-

tam esse, proponit Christo necessitatem.

EXPLICATIO PRIMI LOC.

¶ Circa primū hunc locū tractari solet questio de efficacia alienæ fidei & orationis, quam sic paucis soluendam censemus, ut dicamus alienā fidem eatenus efficacē esse pro alijs, sicut & orationem, ut omnia externa impetrēt alijs, excepta iustificatione, seu peccatorum remissione, quam ut alijs adsequantur, opus habent propria fide, iuxta illud Abacuc. ij. Iustus sua fide uiuet. Exempla de efficacia fidei & orationis alienæ passim extant in Euangelistis, & hic insigne est in famulo centurionis restituto. Exempla orationis pro alijs plurima etiam leguntur in ueteri Testamento. In Abrahamo Ge. xvij. In Mose, qui sæpissime orauit pro populo, In Aarone & Mose, qui

ueniunt & circa primum hunc locum consideranda duo exempla in centurione: Alterum fidei, alterū charitatis: Hæc fructus est ueræ fidei, quæ mōstrat fidē in ceterione nō esse ociosam.

Accedere ad Christum fidei effectus, sicut & rogare Christum,

Domine,

Inuocatio fidei est opus. Voce domine, credit & exprimit fides Christum iuuare posse.

Famulus meus,

Propositio necessitatis, quam proponit fides ut experiatur auditam famam de Christo.

Paralyticus, & male torquetur.

Charitatis est, exaggerare aliorum necessitatem. Exaggeratur uero necessitas ut potentia Christi clarius innotescat postea, quam potuit tam infirmum sanare.

Et ait illi Iesus.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

In secundo loco cernitur exemplum charitatis & philanthropiæ Christi, qui fide inuocantes benigne excipit & exaudit. Nec decuit Christum aliter facere, de quo omne bonum erat promissum. Commendat uero nobis hic secundus locus charitatem & philanthropiam Christi, & monet nos de uirtute fidei, ad quam non potest non respondere Christus: Ego ueniam & curabo eum.

Ego ueniam.

Ego emphasim habet, quod dicit Christus: Ego ueniam, quem tu credis saluatorem esse & tale me dicum, qui seruare potest. Quicquid Euangelium habet, expressum est in uerbis: Ego ueniam. Habere domi famulum paralyticum, qui torquetur male, poenitentis est. Loqui Christum: Ego ueniam, est Euangelij promittentis sanitatem.

Et curabo eum.

Hæc quasi per occupationem accedunt, ne certitudo de restitutione famuli dubitet. Nam uenire ad paralyticum tantum non est admodum consolatorium. At consolatorium est ualde, uenire & curare.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Et quia responsum Christi uidetur pertinere

re ad productionem exauditionis, ordo postulat nunc tertium locum subijcere, de suspensione exauditionis. Certum est uel ex his uerbis: Ego ueniam & curabo eum. Item ex multis alijs in scriptura exemplis, deum nonnunquam differre exauditionem, sed quibus de causis id faciat, necessario hic explicandum uenit, ut habeamus certas causas, quibus confirmemus nos contra procrastinationem, & ne credamus diductionem exauditionis, aut odio dei, aut ex reprobatione accidere. Causae itaque dilatationis hae sunt, ut probetur fides nostra, ut deus nos in officio orandi detineat, & ut deus doceat nos, ne illi praescribamus exaudiendi tempus, qui solus rectam temporis oportunitatem nouit, & scit, quo potissimum tempore dare debet, & quae, pro nostro commodo. Sic Christus & Ioan. ij. cum Maria ab illo uinum petisset, non statim dat uinum, uerum inquit: Quid mihi tecum est mulier? q. d. Christus: Tu uis mihi praescribere tempus in hoc negotio quod tu neque intelligis, neque ad te pertinet, sed quod diuinitatem dei requirit? Sinito ergo meam oportunitatem appropinquare, postea curabo ut deficientes satis habeant uini. De probatione fidei ut causa productae exauditionis, satis docet Petrus, i. epistol. capite primo, & Iacobus, i. cap. De secunda causa faciunt nos certos illi scripturae loci, qui hortantur ad crebras orationes. Ecclesiast. xviii. ne impediaris semper orare. Lu. xviii. Oportet semper orare, & non deficere, Vide ibi

parabolam de iudice iniquo & cæt.

De oportunitate temporis expectanda & de non præscribendo tempore deo, sufficit superius responsum Christi ad Mariam. In summa autẽ docet nos hic terrius locus de suspensione exauditionis, & illius suspensionis causis, quæ ex alijs scripturæ locis huc adsciscendæ sunt.

Et respondens centurio

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus in exemplo centurionis præscribit, quid faciendum sit, quando deus exauditionem procrastinat, aut quid tum faciat uerã fides. Centurio non statim abiicit animum, non statim speculatur se reijci à Christo, non desistit à cœptis, sed in uera ac certa fide patiẽter expectat, donec exaudit Christus, & de facto iuuat. Sic fides tandem, quæ non finit se absterere procrastinatione, impetrat petita. Monemur ergo in quarto hoc loco de quatuor rebus. Primum ne præscribamus deo exaudiendi tempus exemplo centurionis. Deinde ut in patientia & humilitatione expectemus exauditionẽ: Tertio ut credamus pro certo nos aliquando iri exauditos, cum id cõmodũ & oportunũ fuerit deo uisum. Quarto ne tũ offendamur uilitate psonæ Christi, quasi ipse iuuare nõ possit, aut ipsi de nostra indignitate disputãtes, despemus. Dñe.

Confiteretur adhuc centurio, & credit Christũ posse seruare famulum,

Non sum dignus.

Humiliatio animi pars uel species poenitentiae.
Potest hinc sumi definitio humiliationis, quæ nihil aliud est, quàm extenuatio coram deo, cū apprehensione fidei in Christum Iesum: Non sum dignus, uerba sunt ueræ humiliationis.

Sed tantum dic uerbum.

Verba fidei in humiliatione apprehendentis Christum potentem medicum, Omnium maxima hæc est fides in centurione, quæ non requirit præsentiam Christi, modo uerbum dicat Christus, & credit securam sanitatem. Naturam hinc fidei discite, quæ est contra simpliciter uerbo, quod credit potentiam dei esse ad salutem dei, ad Romanos. i. Exemplo centurionis sic se fide comiter deo, est credere uerbum dei esse uirtutem dei ad salutem credenti.

Nam & ego.

Confirmatio à minori ad maius, qua probat centurio uerbum satis efficax esse ad sanandum seruum, etsi Christus non eat præsens ad seruum.

Sub potestate.

Sicut uerbum sub tua potestate est.

Habens sub me milites.

Quos dictis rego, ad id, ad quod uolo eos.

Dico huic.

Mimesis uerborum domini imperantis subditis uel seruis suis, Collatio per accommodatio-

nem ad personam Christi, omnia facit apertio-
ra. Agnoscit enim centurio à suo exemplo Chri-
stum dominum uerbi, qui uerbo potens sit effi-
cere omnia. Accommodationem exempli relin-
quit Mattheus lectori.

Audiens autem Iesus miratus est.

Tam magnificam fidei confessionem de po-
tentia & Christi & uerbi.

Et sequentibus se dixit.

Fortassis ut eos ad similem fidem alliceret.

Amen:

Iurat Christus ut confirmet, quod dicit ueris-
simum esse. Est hic locus fidei commendatio in
centurione.

In Israel.

Qui uult populus dei esse. Apparet centurio-
nem hunc hominem gentilem fuisse, qui propo-
nitur omnibus gentibus conuersis in confirma-
tionem suæ uocationis ad Euangelium.

Dico autem uobis.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Quintus locus est de uocatione Gentium &
reiectione Israel, omnibus Gentibus obseruatus
necessarius, ut habeant, quo consolentur se con-
tra scandala, quæ subinde uel ex Gentium indi-
gnitate, quam multis uerbis exaggerat Aposto-
lus ad Ephe. ij. uel ex hæsitacione circa uocatio-
nem oriuntur.

Hic enim quintus locus certissimas Gentes fa-

cit de sua uocatione ad Euangelium ex mera gratia, sicut inquit Paulus ad Ephesios capite ij. Gratia uocati estis. Finalis uero causa uocationis Gentium hæc est, ut per eas prouocetur Isra- el ad æmulandum. Deu. xxxij. Ego ad æmulati- onem prouocabo uos per Gentem, quæ non est Gens &c. ad Roma. xi. Sed per lapsum illorum salus contigit Gentibus, in hoc, ut eos ad æmu- landum prouocaret. Vult igitur & Moses & Apo- stolus per emulationem intelligere, quò Gentes statuunt se exemplaria & uiuas imagines, ipsi- us Iudæis, ut inde ad sequelam cõmoueantur. Si ue- ro aliter se gesserint Gentes, restabit illis idem re- iectionis periculum. Nam qui deus naturalibus ramis non pepercit, ne infirmitis parcat.

Ab Oriente & Occidente.

Sine respectu uel locorum uel personarum. Matth. xij. Ite ergo ad exitus uiarum, & quod- cunq; inueneritis, uocare ad nuptias.

Et recumbent.

Exemplo Abrahæ, Isaac & Iacob credenti Chri- sto seu Euangelio.

Filij autem regni,

Propter quos potissimè institutū est hoc regnū.

Et iacent in tenebras exteriores

Prorsus excæcetur, ut nō credant Euāgelio, sicut inimici secundū Euāgelium, ad Ro. xi. Et ignorant res dei iustitiā. Ad Ro. x. Tenebræ exteriores sunt, ignorantio Euāgelij, gratiæ & iustitiæ Christi.

Illius uero ignoratiõis pccatões sunt: Ploratus & stridor dēnū, hoc est, ppetua irreuerendo consciētiæ. Dicunt tenebræ exteriores, respectu internæ lucis.

Et dixit Iesus Centurioni

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus agit de effectibus crediti uerbi, qui uerbum creditum sequuntur seu ipsam fidem. Duo in hoc loco explicari possunt.

Potentia uerbi, quod est uirtus dei omni credenti, ad Ro. i. Et confirmatio certi euentus, qui docet oia esse possibilis credentibus, Mat. xvij.

Sicut credidisti. Fides impetrat petita.

Et sanatus est.

Effectus potentia uerbi, ipsa sanitas, qua m impetrat fides.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI CAP. VIII. DO-

minica quarta post Epiphaniæ.

S est Euangelium inter omnia Euangelia, quod plenū est cōsolatione, & omnibus ad afflictis mentibus utilissimum, sane hodiernum est, in quo uidemus ipsam Christum esse cum discipulis in eadem nauicula quæ magno motu surgente, operitur fluctibus. Totum itaq; hoc Euangelium referendū est ad locū cōmunem de cruce, quæ hic ab omnib; cūstantis & causis ferè ad methodū describitur & absoluitur perfectissime, sine dubio non alia

de causa, nisi sicut tota scriptura proponitur nobis in solarium & doctrinam teste Apostolo ad Romanos. xv. Ita & ex hoc Euangelio doctrinam & solatium sumamus, certi apud nos, quod quia Christus nobiscum est in eadem nauicula, ideo certum est, nos perire non posse, modo ex ipso discipulorum imploremus præsidium Christi, & dicamus: Serua nos domine &c.

De occasione hodierni Euangelij.

Occasio hodierni Euangelij apud Matthæum hæc esse uidetur, quia Christus iam multis prædicauerat discipulis suis de regno cælorum & de fide: Præterea ædiderat aliquot miracula in confirmationem fidei discipulorum, credebatur nunc tempus postulare, ut semel experiretur, quam strenue essent progressi discipuli in doctrina, & si fidem illorum exploraret. Sed ut solet fieri, reperit Christus discipulos, homines infirmos ac incredulos, qui nedum credunt se tutos fore à procellis maris & undarum fluctibus, cum Christum in eadem nauicula socium habent. Quid ergo hodie mirum est, etsi ad auditum Euangelium aliquamdiu adhuc infirmi atque increduli sine homines multi, imò quid dico multi? Verèot equidem si deus hodie mitteret in Ecclesiam crucem, fortassis exemplo discipulorum nulli subsisterent, aut sane modicę fidei pauci. Prodest igitur scire ex hoc Euangelio, quod si deus permitteret magnos motus fieri in mari, & nauiculam operiri fluctibus, quæ esse soleat tum infirmis nostris,

quæ hæstitio, quæ uerba, qui gestus, qui mores
 &c. Cum extra nauiculam uersamur, aut etiam
 in nauicula, dum modo absint magni motus &
 dum nauicula nõ operitur fluctibus, bene se nõ
 biscum res habet, nihil nõ magni persuademus
 nobis & plerũq; præsumimus in hæc uerba cum
 Petro: Et si omnes offendiculum passi fuerint
 tua causa, ego tamen nunquam offendiculum
 patiar. Tales Petros hodie multos uidere licet,
 ac miram pusillanimitatẽ, infirmitatem & ne-
 gationem uideres, si aliquando daretur expe-
 rimentum Ecclesię per crucem, quod tamẽ non
 defuturum credo, etiã nostro seculo. Siquidem
 timendum est deum diutius non passurum ar-
 rogantiam nostram & temerariam audaciam,
 qua erectis cristis exurgimus contra quamuis
 tentationem, potius ex temeritate, quã ex con-
 stanti fide. Iustum autem tum præmium contin-
 get illis, qui opinione & persuasiõẽ carnali con-
 fisi, domum suam super arenam ædificauerint,
 & descendente imbre, magno motu factõ, operi-
 entibus domum fluctibus, & flãtibus uentis, do-
 mus illorum disijcietur & corruet ruina magna.

Quare merito hodiernum Euangelũ dici po-
 test uiuacissima pictura, in qua cernitur, quid ho-
 mines etiam pñ, & possint & ualeãt, quãdo dor-
 mit Christus, hoc est, nõ iuuantur diuinitus. De-
 hortamur ergo discipulorum euentu p̄sente ab
 omni arrogancia, confidentia & persuasiõẽ in
 cruce: Deinde ut sciamus durationem in cruce

esse singulare donum dei.

Summarij loci.

- 1 Consolatorium est Christum esse nobiscum in eadem nauicula, hoc est, uersari nobiscū in eadem cruce. Et quia ipse prius ingressus est nauiculam, ideo nos iequemur.
- 2 Dormiente Christo ducimur in crucem, hoc est, quando subtrahuntur nobis aperti uerbi consolationes.
- 3 Dormit in cruce Christus, ut probet ac experiatu^r fidem nostram.
- 4 Magna est piorū infirmitas & hesitātia in cruce, & quāq̄ fidē habēt, ea tamē ualde est modica.
- 5 Christus non approbat infirmitatem & hesitātiā in cruce.
- 6 Consolatorium est Christum finem crucis facere, hoc est, non permittere pios in cruce perire.
- 7 Admirationem excitat in hominibus potentia Christi seu uerbi, si nō amplius operat aliqd.

Et ascendente eo in nauiculam.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus magnę cōsolationis est, ne in cruce desperemus. Sumitur uero hęc consolatio a p̄sentia Christi in cruce, qui ut est omnipotens dei filius, q̄ nobis datus est, nobis natus, tandem nostra causa uenit: ita iuuare nos potest, & uult etiā. Et ad hūc modū oportet app̄hendere p̄sentem Christum, alioqui non multum prodest scire Christū p̄sentem esse in eadem nauicula,

nisi credas illū tibi esse p̄sentem, ut te iuuet & cōseruet ab oībus procellis tentationū. Verum ut & nos certi simus de p̄sentia Christi in cruce, sicut certi nunc sumus, eum cum discipulis p̄sentem fuisse, uocandæ sunt huc promissiones Christi, quib⁹ p̄mittit se nobis adfuturū semper. Matth. ultimo: Et ecce ego uobiscum tum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi. Apostolus ad Ro. viij. Christum facit intercessorē p̄ fidelibus, qui ruatur ac defendat pios,

Damnatur hoc primo loco opinio illa prorsus Epicuræa corū, qui fingūt Christū sedere supra nubes ociosum, nihil neq; curantē neq; respicientem nos, non aliter atq; Lucianus fingit loquem sedere supra nubes ociosum humanarum rerum spectatorem. Qui igitur Christum talem sibi fingit, illi est talis, & qui fingunt Christum absentē in cruce, illis est absens: e contra, qui credunt eum p̄sentē esse, illis quoq; est p̄sens.

Refert & hoc scire, circa primum hūc locum, quæ causa sit impulsua sequendi Christum in crucem & imitandi illum in nauiculam. Hoc certum est, mundum natura abhorrere crucem: igitur non sequitur Christum descendentem in nauiculā: nec p̄ij sequerētur, nisi p̄cederet Christus, & quia hic p̄cedit ideo sequuntur p̄ij exemplo discipulorum.

Notabis & hic occasionem crucis esse Christū qui cum ipse descendit in nauiculam, sequuntur discipuli: imō necessario & cōuenienter oportet

ter eos sequi. Nam discipulus non est super magistrum.

Item & causam hic discite, propter quam eundem est in crucem. Item tempus, quo est ingrediendum. Nimirum propter Christum, & quando Christus ingreditur crucem, hoc est, nomine Christi patiendum est, id quod alias dicit Christus, propter me & propter nomen meum.

Est & consolatorium in primo hoc loco, Christum iisdem fluctibus aquarum obrui, ut sic consolemur nos communi sorte Christi preceptoris & capitis nostri, cuius nos sumus membra, que cum patientur, simul cum illis patitur & caput Christi. Iuxta illud: Qui uos odit, me odit. Et Apostolus ad Collo. i. suarum afflictionum Christum participem facit. Ait enim: Nunc gaudeo quod deerat afflictionibus Christi in carne mea, pro corpore ipsius &c.

Nauicula hic crucem significat, seu Ecclesiam in cruce agentem.

Secuti sunt eum.

Quod discipuli sequuntur Christum in nauicula, fidei signum est.

Etece.

Inopinatam tempestatem notat Euangelista particula ecce. Nota crucem oriri nobis ne cogitantibus quidem, immo nullam crucem timen-ibus propter presentiam Christi.

Motus magnus

Descriptio magnæ tempestatis, quâ exaggerat Mattheus, ut potèntiam Christi extollat, qui potuit tantam tempestatem sedare.

Ipse uero dormiebat:

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus explicat causam crucis, quæ est dormitio Christi: Nam quia hic dormit, ideo magnus motus oritur, & ideo nauicula operitur fluctibus. Dicitur uero dormire Christus, quando sui uerbi apertas consolationes nobis subtrahit ad tempus, ut præter iudicium & iram dei & terrores mortis, nihil aliud experimur in nostris conscientijs: Ita enim placet deo, ut aliquantulum sub cruce ludamus sine spe certa, uel præsidij, uel consolationis ex aperto uerbo.

Dormitionem Christi Marcus cap. ij. alijs uerbis eloquitur: Num possunt filij thalami nuptialis, in quo cum illis sponsus est, ieiunare? &c. Ex Ioan. cap. xvi. ait: Pusillum & non uidebitis &c. Vbi Ioannes sicut & Marcus suo loco absentiam seu subtractionem Christi causam crucis facit. Et sane experti sunt discipuli crucem omnium maximam, cum ab illis auferretur Christus spõsus, per tempus mortis suæ.

Ipse uero dormiebat.

Subtrahebat illis ad tempus, suum præsidium.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus huius Euangelij hic tractari

debet, qui est de finali causa dormitionis Christi & crucis missę. Et quāquam hæc causa ab Evangelista nullis uerbis exprimitur, tamen aliunde petenda est, ut sciamus, quare Christus dormiret & permiserit magnum maris motum surge-
re. Hanc causam multis uerbis enarrat Petrus. I. episto. cap. i. Nunc ad breue tempus ad afflicti uariis experimētis, ad explorationem fidei uestrę. Deute. viij. Ideo adflixit te deus per quadraginta annos, ut in animo tuo nota fierent, utrū custodires præcepta eius &c. Est itaq; finalis causa crucis, ut deus probet fidē nostrā, & experiatur, cum illum diligamus & in eius præceptis ambulemus.

Et accesserunt:

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus docet, quæ fortitudo, cōstantia & fides sit piorum in cruce, qui quanquā ali-
quā fortitudinē, cōstantiam & fidē habēt, ea tamen ualde infirma & modica est. Et quia discipuli Christi h. c. addubitare & hæsitare incipiūt, qui erant aliquo modo edocti de philanthropia & officio Christi, quod antea sæpe miraculis declarauerat, quare mirū non est, ut nos alios sub cruce fieri pusillanimos, offendi & dubitare.

Monet ergo hic locus quartus, piorum fidem sub cruce in firmam & modicam esse. At consolatorium est, aliquam tamen fidem superstitem manere in pñ, quę licet infirma ac modica sit, tamen occasio quædam est accedendi Christi.

& suscitandi illum à somno. Sic igitur fieri potest, ut in cruce decreseat fides, modo non prorsus extinguatur. Multa idcirco docet hic locus. Ostendit qualitatem & quantitatem fidei in cruce. Monet modicam fidem non contemni à deo penitus. Continet exemplum infidelitatis cū timore mixta.

Et accesserunt.

Accedere Christum, iudiciū alicuius fidei est.

Et suscitauerunt.

Non satis est, ut in cruce accedas Christū, nisi & Christum suscites, hoc est, sui officij, quod est seruare, aumoneas.

Domine.

Hac uoce inuocatoria confitentur discipulū Christum iuuare posse, id quod fidei alicuius est.

Serua nos, perimus.

Fidei est inuocare dominum, ut seruet. Dubitationis & hesitantiæ est, dicere: perimus. Hic uides, qualis sit piorum fides in cruce, nimirum fides dubitatione mixta.

Quid timidi estis:

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus continet increpationē quādam, qua increpat Christus hæsitantiā & dubitationem discipulorum, ne credas Christum talibus uicijs delectari. Et seruit hic locus cōtra opinionem monachorum, qui adserunt fidē cū dubitatione cōsistere posse, quod si uerū esset,

hic non increparet Christus discipulos suos, neque sacrae literę ita occupatę essent in prodędapeęfecta fide, hoc est. tali, quę certo credit, nec dubitat. Refer huc. iij. cap. ad Roma. ubi describitur fides certa ac uere Christiana in exemplo Abrahamę, qui sub spe præter spem credidit, qui nõ hæssauit, neque infirmatus fuit fide ad promissiones dei. Et quã nequit uera fides cū dubitatiõẽ subistere, satis declarat definitio fidei ad He. ca. xi.

Quid timidi estis.

Quid dubitatis & diffiditis apud uos de meo præsidio, cum me præsentem habeatis, quasi mihi non sit cura de uobis? &c. Timor signum seu effectus infidelitatis est. i. Ioan. i. Nam qui timet non est perfectus in charitate, hoc est, is nõ credit se diligi a deo, non credit se deo curę esse.

Modicę fidei.

Et quanquam modica fides est in discipulis, tamen parua quędam occasio est accedendi ad Christum. Approbat etiam Christus modicum præ nihilo. Philanthropiæ Christi est, propter modicam fidem non reijci discipulos.

Tum surgens imperauit uentis.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus plenus est cõsolatione, in quo uideamus prostrata in crucem præcipitari, non ut perdantur, sed ut gloriose aliquando liberentur. Ab hoc loco tota scriptura argumenta sumit cõsolandi afflictas conscientias, ut sciant deum &c.

finem facere suo tempore ipsis tentationibus.
 Spectat huc locus. i. ad Corin. cap. x. Sed fidelis
 est deus, qui non sinet uos tentari, supra id quod
 potestis, imò faciet unā cum tentatione euentū,
 quem possitis sufferre. Referēda huc sunt exem-
 pla eorum, qui ē cruce fuerunt liberati, ut Iobis,
 Dauidis, Susannæ &c.

Imperauit.

Imperare dominij uerbum est, quod poten-
 tiam Christi commendat.

Et facta est tranquillitas.

Tranquillitas effectus est potentie Christi, seu
 uerbi, per quod increpat Christus uētos & mare.

Magna.

Magna uox commendat potentiam uerbi.

Porro homines mirati sunt.

EXPLICATIO SEPTIMI LOCI.
 ¶ Septimus locus monet de effectibus potē-
 tie Christi seu uerbi, quod si non plus efficit suā
 potentia & miraculis, tamen hoc agit, ut saltem
 admirari faciat homines. Marcus addit, quod inter
 se contulerint discipuli super hoc facto, qui effe-
 ctus sequens uerbum non est postremus, quando
 homines incipiunt inter se conferre & disputare
 de effectibus uerbi. Addit & Marcus timorem,
 quo fuerunt concussi super hoc miraculo homi-
 nes, ut & illum faciat effectum uerbi, quod pri-
 mum timorem seu horrorem incutit ad terren-
 dum conscientias, postea admiratione rursum

erigit ad fidem & consolatur. Commēdatur ergo hoc loco potentia uerbi. Et præscribuntur nobis certi gradus eò perueniendi, ut uerbum suscipiamus. Primus est gradus, terreri. Secundus, admirari uerbum. Tertius, de uerbo cōferre. Quartus, iudicare Christū amplius aliquid esse, quam hominem purum, hoc est, non offendi uilitate contempti uerbi,

A cōtrario monet hic locus de effectibus uerbi, qui sunt secuti homines ad sedationem tempestatis per Christum factæ, quod operum doctrina frigida sit atq; inefficax, quæ conscientias neq; mouet, neq; admirari facit.

Qualis est hic.

Sine dubio maior aliquid, quam purus homo.

Quia uenti.

Aetiologia à potentibus effectibus uerbi. En thymema est: Venti obediunt Christo. Ergo Christus maior est homine puro.

IN EVANGELIUM
MATTH. XIII. DOMINICA

quinta post Epiphaniæ.

NVlli hodie obicium est, qui modo Euangelij succum aliquem degusta ut in corde suo, quantos thesauros accepimus per renatum Euangelium, & ex quanta carnificina sumus liberati. At quanto nunc maior est thesaurus, & quanto libe-

ratio nostra excellentior, tanto nunc maiori cura opus est, ne semel acceptum thesaurum amissum iterū, & ne in captiuitatem cæcitatē rursum abducamur. Hic sane uerissimum est, quod uulgari illa sententia dicitur: Curæ adcreſcunt cum opibus. Quid obsecro nõ fecissent maiores nostri, si illis tantus thesaurus contigisset? Quid non laboris subiissent, ut reseruassent libertatem illā, qua proclamamur hodie facti esse, idē grauito, super Satanam, mortem & peccatum, dñi? Sane qui non abhorruerunt tam regalia templæ extruere, tantis sumptibus ficticiam religionem iuuare, nihil non beneficij conferre in abusum omni superstitione refertissimum, tandem magna prudētia & pene incredibili omnes uias occludere, ne pateret ullis furibus aditus ad intercipiendam religionis saltem fucatæ doctrinā, quā inquam maiores, cum non abhorruerint tantos sumptus laboresq; ac curas, p̄ Antichristi regno effundere, quātos maiores sumptus, quātos onerosiores labores, & quātas grauiiores curas subiissent, primū ut syncerum Euangelium accepissent, & acceptum seruare potuissent.

Item qd crederemus facturos filios huius seculi, qui in sua generatiōe semper excellūt filios lucis, si contingeret illis thesaurus aliquis auro argentiq; in magna estimatiōe admirabilis & preciosus: an essent dormituri? an alijs negocijs duri operam? minime gentium id facerent, sed diu noctuq; cogitarēt, quomodo acceptum possent

custodire thesaurum. Bone deus, quibus non se-
ris, quibus non obicibus, quibus tandem non
repagulis forent obfirmaturi thesaurum par-
tum. Verum nos soli, qui hodie sub renato Eu-
angelio uiuimus, tales sumus, qui nihil minus co-
gitamus, quam futurum aliquādo, ut à nobis pos-
sit auferri ille thesaurus, quem ex gratia dei, in pu-
ri uerbi renascentia, accepimus. An quia ignora-
mus, preciosissimis thesauris, plus insidiarum im-
minere? An quia putamus Satanam prorsus fu-
gatum esse? An quia fugiūt nos primitiue Eccle-
siae exempla? Et sine dubio sic cogitarūt aliquan-
do, qui tempore apostolorum uixerunt: Habe-
mus purum uerbum, habemus synceros predica-
tores, non deerunt nobis, donec mūdus steterit,
qui uerbum proclamabunt, habemus Bibliam scri-
ptam & alia sanctorum pia ac erudita monimen-
ta, igitur nullum periculum patiemur de uera
religione? Sed quam misere illi suis cogitatibus
decepti fuerunt, neminem latet. In quem enim
horribilem abusum uerbum tum purum postea
abiit. Nos antequam rediret Euangelium, sum-
mis desiderijs efflagitabamus mediocrē saltem
lucem: & cum hac nostra ætate, non solum me-
diocrem, uerum clarissimam accepimus, sterti-
mus plane & dormimus: unde uere in nos qua-
drat dictum illud: Absentia cupiuimus, præsen-
tia auersamur.

An inquis, qui est possibile, quod hodie possit
denovo sincera doctrina naufragiū pati, siue per-

Satanam, siue per homines, cum tota Germania puro uerbo plena sit, cum tot hominū pura commentaria extent, cum ne pueri quidem imposturas Papisticas ignorent. Responso: Esto, Satan non tollet uerbum, neq; permittet illud per malos homines extinguī, tamē hoc ager ut uerbum, quod nunc syncerum est, deprauet & rursus humanis traditionibus defalsat. Sic nec in superiori seculo Bibliam abstulit, permisit sacramenta Papisticæ Ecclesiæ, passus est homines hypocritas & sceleratos uti clauium administratione. Sed inter tanto abusu, ut nihil potis supra, nec impatienter fert Satan, ut prædicetur uerbum, modo conclinetur illud, sensim ac sensim ad abusum declinet, & modopauci sint, qui curēt uerbum corde, id quod Satanæ potius in lucrum cedit.

Quare facile concedo, ipsum Satanā non admodum fore sollicitum, ut tollat uerbū: Ast hoc molietur, sicut habet hodiernum Euangelium, ut nos dormire faciat, securos & segnes reddat, id cū effecerit, ipse non dormiet, sed ueniet inimicus ille & supseminabit zizania in medio tritici, & abit. Hæc erunt arma, hæc tela & hæc insidiæ, quæ hodie nobis fecissent negocium. Et nunc incipit illis armis, telis & insidijs uti, quos ramentos in media securitate constituti non animaduertimus. Quæ ergo sunt illæ insidiæ? Responso: O securo Germania, zizaniæ superseminatio est, de qua ita fideliter monet Christus in hodierni Euangelij parabola. Sed inquis: hodie ad-

huc nulla est zizaniæ superseminatio? Respon-
 deo: Est, O omnis soporis plena Germania. An
 non uides tot pestiferas sectas: quæ de nobis e-
 gressæ sunt, uerũ nõ ex nobis, in summo fastu ac
 libertate depopulâtes Ecclesiã. An ab oculis tu-
 is occulti sunt Anabaptistæ, qui bonam partem
 hodierni Euãgelij, praua sua doctrina rollunt,
 dum nos credunt iuxta præsentẽ parabolam bo-
 nos & malos, uere credẽtes & hypocritas duratu-
 ros in generali Ecclesia usq; ad consummationẽ
 seculi. An latent te illi, o tarda ad credendũ Ger-
 mania, qui hodie duo sacramenta ab ipso Chri-
 sto nobis in solacium instituta, miserrime depra-
 uant? An fugit te, impudicæ faciei hereticus, qui
 negat Spiritum sanctum tertiam in trinitate per-
 sonam? Cum igitur nostro tempore, quo adhuc
 det Satan per sua membra, quo adhuc
 posterum, quando nuda stabit Germania spolia-
 ta, tam in uerbo doctis, quàm mediocriter erudi-
 tis. An nõ hæc summa hodie securitas est? an nõ
 profundissimus somnus? an non certissima occa-
 sio abitura ad superseminationem zizaniarum,
 negligere hodie scholas? An credis tu stulta Ger-
 mania, deum missurum tibi angelos e cælo, qui
 prædicent tibi Euangelium, uigilent pro synce-
 ra doctrina custodienda, & qui expergefiant
 dormientes homines ad uigilantiam, ne ueniat
 Satan & superseminet zizaniã? quam nisi ressi-
 pueris Germania, & publicas summa grauitate

reparaueris scholas, liberrime seminabit Satan, quando eò res redacta fuerit, quod cogaris rursus per indoctos concionatores audire uerbum contaminatum, quod maiori cum periculo, uti uereor, conspurcabit posteri indocti homines, quàm olim fecere Papistæ. Alludit hodie ad fratrum futuræ Ecclesiæ Satan per Anabaptistas, quorum præfecti, qui præsentibus concionibus, ex indocta plebecula, factores & futores eliguntur, qui ne gustarunt quidem literas, quos uoluit Spiritus sanctus esse, certissima media ad recte secundam atque intelligendam scripturam. Nec obsecrare sunt nostris temporibus illorum opinioniones, qui negant studijs literarum opus esse ad religionem, modo habeamus Germanicas Biblias.

Ex his & similibus soporis & securitatis signis quis nunc facile colligere potest, nos hodie sub Euangelio plane dormire, & quia dormimus ideo adesse Satanam cum sua zizania.

In genere itaque monet hoc Euangelium in istius signi parabola ornatum, ut à sopore & securitate resurgamus, uigilemus diligenter, agamus excubias fideliter, ne inimicus ille Satana ueniat & superseminet zizania, nobis dormientibus. Confirmat & hoc Euangelium uulgarem illam sententiam, & huc apte quadrantem: Non minor cura est pariter tueri, quàm acquirere. Spectat & huc locus Petri prioris epistola cap. v. Sobrii estote, & uigilate, quoniã aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, querens quem deuoret &c.

Summarij loci.

1. Vigilantia & sedulitate opus est, ne contami-
netur uerbum, & pro uera pietate, ingerat se im-
pietas in Ecclesiam, & pro pijs impij.
2. Ignorantia est uelle aut præsumere cum ser-
uis huius parabolæ, uoce credentes ab hypocris-
tis in hac uita separare Ecclesia enim generaliter
sumpta, habebit uere credentes & hypocritas
pium & impium uerbum, pietatem & impie-
tatem, pios & impios usq; ad consummationem
seculi.
3. Post hanc uitam separabuntur uere creden-
tes ab hypocritis, hi ad æterna supplicia, illi ad
æternam uitam.

Simile est regnum cælorum.

EXPLICATIO PRIMI LOCI

¶ Primus locus duo urget. Vigilantiam & se-
dulitatem pro conseruando puro uerbo, & ne
in Ecclesia excrescant hypocritæ. Deinde à con-
trario ponit media, quorum gratia purum uer-
bum amittitur, & fit, qd hypocritæ in Eccle-
sia surgūt. Illa aut sunt media securitas & oscita-
tia, quæ duo mala, cum in omnibus uocandibus
fugienda sunt: ita maxime refert ea fugere in Ec-
clesia sub puro uerbo, quod ut impium reddat
Satan, noctu diuicq; cogitat. Securitas hic est præ-
scriptio quædam ex carnalibus adfectibus inter-
cedēte persuasione, quia audimus auribus uer-

bum, conciliata, quo factu quodam carnali, sine timore dei & fide, præsumimus & persuademus nobis, quod amplius nihil periculi nobis timendum sit à Satana, quem profus prostratum & debellatum proclamamus, una uoce canentes omnes: **Es hat nhu keyn nocht mehr / Der Teuffel ist vberwunden /**

Et quanquam his uocibus nihil aliud est uerius, quam Satanam per Christum uictum esse: tamen quia nos sine fide & timore dei sumus, uana est præsumptio & stulta securitas, persuadere nobis Satanam uictum esse à Christo, qui nihil minus credimus, aut curamus apud animum, quam quæ ore satis thraſonice iactamus.

Hac securitate & præsumptione hodie in nostra Germania nihil est frequentius.

Oscitantia tale est malum, quod statim sequitur superseminatio zizanix, sicut habet hodierna parabola & quod effectus est securitatis. Hoc malum hic Christus dormitionem uocat, & scriptura aliàs soporem seu compunctionem seu uertiginem, Ad Romanos. xi. Dedit eis spiritum compunctionis, oculos ut non uideant &c. Ex Esaiæ cap. vi. Esa. ix. Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis. Esa. xxix. Obstupescite & admiramini, fluctuate & uacillate, inebriamini & non à uino, mouemini & non ab ebrietate, quoniã miscuit nobis dñs spiritum soporis &c. Vocamus igitur oscitantiam illam fastidium quoddã & nauſcã, imò negligentia quanda ad

curandum syncerū uerbum & ad ea, quæ perti-
 nent ad ueram pietatē retinendam, qualē negli-
 gentiā & nausē habuerunt Iudei in deserto su-
 per leuissimo pane. Nu. xi. oprantes carnes: & si-
 cut dodie ferē bona Germaniæ pars nauscat ad
 Euangelium, qđ fortassis retineret aliquo mo-
 do, si saltē carnes quoq; accederēt, hoc est, noua
 subinde dogmata. Vel erit oscitātia hic dormi-
 tio quædā, quæ facit, ut non admodū adficiamur
 uerbo, sicut adfici solebamus, cum primū uerbū
 p̄dideret, Et hoc oscitantię malo, ne chodie quicq;
 cōmunius est, ideo appropinquat & in forib; est,
 quod Christus loquitur in hac parabola: Cū au-
 tem hoīes dormirent, uenit inimicus eius & su-
 p̄seminauit zizania &c. Possunt ad oscitantiā re-
 ferri oīa ea, quæ ex negligentia p̄bent occasionē
 deprauādi uerbū. Res, esse possunt, ut neglectus
 scholarū, ab alienatione bonorū ecclesiasticorū, si-
 p̄dia macra & leuia &c. quæ res auocant p̄sonas
 à Theologiæ studio, sine quo parū uerbū retine-
 ri non potest. En possunt p̄dictæ res appellari ef-
 fectus oscitantiæ seu dormitionis. Caterū uigilā-
 tia & sedulitas, optimæ in Christianis uirtutes,
 quæ ubi adsunt, nō potest inimicus homo sua zi-
 zania sup̄seminare. Hortamur igitur primo hoc
 loco ad uigilantiā & sedulitatem: & dehorta-
 mur à securitate & oscitantiā.

Simile est regnum cælorum.
 Sic se habet Ecclesia, in qua prædicatur purum

uerbum. Regnū cęlorū, non est mūdi regnum.

Homini.

Homo seminans Christus est, qui seminat suum uerbum in Ecclesia usq; ad finē mundi. Nam officia Christi perpetua sunt. Filius hominis dicatur Christus cōtempa ac uilis persona. Bonum semen iuxta expositionem Christi, filij sunt regni cęlorum, uere credentes &c. qui dicuntur filij regni boni non natura, sed propter Christum seminatore[m] natura bonum. Item dicuntur filij regni boni à uerbo bono, per quod seminatur. Et sicut semē sensim ac sensim excrecit, sic etiam filij huius regni non statim sunt magni & perfecti. Bonum semen non tantum intelliges filios regni, sed etiā purū uerbū, ueram pietatē &c.

Ager mundus est, uel quia Christus sine respectu personarum seminat suum bonum semen uel quia Christus, p̄ toto mūdo seminator est. Est enim Euangelium Christi, uniuersalis doctrina.

Cum autem dormirent homines.

Secure & oscitanter agerēt. Nota occasionem aduentus Satanz & impietatis.

Venit inimicus eius!

A natura, cuius est insidiari calcaneo Christi.

Gene. iij.

Superseminauit:

Non tollit Satan uerbum, sed superseminat tantum zizania.

Zizania.

Impios hypocritas & filios nequā, qui à natu-
ra sunt filij Satanae, A priori intelligimus per ziza-
nia & uerbū impurū, deprauatū, & impietatē &c.

Inter triticum.

Filios regnī, purum uerbum, uerā pietatem.

Abht.

Sub spe certa sua zizania aliquādo peditura.

Cum autem creuisset herba.

Obserua copiam in Euangelista, qui nūc her-
bam uocat, quod prius dixit semen & triticum.
Quia filij regnī & purū uerbum semen dicātur,
diximus: Triticū uocantur filij regnī & uerbū ab
excellētia & p̄ciositate, sicut triticū reliqua fru-
menta excellit. Herbe sunt filij regnī & purum
uerbum, quia successiue excreſcunt.

Et fructum fecisset. Apud credentes.

Et tunc apparuerunt & zizania,
Accrescente Euangelio & pijs. Nora & hypo-
critas exurgere & excreſcere in generali Eccle-
sia. Apparere magnificentia uerbum est.

Accedentes autem serui.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI,

¶ Secundus locus cōmunem quendā ex igno-
rātia errorē cōtinet, oībus hoībus familiarē. Sic
em̄ cogitamus plerūq; Triticū colligit in horreū
zizania uero à tritico separat. Ergo nō potest fi-
eri, ut sit Ecclesia, in qua sint pariter boni & mali

aut si fit, tamen ferendum id non est. Item palea à tritico discernitur & separatur. Ergo pijs ab impijs, boni à malis discerni debēt & separari. Quę humanę rationis in speciem non sunt inepta ac gumenta, sed fiunt inepta, quia præiudicare nōtur uolūtati domini, cui sic uisum est, habere hic in terris Ecclesiam generalem, in qua sunt simul boni & mali, quiq; durabunt in una generali Ecclesia usq; ad finem mundi.

Et quia rationis humanę argumenta, sicuti diximus, insignia sunt, quare & multis negociū fecerunt. Extiterunt enim olim heretici complures, qui instituerunt separationem uere credentium & hypocritarum in Ecclesia. Sic Chiliastrę crediderunt olim Christum in hoc mūdo regnaturum cum solis pijs in omni genere deliciarū, extinctis omnibus impijs. Ante decenniū Nicolaus Storck, Monetarius & Piperius eandem heresim cum magna rusticorum clade reuocarūt. Et nunc Anabaptistę reuocant, qui ante annum in Vuestphalię urbe Monasterio cœperūt omnes ab illorum doctrina & moribus alienos, eiicere & fugare, electo simul rege, qui regnū tale erigeret in mundo, in quo nulli essent impij ac hypocritę. Sed quā feliciter illis iacta alea cesserit, nec id quidem ignoramus. Locum aut scripturę præcipuum, quo Anabaptistę ducūtur, ē penultimo Psalmo est, ubi sic legitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis &c. Ad faciendam uindictam in nationibus, increpatio

nes in populis. Ad alligandos reges eorū in cō-
pedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis &c.

Verum miseri illi Catabaptistæ non intelligūt
ibi loqui prophetam de spiritualibus sanctorū
armis in spirituali regno.

Monet igitur hic locus secundus ab exemplo
seruorum uolentium zizania colligere, ignoran-
tiæ & temeritatis esse, uelle in hoc mundo con-
stituere talem Ecclesiam generalem, in qua non
sunt simul boni & mali, uere credentes & hypo-
critæ. Item docet hic locus ad homines nō peri-
nere, ut in hoc mundo separent pios ab impijs.
Fortassis quia nostra iudicia falsa sunt, quia tan-
tum iudicamus iuxta externa, uel quia faciles su-
mus ad iudicādum, quam facilitatem uoluit in
nobis præcauere dominus.

Præterea non possunt homines pios ab impijs
separare, quia Ecclesia uera nō est oculis aut sen-
sibus exposita, quam iuxta fidei articulos credi-
mus, non uidemus: Credo Ecclesiam catholicā.
Elias. iij. Regū. cap. xix. errauit, qui meritis est
Ecclesiam è præsentij euentu & moribus homi-
num externis.

Postremo etsi dominus prohibet seruos, ne
colligant zizania, interim tamen non uetat do-
minus secundo hoc loco, ne quisq; pro se non a-
gnoscat zizania, aut ne proclamitent pij zizania
pro zizania, aut ne discernant inter triticū & zi-
zania, sed tantū prohibet, ne colligāt zizania, &
dum colligant, simul eradicent & triticū. Quid

ergo prohibetur hic: Respondeo: temeritas illorum, qui ante nouissimum diē uolunt constitue-
re Ecclesiam generalē, in qua non sunt boni &
mali. Item qui ex temeritate instituunt omnem
impiam doctrinam ui & armis tollere, & eradi-
care, nesciētes interim, hāc ipsam maiori iudicio
referuari debere, quod Christus exercebit aliquā
do in impios & eorum doctrinam, quando cla-
ritate aduentus sui abolebit Antichristum cum
omni impietate. ij. ad Thessa. ij.

Serui autem.

Exemplum ignorantie in seruis, qui ignorāt
in generali Ecclesia muros pios & impios usq;
ad cōsummationē seculi. Serui angeli sunt. Pater
familias Christus. Serui typū gerūt oīum eorū,
q̄ cōtendūt ad purgationē Ecclesie in hac uita.

Vnde ergo habet zizania.

Ne pij quidem exemplo seruorum sciūt, quo-
modo sub uero Euāgelio ingerat se impietas.

Inimicus homo.

Translatio uerbi deprauati & adducte impie-
tatis in Satanam.

Eradicetis simul cum eis.

Monet dominus de periculis, quæ proue-
niunt ex separatione piorum ab impijs, quam
instituunt homines in hac uita. Et facillime
possunt inde multa atque magna pericula oriri.
quia homines non cognoscunt corda, & tan-
tum harent in externis uel hominum moribus.

uel conuersionibus, uel confessionibus, ideo
sua separatione facile decipi possunt. Sicut olim
Elias. iij. Reg. xix. ca. Et hodie Anabaptistæ, qui
nuda confessione contenti sunt recipere homi-
niam. Debent huc referri omnia pericula, quæ ex
separatione illa aliquando uenerunt, & adhuc
proueniunt, cū ne hodie sint, qui nescio quā sepa-
rationem fingunt atq; refingunt.

Et triticum.

Quia difficile est iuxta externa, separare ziza-
niam a tritico, uere pios ab impijs. *Es stehet
Ihn nicht ahn der stirne gescriben.*

Sinite.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus est de separatione uere credē-
tium & impiorum, quæ erit futura in consum-
matione seculi, in qua tandem notū fiet, qui in
hac uita fuerint uere p̄ij & dilecti dei, & qui nō.
Mūds hic beatos dicit & dilectos deo, qui mul-
tis diuitijs exundant, qui feliciter agunt, & qui
ab omnibus & habentur in precio & commen-
dantur. Beatos uocat homines magnos, qui p̄-
pria iustitia turgescunt, qui potentia & auctori-
tate apud omnes ualent. Item qui asperi sunt,
separationem uentum fuerit, de qua meminit
hæc parabola. Tumenim uere erūt beati, & dile-
cti dei, qui in hac uita calamitosi fuerunt, miseri

pauperes, contempti & ignobiles &c. Et sicut li-
ber sapientiæ apocryphus capit. v. loquitur: Hi
sunt, quos habuimus aliquando derisui, & in si-
militudinem improperij. Nos insensati uitã illo-
rum putabamus insaniam & finem illorum sine
honore. Ecce quomodo computari sunt inter fi-
lios dei &c. Tria uero agit hic tertius locus: Cõ-
solatur pios, ne illa cõmixtionẽ cũ impijs hypo-
tisi offendantur, quia sciunt aliquando suam
separationem in altera uita futuram ad uitam
æternam. Item ne perturbentur felicitate & for-
tuna impiorum, qui quanquã fortunatissime &
felicissime hic agunt, tamen peribunt suo tem-
pore, & peruenient ad æterna supplicia.

Deinde monet hic tertius locus de causa, pro-
pter quam in hac uita non debent, sicut nec pos-
sunt impij à pijs separari, quia maiori iudicio di-
gnisunt, & quia ad gloriam Christi seruari de-
bent, ut in impijs exerceat suam maiestatem in
die iudicij, in quo ueniet claritate sui aduentus ex-
tincturus omnem impietatem & simul impios
omnes. ij. ad Thessal. ij. Et quemadmodum ha-
bet huius parabolæ accõmodatio. Mitte filius
hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius
omnia scandala & eos, qui faciunt iniquitatem,
& mittent eos in caminum ignis &c.

Tertio proponit supplicia impiorum & gau-
dia æterna piorum.

Summa generalis tertij loci.

Euentus post hanc uitam primum discernẽs

pios ab impijs hypocritis in Ecclesia, qui hie in generali Ecclesia nō potuerunt discerni,

Vsq; ad messem.

Consummationem seculi, in qua utrumq; regnum dei & satanæ, unā cum utriusq; regni subditis manifestabitur.

Messoribus:

Angelis, cum quibus ueniet Christus ad iudicium. Mat. xxv. & .i. ad Thessa. iiii.

Golligite primum zizania.

Impios hypocritas, & sicut Christus accomodat. Omnia scandala, scilicet, qua p̄ijs ex zizania obrigerunt, cum uiderent illa florere, esse in maiori precio, & estimatione, potentia &c. Ecce eos, qui faciunt iniquitatem &c. hoc est, qui foris sancti apparent, & intus pleni sunt impietate.

Ad comburendum.

In caminū ignis, ubi erit fletus & stridor dentium, hoc est, p̄petua cōscientiarū irrequietudo.

Triticum autem congregate

in horreum meum.

Ad eterna gaudia & ad uitam eternā, in qua cessabit omnis luctus, in qua erunt tuti p̄ij a tempestatum iniuria, non aliter atq; triticum in horreum collectum. Et ut Christus loquitur: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorū &c.

148

IN EVANGELIUM
MATTHAEI .XX. DOMI
nica Septuagesimæ.

Quemadmodū omnia opera dei toti mun-
do myſteria ſunt, & abdita quædā retia,
in quibus capiatur mundus cum ſua ſapiētia &
prudentia, ita & eadem opera à iudicio rationis
alieniſſima ſunt, qua ſola nititur mundus tan-
quam firmiſſimo fulchro, quod coram operibus
dei & ſubſiſtere poſſe credit, ea pro arbitrio in-
telligere & iudicare, tandem ubi opera dei inuē-
ta fuerint à ratione diſſentire, illa æquiſſimo iu-
dicio à ratione damnari atq; reiſci. Sic quid credi-
mus mundum & rationem magiſtrum, quo in-
ſtituitur & regitur mundus, iudicaſſe de circum-
ſiſione, ſane coram mundo & rationis iudicio, ri-
diculo & ſtulto opere? Quo animo credimus
mundum unā cum ratione adfectum fuiſſe erga
Chriſtum contemptram & uilem perſonam, que
cruci affixa deberet humano generi æternam ui-
tam parare.

Vnde certo certius intelligimus, quia deus
ſtultis & ridiculis coram mundo & ratione ope-
ribus delectatur, deum longe aliam eſſe perſo-
nam & longe aliter adfectum, quā homines in-
hæc terra iudicio rationis inhærentes. Hinc
& regnum dei longe aliud eſſe à regno mundi
certiſſimum eſt. Idcirco etiam & Deum eſſe
longe aliam perſonam ab omnibus hominibus

aliter adfectam, quàm homines, & regnum dei longe diuersum à regno mundi & rationis iudicio, id hodierni Euangelij parabola confirmat, in qua aperto facto testatur deus, quod is talis sit, quem neq; mundus, neq; ratio intelligit, & sic nunc deum neq; mundus neq; ratio capit, ita nec regnum dei apprehendit, nec potest non offendi affectibus & operibus dei.

Legitur itaq; in hodierni Euangelij parabola, quod pater familias, qua uoce deus significatur, nullo habito respectu eorum, qui uel diluculo cõducti, in uineam abierant, uel qui hora tertia, uel undecima uenerant, singulis idem præmium & eandem mercedem dederit. Iam si uolueris mundi & rationis iudicia consulere, & ea aduocare, audies deum nõ solum inique, sed etiam iniuste egisse, qui in suo facto nullum neq; personarum neq; temporum, neq; laborum respectũ habuit. Porphirius de hoc dei facto nõ aliter iudicasset, quàm de tali opere, quod esset extremũ uicium contra omnem honestatem & rationẽ peractũ. Item si liberum esset mundo iudicium in deum iuxta consensum rationis, damnaret deum suo facto, & prorsus reijceret, ut iniquũ & iniustum patrem familias.

Mundus uero secundum rationem sic iudicaret, nec etiam inhoneste, imò secundũ ipsissimã æquiritatem. Qui uenerunt diluculo, plus mercedis habebunt, quàm qui hora tertia aut undecima abierunt in uineam.

Ratio accedit & probat iudicium mūdi, ut tale, quod ad honestatem & æquitatem proxime appropinquat. Quid enim honestius? quid equius? quàm operanti per totum diē digniorem & maiorem mercedem dare, quàm qui uix mediam partem diei laborando triuerit.

Docet ergo præsens parabola in genere, ut summa prudentia discernamus deum ab hominibus, adfectus dei & opera ab adfectibus hominum & operibus, & ne confundamus inter se regnum dei & mundi regnū, nullo modo dei uoluntatem ex mundi operibus spectantes. Ut enim cælum & terra secernuntur: ita regnum dei à regno mundi, & uoluntas dei à uoluntate hominum discerni debent, neq; hoc tantum hic fieri debet circa mercedē, quam dat deus in regno suo laborantibus & uersantibus, æqualem ac sine circumstantiarum respectu: sed etiam ubiq; & semper, & in omnib; operibus dei, deposito omni & mūdi & rationis iudicio. Si enim in peccato constitutus uolueris uoluntatem dei spectare è hominibus, necessario desperabis, cum homines saepe aut non remittunt peccata, aut in multos annos producant.

Item si rationē conferēdi eleemosynas petieris à mundo & ratione, nunquam bene ac pie collocabis eleemosynas in alios. Siquidē mūdi in conferendis beneficijs respectum personarū habet, unde mundi & ipsissime rationis sententia: Cui des, uideto, At deus finit solem suum oriri

super bonos & malos, *Matt. v.*

Porro & hoc sciendum est circa hanc parabolam, idem propter seditiosos quosdam hereticos, qui hodie sub prætextu ueræ pietatis perturbant Respublicas & civiles ordinationes, dum regnum dei cum regno mundi conciliare moluntur. Nam etsi hæc parabola docet beneficia & præmia in regno dei non conferri ex respectu circumstantiarum, cum personarum tum rerum sine obseruatione aut operum, aut dignitatis, aut indignitatis: tamen ideo civilem illam iustitiam, quam æquitatem uocamus, in regno mundi non tollit, in quo recte tribuitur unicuique iuxta suum laborem & meritum. Aliter autem necessario se habet in regno dei, in quo præmia dantur ex misericordia & gratia sine personarum & laborum respectu.

Hæc præfari libuit, ut ostenderentur quatenus hæc parabola conueniret cum iudicio mundi & rationis. Et idcirco non tolli æquitatem in mundo, etsi in regno dei aliter comparatum sit.

Summarij loci totius parabole.

1. Vocatio ad cognitionem Euangelij non est equalis neque uniformis. Nam alij alio modo, loco & tempore uocantur, hic ex hac, alij ex illa occasione. Vocantur autem ex mera gratia & misericordia dei.
2. Inter uocatos ad Euangelij cognitionem plerumque oritur fastus & arrogantia, qua quidam uocati superbiunt sub Euangelio & plus sibi tribui uolunt, uel propter maiorem cognitionem, uel dona uel magnitudinem laboris nomine Euan-

gelij suscepti. Horum typū gerunt, qui uenerūt
 primi in uincā, & arbitrātur se plus mercedis ac
 cepturos, quā reliqui. Gerūt & hi typum illo
 rū, gēstimāt adfectus & uoluntatem, regnū dei
 & p̄mia illius ē regno mundi & iudicio rationis.
 3 Merces in regno cęlorū, p̄missa laborātibus
 contingit æqualis omnibus ex gratia, nō ex me
 rito, ex uolūtate dei, nō ex dignitate nostrarū aut
 personarum aut operum nostrorum.
 4 Timendū est in regno cęlorū, ut qui stat, uide
 at ne cadat. Non est q̄renda p̄rogatiua in regno
 cęlorū, nō sup̄biendū uoīe auditi Euangelij, non
 arrogandū neq; tribuendū sibi aliquid p̄æ alijs
 fieri enim potest, ut nouissimi fiant primi, & pri
 mi nouissimi.

De occasione parabolæ.

Parabola huius Euāgelij coheret cū p̄cedere ep̄i
 phonēate. Multi aut̄ primi erūt nouiss. & nouissi
 mi primi. Et est p̄sens parabola ueluti explicatio
 illius epiphonematis p̄ occupationē adiecta. Nā
 illius procul discipuli ad hoc epiphonema cœ
 dubio procul discipuli ad hoc epiphonema cœ
 perunt ualde obstupescere, ut ad sententiā ple
 nā horroris, & lōge discedentem a iudicio ratio
 nis. Ratio em̄ hāc sententiā neq; capit neq; p̄bat.
 Multi primi erūt nouissimi, & nouissimi primi.
 Hinc nō dubiū est, quin discipuli offensi fuerit di
 cta sentētia, q̄ igitur ut colleret Christus, sequen
 tem parabolam subiicit, quæ est explicatio &
 confirmatio dictæ sententiæ.

Simile est enim regnum caelorum

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus occupatus est in circūstantiis explicandis, quæ ludūt circa uocationē, qua ad cognitionē Euangelij uocamur ad illā uincā, in quam legimus in p̄senti Euāgelio multos operarios à patre familias deo uocatos esse, sed a s̄i alio modo, loco, tēpore, & occasiōe alia. Vnde certū est, uocationē ad Euangeliū non esse equalem & uniformē, non quantū ad præcipuā causam attinet, quæ est nos oēs ex misericordia dei æqualiter uocari: uerū propter circūstantias, quæ docent, q̄ modo & qualiter uocari sumus & adhuc uocamur oēs, qui ad Euangeliū inuitamur.

Videmus em̄ quosdā hoc modo, alios alio uocari: quosdā ex hac occasiōe, quosdā ex alia. Generales & magis p̄cipuæ sunt occasiōes, præter misericordiā dei, quibus uocamur ad Euangeliū, Spiritus sanctus, qui nunc interne uocat sine uerbo, id quod tamē raro facit, nūc per uerbū, id quod uulgarissima est occasio uocādi ad cognitionē Euangelij. Quidā conuersatiōe aliorū pia & honesta uocātur, Quidā per rerū naturalium diligentē contēplationem: de qua uidetur Apostolus loqui ad Ro. i. & xvij. ca. Acto. Si contrectēt, inueniēt eū. Et sicut nunc occasiōes ex rebus sunt uariæ, ita & p̄sonæ. Nā qdam per uiros uocātur, qdam per mulieres, quidā p̄ iuuenes, qdam per senes, quidā per cōtentiosos p̄dicatores, quidam

per placidos &c. Attramen quo uis modo ait Paulus ad Philip. i. siue per occasionem, scilicet forte oblatam, siue per ueritatē &c. Nec personæ, quæ uocantur eadem sunt, quædam enim uiri uocantur, quædam mulieres, quædam iuuenes, quædam senes &c. Nec uno eodemq; tempore simul uocamur omnes. Quidam namq; summo diluculo: quidam hora nona: quidam hora undecima &c. Et sic nec locus omnibus, dū uocantur, æqualis.

Cæterū quanquā circumstantiæ & occasiones sunt eadem, nec isdem æqualiter contingunt: ratio omnes uocamur æqualiter ex misericordia dei, ad idem Euangelium, ad eundem denarium & ad uitam æternam. Docet igitur primus locus, sicut diximus, uocationem ad cognitionem Euangelij non esse æqualem neq; uniformem, sed uariare illam pro uarietate circumstantiarum, personarum, temporum, locorum, occasionum &c.

Methodus uocationis.

Vocatio est hic, qua ex misericordia dei siue gratia secundum electionem uocamur in consortium filiorū dei, seu ad cognitionē Euangelij, seu in uineam, per deum in Christo Iesu, ad Ephesios cap. &c.

Causæ.

Causæ uocationis sunt, deus uocās, gratia dei, misericordia dei, uerbum p quod uocamur &c. Sunt & his remotiores, ut plonē p̄dicatores &c.

Effectus finales.

Ut simus sancti & irreprehensibiles filij dei.
Ad Ephesios. i. Ut unum eundemq; denarium accipiamus, iuxta præsentem parabolam.

Simile est.

Ita per omnia comparatum est cum regno cælorum, atq; cum patrefamilias, qui exijt &c.

Regnum cælorum intellige Ecclesiam, & ea omnia, quæ pertinent ad illud regnū. Accōmodatio est parabolæ illa sententia, quæ sequetur in fine. Sic nouissimi erunt primi &c. Sic in regno cælorum, nūc hic multum intelligit, nunc parū: nūc hic firmus est in fide, nūc infirmus &c.

Paterfamilias deus est. Officium patrisfamilias est, summa prudentia omnia disponere.

Primodiluculo.

Ad primum Euangelij exortum.

Conducere.

Per uerbum uocare. Nota deum ipsum conducere operarios in uineam suam.

Operarios.

Euangelium non spectat ad ociosas personas.

In uineam suam.

In uineam, id est, Ecclesiam suam, in qua quisq; laborat pro se, hic illa, alius alia opera, ad certa præmia à patrefamilias deo promissa. Et quia Euangelium fructus est illius uineæ, recte per uineam accipies Euangelium, ut sit sensus, in uineam suam.

am, id est, ad cognitionem Euangelij &c.

Conuentione autem facta.

Conuentionem facit cum operarijs, ut ex gratia sit premium & ex promissione. De his copiosius in explicatione tertij loci.

In singulos dies.

Nulla opera carebunt mercede.

De denario.

Conuentio est de uita æterna, quæ certo sequitur ex promissione, & quia deus inter conueniendum promittit. Denarius respectu aurei Rhemenfis ualeat tribus albis.

Misit.

Ipsi non currunt.

In uineam suam.

Ut sint membra Ecclesiæ, ut operentur, quæ decet operarios Ecclesiæ ueræ, ut agnoscat Euangelium, recipiant &c.

Et egressus.

Alij alio tempore uocantur ad cognitionem Euangelij, seu in Ecclesiam. Tertia notat circumstantiam temporis, forū loci. Ociosi sunt hoies extra Ecclesiam, sine noticia Euangelij &c.

Et quod iustum fuerit.

Promissio præmij iusti. Et quia hoc promittitur: ideo certe sequitur.

Iterum exit.

Alij alio tempore uocantur. ut supra.

Et fecit similiter.

Promisit iustū prēmium, mercedē iustam &c.
 Circa undecimam.

Alij alio tempore uocantur, ut supra.

Cur hic stas.

Increpatio propter moram cognoscendi Eu-
 angelium & suscipiendi.

Quia nemo nos conduxit.

Aetiologia ocij & morę, insinuās hoies uenire
 ad Euangelij cognitionē p uocātes p̄dicatores.

Cum sero autem factum esset.

Periphrasis nouissimi diei, in quo dabitur uita
 æterna merces credentibus.

Procuratori suo.

Christo. Nam hic alios proclamabit ad uitam
 æternam, alios ad æterna supplicia. Matth. xxv.

Venientes autem primi.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus agit de fastu, arrogantia &
 murmurationibus eorum, qui diluculo in uine-
 am conducti erant. Et quia fastus, arrogantia,
 murmuraciones & huiusmodi res non apte re-
 ferri possunt ad futurum seculum, nisi quis res di-
 ctas conferat ad cogitatus animarum post hanc
 locum referri debet ad p̄sentis seculi statū. Nā hic
 plerūq; accidere solet, q̄ uocati ad cognitionem
 Euangelij in eum fastum & arrogantiam inci-
 dūt, aut maturioris cognitionis ipsius Euāgelij

nomine, aut propter cognitionem maiorem, propter plura ac maiora dona, & propter magnitudinem laboris Euangelij gratia suscepti. Quarum rerum exempla non desunt hodie in ecclesia, quando, qui primi ad Euangelij cognitionem peruenerunt, exurgunt contra alios, qui tardius Euangelium susceperunt: aut quando illi plus uolunt sibi tribui, qui plura beneficia contulerunt in Euangelium & ministros illius, aut qui propter Euangelium plus sunt passi periculorum.

Vt hic nihil dicā de prærogatiuis, quibus hodie in Ecclesia ad concertationes usq; quidā exurgunt. De donis quid dicam? propter quæ hodie sepe infensissima inuidia exercet in Ecclesia.

Docet ergo secundus hic locus de fastu, arrogantia & murmurationibus eorum, qui sub Euangelio plus sibi tribui uolunt, uel quia ipsi prius receperunt Euangelium, quàm alij, uel quia plus passi sunt Euangelij nomine &c. Deinde monet adfectus, uoluntatem, regnū dei & præmia illius regni non esse spectanda, è regno mundi, uel iudicio rationis. Si uero placet hunc fastum arrogantiam & murmurationem transferre ad futuram uitam, sensus erit. Quod in nouissimo iudicio sic erunt adfecti homines, quales hic describuntur, cum uidebunt se propter sua opera negligi. Sed placet prior sententia.

Venientes autem primi.

Primitus præ alijs uocati, pluribus donis præ-

ditum, plura nomine Euāgelij passi, quā alij &c.
 Totus sequens textus usque ad responsum patris-
 familias, est quēdam descriptio mimetica adfe-
 ctuum, cogitatum, & uerborum, eorū, qui pre-
 rogatiuam aliquam in regno cęlorum constitu-
 unt, aut personarum, aut premiorum aut ope-
 rum &c.

Qui portauimus.

Exaggeratio laborum seu operum sub Euā-
 gelio aut nomine Euāgelij susceptorum. Apud
 Papistas similis operum exaggeratio fuit in uisū
 qui coronas illas in uita æterna excogitarunt.

Amice.

EXPLICATIO TERTII LOCI

¶ Tertius locus in genere docet, uitam ætere-
 nam esse donum dei, quod ex promissione, do-
 natione, gratia, misericordia & bona dei uolun-
 tate contingit, non ex merito aut dignitate uel
 nostrarū personarū, uel operum nostrorum. Ni-
 titur enim paterfamilias in hac parabola tantū
 conuentione & pacto nullo respectu habito aut
 personarum aut laborum. Ait nāq; ad unum ex
 eis, qui primi uenerant in uineam: Amice nō fa-
 cio tibi iniuriam. Nonne denario pactus es me-
 cum? Tolle quod tuum est, & abi. Volo autem
 huic nouissimo dare, sicut & tibi &c.

Sed quæso, unde ergo accidit illa æqualis
 merces? Responso. Ex pacto seu conuentione

one. Siquidem primum cum uocamur ad cognitionem Euangelij, uocamur ad doctrinam longe dissidentem à lege. In hac promittitur merces sub conditione, si hoc uel illud feceris, hoc uel illud habebis. At in Euangelio sine conditione aut merito proponuntur omnia. Vt enim Euangelium est gratuita prædicatio, ita & res omnes, quas Euangelium docet, gratuitæ sunt, & gratuito contingunt. Sic iustitia est gratuita peccatorum impuratio. Ad Romanos quarto capitulo: Si uita æterna gratuito contingit. Ad Romanos sexto: Donum dei est uita æterna. Vocamus autem Euangelium, iustitiam & uitam æternam, res gratuitas, quia ex gratia contingunt, quia ex gratia ad illas uocamur, quia sine conditione, sine respectu circumstantiarum, personarum, locorum, temporum, laborum, operum, dignitatum & cæteræ. eueniunt. Tantum, quia cum ex mera gratia uocamur ad Euangelium, uenit pater familias Deus, & conuenit nobiscum de mercede ex gratia, antequam quicquam nos adferimus uel operum uel laborum. Et ut Apostolus dicit ad Romanos capite nono, in exemplis Isaac & Esau nondum natis pueris, cum neque boni quicquam fecissent, neque mali, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est illis: Maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Intercidit ergo circa hunc tertium locum,

& omnis prærogatiua inter sanctos in regno cælorum, qua persuademus plerumq; nobis, quasi propter hoc uel illud acceptiores & proximiores simus deo, quam alij, qui uel non sunt ita firmi in fide, qui uel tanta dona nō habent &c.

Cadit ad hunc tertium locum & monachorū opinio, qui præmiorum gradus & neicio quas coronas tingunt.

Amice.

Purgatio patrisfamilias contra operarios quærentes prærogatiuam in regno cælorum, & credentes sibi iniuriam fieri æqualitate mercedis.

Nonne denario.

Ab inita conuentione & facta promissione certi præmij ante ullos labores seu opera.

Tolle.

Responsum tollens prærogatiuam omnem.

Volo autem.

Voluntas dei beniuola est, omnes in regno cælorum unum idemq; præmium accipere. Excluditur hic prorsus omne meritum.

An non licet.

Expostulatio patrisfamilias dei cū illis, qui querunt prærogatiuam in regno cælorū, à iure quod deus liberum habet, qui nemini quicquā debet præter conuenta ex promissione inita. Et quia promissit, ergo dabit, nō quia tu laborasti. Nam promissio facta est ante labores.

An oculus tuus?

Iudicium rationis, quo iudicas & spectas me iuxta æquitatem, quam dicitur ratio, quæ sic iudicat: Qui plus laboravit, plus præmij habere debet. Et hoc est quod in secundo loco diximus, & in præfatiõe huius Evangelij, ne spectemus deũ adfectus, uoluntatem, regnum dei & præmia illius regni, è iudicio mundi aut rationis.

Quod ego bonus sum.

Natura misericors, benignus, beneficus & liberalis, qui sine respectu personarum, locorum, temporum, operum & dignitatum, distribuo ex gratuita misericordia mea bona pariter in oēs.

Sic nouissimi erunt primi.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus continet accommodatiõem parabolæ ad sententias satis quidem horribiles. Sic nouissimi erunt primi & primi nouissimi. Id est multi sunt uocati, pauci uero electi: quibus sententijs hortatur nõs Christus ad timorem, ne in regno cælorum nomine auditi Euangelij superbiamus præ alijs, nobis aliquid arrogemus & tribuamus præ alijs: quasi nostris laboribus seu operibus in dei regno, acceptiores aut gratiores sumus deo quàm alijs, fortassis non ita operibus instructi. Fieri enim potest, ut nouissimi fiant primi, & primi nouissimi. Nã, etsi multi uocati sunt ad regnum cælorũ, qui recipiunt uerbũ, tamen pauci sunt, qui in uerbo perdurant, & qui nõs

mine uerbi nihil sibi arrogant. Spectat huc exempla Israelis reprobati ex. x. cap. i. epist. ad Corinthios ab Apostolo posita. Item locus ille ibidem scriptus. Proinde, qui sibi uiderur stare, uideat ne cadat. Summa est huius quarti loci. Hortamur ad timorem & humiliationem, & dehortamur à fastu & securitate.

Sic nouissimi.

Accommodatio parabolæ. Sic inquit, q. d. pater familias: Ad hunc modum se habet in regno cælorum, ut qui nunc primus est, respectu præmij facile sit nouissimus, & qui nouissimus est, facile sit primus. Item qui nunc firmus est in fide, mox infirmus fieri potest, qui nunc magnam habet Euangelij cognitionem, fieri potest, ut propter suum fastum mox plane nullam aut paruum habeat.

Multi enim.

Actiologia à facilitate labandi. Multi enim sunt uocati, scilicet, qui recipiunt uerbum, audiunt, credunt &c.

Pauci uero electi.

Qui ita recipiunt uerbum, audiunt & credunt, ut nomine uerbi non reddantur insolentiores & arrogantiores, qui non quærunt prærogatiuam, qui non arrogant & tribuunt sibi aliquid in regno cælorum præ alijs.

191
IN EVANGELIUM
LVCAE .VIII. DOMINICA

Sexagesimæ.

Hodiernum Evangelium parabola est hoc est, collatio quædam verbi dei cū semine, quod seminator projicit in agrum, ea spe, ut cadat bene, & crescat feliciter, ferens fructum magnum & numerosum. Verum ut semen à seminatore proiectum in agrum, non æqualiter cadit, aut æqualia occupat loca, nam aliud iuxta viam cadit, aliud in loca saxosa, aliud inter spinas, aliud tandem in bona terram, ita & verbum dei per prædicationem in alia atq; alia corda cadit, & aliter atq; aliter suscipitur & servatur ab alijs. Vnde ex hodierno Euāgelio quatuor genera auditorū verbi colliguntur, ex æquo audientium, recipientium & complectentium verbum, sed diuersa ratione, sicut audietis in explicatione.

Et ne quis hanc parabolam ad tempora Christi & apostolorum referat tantum, nec credat hodie nullum esse istius usum, is sciat hæc quatuor genera auditorū verbi semper existere, ubi prædicatur sincerum verbum, quare cum & hodie prædicetur, reuera adsunt in Ecclesia illa genera, & ipsi adfirmabitis ea genera adesse, ubi audietis parabolæ accommodationem. Nec est hæc parabola releganda ad mundū, qui caret verbo neq; ad hos, neq; ad illos verbi inimicos, sed ad auditores sinceri & puri verbi.

Cæterum ut modum interpretandi hoc Evangelium angelium intelligatis, ego accommodationem parabolæ ad quatuor illa auditorum uerbi generata à Christo positam, tantum tractabo & pluribus uerbis exaggerabo, ut innotescat uobis quodque genus auditorum uerbi per se. Deinde ut quisque ex uobis cognoscat, ad quod genus ipse pertineat, ne ipsi decipiatis uos, cum persuadearis uobis, quod sitis ueri Christiani, & interim nihil minus sitis. Nam audire uerbum non facit Christianum, nisi & auditum custodias & facias.

Generalis summa totius parabolæ.

Verbum prædicatum ab alijs atque alijs, aliter suscipitur & seruatur. Deinde discernit hæc parabola auditores uerbi hypocritas à uere Christianis. Sicut & propheta Zacharias facit capi. xiiij. cum inquit: Et erunt in omni terra, dicit dominus. Partes duæ dispergentur & deficient, & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse uocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam: Populus meus es, & ipse dicet: Dominus deus meus.

Finalis uero usus est totius parabolæ, ne opinemur nos uere Christianos esse, & repuremus nos, sed ut festinemus ager ille bonus fieri, qui det fructum centuplum.

De occasione huius parabolaꝝ atq;
adeo omnium aliarum, quibus
usus est Christus.

Christus ostēditur uerbum dei mysteriū esse, quod à paucis recte intelligitur, nō potuit id cō-
modius facere nisi per parabolas, quæ sunt rectæ
quædam collationes, non omnibus statim ob-
uia: ut igitur significaret Christus, id quod uer-
bum ex se est, nempe mysterium, quod paucis
uere fit cognitum, uocibus conueniētibus simul
& rebus usus est. Vtitur uero Christus parabola
& propter duas alias causas: Altera est, ut tur-
ba & uulgus commodius & facilius instruatur:
Altera, ut qui iusto dei iudicio perire debēt, audi-
ant uerbū, & non intelligāt, quam causam Chri-
stus respōsi loco dat suis discipulis interroganti-
bus eum, quæ parabolis loqueretur.

Est autem hæc parabola.

Accommodatio parabolaꝝ.

Qui audiunt.

Nora quibꝰ loquatur Christus hac parabola,

Venit.

Quando nihil minus cogitamus,

Rapit.

Violentiæ uox, quæ respicit ad uerbum, quod
non statim nec libenter deserit homines, nisi ra-

pina, ui & uiolentia rapiatur.

De corde eius.

Horribile iudicium dei est, uerbum tolli per Satanam de corde hominum. Notabis hic causam uerbi non intellecti, quæ non est, quia corde non audierunt illud. Nam Christus inquit, rapit uerbum de corde illorum, sed causa est peruersitas auditorum, qui propter peruersum sensum iudiciũ & sapientiã carnis, nolunt se simplici uerbo cõmittere, illi soli credere, illud ex sua natura & effectib⁹, nõ ex humano iudicio estimare.

Obseruabis & hic potentiam Satanæ, qui hominibus uerbum de corde rapere potest.

Ne credentes salui fiant.

Causa hæc est, quæ Satan & in quem finem à talibus auditoribus tollat uerbum.

De primo genere auditorum uerbi.

Primum genus auditorum uerbi notatur per semen, quod cecidit iuxta uiam. Via autem est, qua itur: leuero pedibus, pedes adfectus animi significant in scripturis: quare rectissime hoc genus auditorum uerbi hic intelligitur, quod iuxta expositionem Christi uerbũ audit, & ut Martineus habet, non intelligit, hoc est, quod uerbum auditũ iuxta suos adfectus & sapientiã carnis iudicat, & dum iudicat, uenit Satan & rapit ab illis uerbũ, quod tales suis adfectibus & carnali prudentia inhiantes, postea prorsus negligunt uer-

bum & abijciunt.

Pertinent ad hoc genus auditorum uerbi, qui uerbum suscipiunt & corde amplectuntur, sed non è fide. Iudicant enim uerbum secundum suos adfectus & regunt, nec uolunt à uerbo regi: quales describit Christus Matth. xi. cum ait: Cui adquisitabo generatiõem hanc? Similis est pueris, qui sedent in foribus & acclamant sodalibus suis, ac dicunt: Tibia cecinimus uobis, & nõ saltastis, lugubria cecinimus uobis, & non planxistis. Venit enim Ioãnes, nec edens nec bibens, & aiũt demonium habet, Venit filius hominis edens ac bibens, & dicunt: En hominem comedonẽ & uini potorem, amicum publicanis & peccatoribus. Et iustificata est sapientia à filijs suis. q. d. Christus, tales sunt quidã, qui habent sapientiam hoc est, uerbum dei, & sunt filij sapiẽtię illius: uerum iustificanc sapientiã illã, iudicant & examinant iuxta suos adfectus, iuxta sapiẽtiã & prudentiam suam: uolũt regere uerbum dei, & non ab illo regi: uolunt iudicare uerbum & à uerbo non iudicari: meriuntur uerbum è moribus hominum & è personis, quæ prædicant uerbum, non è natura uerbi: & dum ita agunt tales, offenduntur uerbo & suis adfectibus priuatis & carnali sapientia contenti, sensim ac sensim incipiunt uerbũ negligere, contẽnere & odisse, redeunt ad doctrinã carnali sapientiæ cõsonam.

Item de his uerbi auditorib⁹ loquitur Christus Ma. xviij. cũ ait: Et si oculus tuus offendit te &c.

Vbi intelligit Christus per oculum, sapientiam, intelligentiam & iudicium carnis, & offenduntur oculo, qui pro sua sapientia, intelligentia & iudicio carnis, iudicant uerbum, delibant num suscipere expediat, detorquent ad suum intellectū &c. Et dum ita iudicant & delibant tales de uerbo, uenit Satan, & aliàs offensus uerbo, tollit uerbum.

De his auditoribus meminit & Apostolus. i. ad Corinthios. i. Et hodie totus mundus plenus est his auditorib⁹. Pertinet igitur ad hoc genus auditorū primū, sapientissimi, prudentissimi, optimi & potentissimi quique, qui priuatis adfectibus, sapientia, prudentia, intelligentia & iudicio carnis à uerbo abstrahuntur, illud contemnant & negligunt, redeunt iuxta diui Petri uerba, ad uomitum.

Lucas noster addit causam, quare à talibus uerbi auditoribus Satan tollat uerbum: uidelicet, ne credentes salui fiant, unde certo colligimus & paucis, ad primum genus auditorum uerbi referri debere eos, qui audiunt uerbum, sed priuatis suis adfectibus & iudicijs abducti ac impediti, uerbo non credunt.

Primum hoc genus auditorum uerbi facile exemplis illustrari posset, quæ nostro nunc tempore occurrunt, nisi odiosum esset uiuorum exempla referre. Nec desunt enim tam personarū, quam etiam oppida integra, qui hodie carnali sapientia seducti, reliquerunt uerbum prorsus &

ad Papatum redierunt.

Ceterum hoc primo genere auditorū uerbi monemur, ne finamus nos abstrahi à uerbo, per priuatos adfectus, priuata iudicia, per consiliarationis, per sapientiam & prudentiam carnalem &c.

Item monemur ne post auditum uerbum simus securi, sed semper solliciti timeamus, ne Satan à nobis rursus tollat auditum uerbum,

Qui autem super petram.

De secundo genere auditorum

Secundum genus auditorum uerbi est, quos temporarios uocat Christus apud Matthæum, & hic apud Lucam recedentes à uerbo, tempore tentationis. Hi audiunt uerbum, magno gaudio suscipiunt uerbum & credunt uerbo ad rem pus. Ad hoc genus referri debent, qui uerbum suscipiunt ex carnalibus adfectibus, propter priuata commoda, & quia uident illud libertatem quandam adferre, & à multis probari. Item quia uident se per illud à Papisticis oneribus liberari &c.

Quæ causæ urgentes ad suscipiendum uerbum & ad credendum illi, ut sunt ex euentu & fortuna uerbi paratæ: ita unà cum euentu & fortuna aduersa euanescent. Tales enim auditores uerbi suscipiunt uerbum propter priuata commoda & propter uerbi felicem fortunam. Rursus propter incommoda & aduersam uerbi for-

tunam illud relinquunt. Huius generis auditores uerbi complures hodie reperire licet, qui propter priuatorum commodorum diminutionem deseruerunt: quidam uel saltem propter leuissimam cruculam ad regnum impietatis descuerunt. Reperiremus & hic exempla, nisi esset odiosum uiuas personas in exempla trahere. Et miram desertionem Euangelij uidebimus aliquando futuram, ubi dominus crucem aliquam Ecclesie miserit. Huius uero desertionis diuinas causas facit hic Christus: Altera est, quia tales auditores uerbi in secundo hoc genere, non habent radices: Altera est tentatio seu afflictio.

Non habere radicem, nihil est aliud, quam uerbum auribus audire, illi obiter credere tantum, & non esse obfirmatum per Spiritum sanctum in conscientia de ueritate uerbi, sine qua obfirmatione nemo potest apud uerbum manere, tempore tentationis, siue internae, siue externae.

Dum res nostrae paratae sunt, dum nos in tranquillitate uersamur, dum nemo persequitur nos, nemo non uult esse Euangelicus, & nemo non cupit esse auditor uerbi.

At ueniente afflictione facili occasione deserimus uerbum. In exemplum uoca Petrum ad ferendam crucem supra modum promptum sicut & reliqui discipuli omnes Matthaei uicesimo sexto: Sed quam fortiter steterit Petrus in cruce, unã cum reliquis, neminem latet. Econ-

tra qui radices habent, hoc est, quorum corda egerunt in uerbo radices, & quorum corda per Spiritum sanctum obfirmata sunt de ueritate uerbi, illi non solum manent apud uerbum constantes, dum res in uado est, sed etiam tempore afflictionis, scientes uerbum tamen esse potentiam dei, etiam in media tentatione.

Sciunt afflictiones sibi gloriæ esse, in hoc ut afflictiones patientiam, patientia probationem, probatio spem pariat, quæ postea non confundit conscientias, hoc est, non facit eas offendi in cruce, non sinit eas dubitare de charitate dei effusa super corda illorum per Spiritum sanctum. Ad Romanos. v.

Pertinent huc exempla omnium sanctorum martyrum, qui fortiter confessi sunt uerbum in cruce, nec uerbi fortuna fuerunt offensi, neque permiserunt se auelli à uerbo propter afflictionem.

Afflictionem alteram causam, propter quam hoc genus auditorum uerbi deserit uerbum, non simpliciter intelliges, ut causam deserendi uerbum, sed etiam quæ præbet occasionem offendendi fortuna uerbi, atque damnandi illud ut uerbum iniustum & fallax. Nam magni homines, dum perpendunt euentus & fortunas circa uerbum ludentes offenduntur uerbo & ut iniustam doctrinam damnare incipiunt.

Monemur ergo circa secundum hoc genus auditorum uerbi, ut oremus deum, ne sinat nos

tentari afflictionibus supra vires nostras, & ne
pmitat, nos in eam incidere tentationē, in qua
possemus perire, & aueibo prorsus recedere.

Deinde reuocamur exemp'is horū auditorum
uerbi, a securitate, ne tempore tranquillitatis e-
xtra afflictionem cōstituti, timus securi, ne per-
suadeamus nobis de constātia & fortitudine no-
stra in tentationibus ferēdis, sed in timore oran-
tes & expectātes conseruationē a Spiritu sancto,
qui solus conseruat nos apud uerbum.

Temporarios hic intellige, qui non ad finē du-
rant apud uerbū, qui p uicissitudine temporum
& euentuum commouentur.

wie es die zeit mit brenge. Petrosos inel-
lige, qui difficulter suscipiunt uerbum, & cum su-
sciperint, tamē non diu perdurant, ratio est, quia
non habēt radices, hoc est, q̄a non sunt ob signa-
ti in animis p Spiritum sanctū de ueritate uerbi.

Cum gaudio magno.

Quale hoc gaudium sit, experti sumus nostris
diebus, in illis, qui ante decenniū in summo gau-
dio recipiebant uerbum renatū, qui nunc pro-
sus frigent in summa nausea.

Et hi radices non habent.

Causa una deserendi uerbum.

Quia ad tempus credunt:

Hoc est, **Sy gleubenn wie es die zeit
mit bringt.**

Non tantū, quia nō durant semper apud uerbū.

Et in tempore tentationis.

Altera causa deterendi uerbum : Tentationē hic intellige, tam internam quā externam. Interna plerunq; periculosior esse solet, quādo dissipant conscientia de ueritate uerbi.

Quod autem inter spinas.

De tertio genere auditorum uerbi.

Tertium genus auditorū uerbi est, qui tribus occasionibus a suscepto uerbo retrahuntur, uel quo minus illud diligenter curent, impediuntur sollicitudine, diuitiis & uoluptatibus. Verbum enim eiusmodi est, quod iubet omnem curā in deum proicere. Iam uero mundus curā non solum necessariam esse statuit, sed etiā honestam & uiro bono dignam. Quid enim honestius esse potest in mundo, quā curare ea, quæ mundus magnificat? Quare facillime abstrahi a uerbo possunt homines occasione curæ, non solū iudicio mundi necessariæ, uerū etiā honestæ. Et diuitiæ eiusmodi sunt res, quas reponere mundus pro re honesta iudicat, ut illis coniuges, liberi & familię sustententur. Et quia mundi iudicio probantur diuitiæ, ut res honestæ, præterea etiā utiles sunt, & ualde ad se hominum corda trahētes. Igitur reuera magnam præbent occasionē aut deserendi uerbum, aut illud segniter curandi. Unde & Christus Mat. xix. ait: Difficile est diuitem

in regnū cęlorum ingredi, quod cum est difficile, sane nihil facilius est, diuitem in regno cęlorum perdurare posse. Voluptas tale est uicium, ad quam omnes homines natura mirifice rapiuntur, quam ergo ut seruare queant, citius relinquant uerbum, aut ad minus non serio curant illud. Occasionum uero harum finis ad duo se extendit, interprete Christo: Ad suffocationem uerbi: Et ad uerbum, ad ferendos fructus inutilē. Sic fieri potest ex duplici hoc prædictarū occasionum fine, ut hoc genus auditorum uerbi, uerbum retineat, foveat & seruet prædicatores uerbi, ut tamē ipsum infrugiferum maneat, quod suffocatum neq̄ intus in hominibus, neq̄ foris fructus faciat.

Pertinent igitur ad hoc genus auditorū uerbi, qui sinunt se a uerbo uel uerbi cura retrahi propter diuitias, curas huius seculi, potentiam, honores, & propter alias res magnificas, honestas & utiles in mundo, quæ res suffocant uerbum prorsus, aut impediunt illud ad fructum excrescere.

Item spectant huc Principes, magnates, mercatores, diuites, & optimi, potentissimi, honestissimi, ditissimi, uoluptuosissimi quiq̄ in mundo, qui delectantur quidem uerbo, magnis esse runt laudibus, ore extollunt, prædicant, utrisque buccis efflant &c. Interim infrugiferi sunt, hoc est, qui nullis fructibus Euangelio dignis, declarant se Euangelium habere, non emendantes

nitram, neque intus neque foris, immo sub præ-
 textu Evangelij decipientes alios magis, quàm
 ante susceptum Evangelium nunquam. Adeo
 quod fere in proverbium hodie abierit: Satius
 & tutius esse in rebus civilibus cum mercatore
 Papista agere, quàm cum eo, qui se Evangelii-
 cum iactitat. Apud tales uerbi auditores mane-
 re quidem potest uerbi prædicatio, sed uerbū
 erit suffocatum & ideo infrugiferum. In summa

Die sorgfaltigen dieser welt / vnd die
 nach reichthumb stehen / vnnnd die da
 lust vnd lieb habē nach cynem wol-
 lustigen Epicurischen vnd Sarda-
 napalischen leben / haben so viel zu
 thun / das sy gottes wort nicht konnē
 achten / vnnnd bey den gottes worte
 nicht mag fruchtbar sein /

Causa uero non est in uerbo, quod à sua natu-
 ra & officijs nunquam est alienum, nisi cura se-
 culi huius, studio diuitiarum & uoluptatum suf-
 focaretur & redderetur infrugiferum.

Hoc genere auditorum uerbi nihil est hodie
 etiam frequētius, nec fuit, quia cura seculi huius,
 inhiatio in diuitias, & studiū uoluptatis, natura-
 lia sunt uicia, quæ hæret in natura, ex quibus duo
 præ se in prætextū habēt, ppemodū ipsam hone-
 statem. Nā curam seculi huius habere & reponere

re diuitias, ut inde coniunx, liberi & familia sustentetur, nemo non honestissimum esse iudicat. Voluptas autem tale est uicium, quod etiam homines gentiles damnant in mundo sapientes & prudentes, hoc uicio qui onustus est, non potest admodum curare uerbū, & apud talē nō potest uerbum frugiferum esse, exemplo Epicuri philosophi, qui in eam dementiam incidit, quod uoluptatē pro summo bono statueret. Hic postea prouidentiam dei negauit, quasi deus sederet supra nubes ociosus, spectator rerum mortalium, qui non curaret aut respiceret res à se creatas.

Porro qui dei prouidentiam exemplo Epicuri negant, quin illi quoque à cura uerbi alienissimi sint, non est dubium. Horratur ergo exemplo horum auditorum uerbi, qui ad tertium hoc genus referuntur, ut precibus defatigemus deū, ne sinat uerbum suum apud nos infrugiferum esse, & ne propter curam seculi huius, propter diuitias & uoluptatem, uel uerbū illius deseramus, uel negligenter curemus.

Dehortamur uero tertio hoc auditorum uerbi genere à securitate & oscitantia ad uigilantiā & timorem: Nam cum prædictæ occasiones ianæ sint, sicuti diximus, hoc est, tales, quæ naturæ inherant, & quibus corde adhæremus, igitur facillimum est illorū præsentia à cura uerbi abstrahi. Præterea tales sunt prædictæ occasiones, quibus non dubitauit satan uti aduersus Christum, ut eum à uerbo abstraheret, Mat. iij. Et procul

dubio si saram sciisset fortiores, certe fortioribus fuisset usus.

Spinas uocat Christus diuitias, curam seculi huius, uoluptatē &c. ab effectu, qui est instar spinarum compungere corda, & quia res illæ plene sunt irrequietudine & in tranquillitate, quem admodum etiam Gentium aliquot sententiæ restantur: Quanto quis ditior est, tanto magis sollicitus uenit. Salustius studio auaritiæ dicit homines emolles reddi. Apostolus. i. ad Timo. capite, vi. scribit eos in multas tentationes, in laqueum, in cupiditates multas, stultas & noxias incurrere, qui discescere student.

Suffocantur.

Sequentibus uerbis exponit Christus, quid sit suffocari, nimirum ita obrui sollicitudine uitæ huius, diuitijs & uoluptatibus, ut fructum non refferas, & ut uerbum in te ociosum, inutile & inane maneat, apud te in corde, ut non habeas, quod cures uerbum serio, foris nihil boni opereris &c.

Suffocari quia est nimia quadam copia obrui, hinc non damnantur diuitiæ, per se aliâ bonæ dei creaturæ, non damnantur modestia, gaudia, hilaritas &c.

Quod autem in bonam terram.

De quarto genere auditorum uerbi.

Quartum genus auditorum uerbi, est benedictum illud genus, quod deus dignatur ex sua gratia, dato incremento, ad fructificandū operā

& intus in corde & foris uerbo digna. Et sicut de hoc genere auditorū canit primus psalmus: Qui in lege domini uoluntatem habent, qui in lege domini diu noctuq; meditantur, in hoc, ut sint ligna plantata iuxta decursus aquarum, ferētia fructum in tēpore suo. Spectat & ad hoc genus auditorum uerbi psalmus. cxviij. Beati immaculati &c.

In præcedentibus tribus generibus auditorū uerbi, prorsus ociosum & inane uerbum est sine omni fructu. In hoc uero quarto genere efficacis, frugiferum & uirtuosum est uerbum.

Sed quæso, causa quæ est istius fructificationis & fructuositatis? Responso: Ea est terra bona, unde sequitur in alijs auditorum generibus, terram non bonam fuisse, hoc est, corda ad uere suscipiendum & intelligendum uerbum apta. Bona autem terra est, quæ bene procisa est aratro, & arata bene. Hæc inquam postea apta & idonea est ad ferendos fructus.

Quo autē intelligatur quæ corda apta ad idonea sint ad audiendum & intelligendum uerbum cum fructu, omnes circumstantiæ agri seu bonæ terræ probe percurrendæ sunt.

Ager ideo appellatur, quia aratro procisus, cultus & paratus est, in hoc, ut ferat fructus. Et quia aratro procisus est, cultus & paratus, ideo etiam fert fructus. Quanquam procisio illa & cultura non est ex agro, sed aliunde accedit, quæ ubi accesserit paratus & cultus, ager dicitur aptus

Idoneus ad ferendos fructus & sine dubio talis ager copiose respōdebit agricolæ laboribus.

Sic corda apta & idonea dicuntur & sunt ad uerum dei uerbum cum fructu audiendum & intelligendum, non quia ex se apta atque idonea sunt, sed quia per uerbum parantur, quia per uerbum profcinduntur & coluntur, & quia deus datur incrementum, ut talia corda per uerbum parata, producant fructus, & quia parata & culta sunt per uerbum, ideo reddunt fructus, aliud centuplum, aliud sexagecuplum &c.

At quomodo se habeat illa cultura? Respon-
sio. Cultura cordium sic se habet: Prædicatio legis est ipsum aratrum, quo parantur corda, quæ hic Christus bona & optima uocat, audientia uerbum, retinentia & fructum ferentia in patientia. Nam nisi Euangelium præcedat le-
gis seu pœnitentiæ prædicatio, efficit illud præ-
dicta tria auditorum uerbi genera, hoc est, corda secunda, ociosa, inania & uacua fructibus. Et si libet uinum huius rei exemplum cernere, uerte oculos ad nostram hodie Ecclesiam, quæ, sicuti reuera credo, proch dolor, nimia Euangelij præ-
dicatione & libertatis Euangelicæ eò peruenit, quod maxima auditorum uerbi nunc pars suffocata sit, & ad nullos fructus Euangelio dignoscitur. Illo autem aratro prædicatione pœnitentiæ usus est præcursor ille Christi Ioannes, quem de necessitate oportuit præcurrere Christum, ut pararet illi apta corda ad audiendum & susci-

piendum Euangelium Christi. Itē Christus Lucæ ultimo præcipit discipulis, ne aratri obliuiscantur, sed prædicent sub nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum.

Tandem & reliquæ agri seu bonæ terræ circumstantiæ tractandę huc sunt. Item de tempore ferendi fructus agendum est, ut enim ager nō statim fert fructus, itē non nisi pluuia perfusus &c. Ita nec credentes uerbo & illud uere intelligētes statim fructum ferunt, sed tempore suo, siue ue habet psalmus primus, tempore oportuno. Item pluuia opus habent, hoc est, uerbo dei, quo uegerantur & perfunduntur corda ad fertilitatē.

Pertinent itaq; ad hoc genus auditorum uerbi, qui ex prædicatione legis territi, parati & culti habentes spiritum quassatum & tribulatum cognitione peccati, iuxta .L. psalmū. Et magna animi fiducia & gaudio erigentes se erga promissiones Euāgelij de remissione peccatorum. Hi inquam bona illa terra sunt & optima, exponēte Christo, hi sunt inquam tales auditores, qui ex prædicatione pœnitentię apti & idonei sunt, ad audiendum & retinendum uerbum, cum dignorum uerbo fructuum, copiosissima productione in patientia.

Bona terra quid sit supra diximus.

Qui corde bono & optimo.

Per prædicationem pœnitentię bene & optime culto.

Audientes uerbum.

Gradus tres sequuntur, qui docent, quæ sunt corda illa bona & optima, in quibus efficax & saluiferum est uerbū: uidelicet, quæ audiunt uerbum, retinent, & fructus ferunt uerbo dignos in patientia. In patientia addit Christus, ut scias homini uolenti audire uerbū & sequi ad ueros fructus, multum patiendum esse. Patientiam opponit offendiculo, quo reliqua tria genera offenduntur & scandalizantur recedentia à uerbo.

Patientia spectat ad formam crucis, quæ est quomodo patiendum sit.

Ceterum ut orandum est, quo deus non sinat nos esse è tribus illis infrugiferis auditorum generibus: ita orandum est, ut deus fecundet corda nostra & faciat ea bonam & optimam illam terram ad ferendos fructus aptam.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI CAP. III. DE BAPTISMO

Christi & utilitatibus nostri baptismi, Dominica Quinquagesimæ.

Solent hodie pro more stulti & insani mundi celebrari Bachanalia, festum prorsus gentile & ethnicum, quod Gentes in honorem Bachi olim seruare solebant, qui deus uini ab antiquis cultus est, ut quando o-

omnia cellaria redundarēt uino, quod bñficiarū
 acceptum referebāt Bacho, uicissim se gratos et
 ga tam diuinam liberalitatem ostenderent. Ad
 cuius festi imitationem adhuc hodie seruatur fe-
 stum diui Urbani in quibusdam regionibus, ubi
 uina crescunt, quod Bachando, saliendo & a uil-
 lis ad uillas currendo reddunt celebre. Hinc &
 uerisimile est nos Gētes, ex longa cōsuetudine,
 imitatione antecessorū & innato quodā desipiē-
 di zelo, sicut pleraq; alia, ut sunt ferē oēs Papistā
 eę cęremonię & traditiōes, quas uel ex uno Ver-
 gilio monstrare facillimū est, Bachanaliare ser-
 uasse, in quibus in uniuersum simul & semel de-
 claramus, quid & natura simus & quid pręsta-
 re ualeamus: nempe nos stultos esse, & nihil ne-
 que sapienter neq; prudenter agere: ut interim
 taceam, quod festum Bachanaliarum credam,
 ex singulari dei permissione nobis relictum esse,
 quo innotescat nos tales in corde erga deum &
 omnes res spirituales esse, quales nos foris osten-
 dimus: uidelicet stultos & nihil intelligentes de
 deo & nihil prudenter agētes in rebus ad deum
 pertinentibus. Quare hoc festum Bachi meri-
 to appellari deberet festum humanę stultitię, in
 quo prodixit se humana natura cum propriissi-
 mis suis uirtutibus.

Et sic cōceptum hoc festum Bachanaliarum
 fortassis aliquid cōmodi adfert uere pijs, ut ex si-
 lijs Bachi cognoscāt, quales ipsi sint natura. Qua
 propter si libet uidere quid homo possit à natu-

ra, aspiceito Bachi filios, & uidebis hominē nihil
 felicius præstare quàm stultum & stolidum.

Quò autem apud Christianos discrimen ali-
 quod sit, separans eos à filijs Bachi & mūdi. Pro-
 terea ut illi, qui uerbum habent, externis operi-
 bus restentur se mundo mortuos esse, q̄ amplius
 corpora sua non exhibent terrestria instrumēta
 Satanae & impietatis: uisum est stulta Bachana-
 lia in meliorem usum transferre, idq̄ propter pi-
 os. Nam mundus manebit mundus & culcor Ba-
 chi donec mundus steterit: neq̄ prohibemus hic
 modesta & iuxta uerbum comparata cōuiuia &
 gaudia etiam pijs. Et esto, Bachanalia mane-
 bunt in mundo, nec nomen immutare licebit,
 fingamus ergo hanc Dominicam uocari festum
 pœnitentiæ, in quo dehortabimur hoīes ab in-
 nata stultitia, ut eam deponant, & sic animum
 & corpus mutant in melius.

Sumemus autem tractandum Euangeliū Mar-
 thæi. iij. de baptismo Christi, circa quem simul
 explicabimus usum nostri baptismi, quo sic pare-
 mus nobis aditum & ad ipsam pœnitentiam, cu-
 ius signum est baptismus, & quam ut confirma-
 ret Christus, baptizari uoluit, & ut nos certi esse-
 mus, quod ad perpetuam pœnitentiam simus
 nati, placuit & Christo baptismum instituere.

Etsi fortassis hęc nostræ explanationes ad alios
 peruenerint, nemo mirabitur, quod destinatum
 huic Dominicę Euangeliū non tractauerim. Nā
 cum inciperē meas has explicatiōes in Dñicalia

Euāgelia eudere, erā Lubecę in maritimę Saxo-
nię urbe, ubi cōsensu illius Ecclesię & reliquarū
Vandalicarū urbiū Bachanaliōrum festum cō-
pit dici, festum Baptismatis Christi & nostri, seu
pœnitentię. Placuit igitur propter institutum il-
larum urbiū, præsens Euangelium de bap-
tismo Christi hoc die tractare.

Summarij loci.

Duo loci in hodierno Euangelio tractari
diueniunt: Alter, quare Christus baptizari uo-
luerit, qui baptismo opus non habuit. Vnde
postea proficit commendatio pœnitentię: Alter
quid secutum sit baptismum Christi, & quid no-
strum sequatur. Et est hic locus de utilitatib⁹ ba-
ptismi & Christi & nostri. Vterq; locus plenus
consolatione est. Verum antequam de his locis
agere incipiamus, præfundum mihi est de occa-
sione seu origine baptismi, ut eò facilius postea
ad usum eius perueniamus.

Omnibus ergo constat, in quod infortunium
proueramus ex lapsu nostrorum patrū, esse
eti filij itę, indignatiōis, mortis & damnationis
æternæ: à quibus malis ut liberaremur, confitus
erat deus secum tempus, quò uolebat per filium
suum emittere, & lapsum patrū nostrorum,
per illum restituere. Hic uero ante q̄ mitteretur,
ordinauit deus, ut quidam præcursor antecede-
ret Christum, qui pararet uiam ante eum, & o-
mnia, q̄ possent esse Christo obstacula, tolleret.
hic præcursor Ioānis fuit cognomine Bapista, cui-

ius erat officiū, teste Esaia cap. iiii. Et Malachia cap. iij. Preparare uiam domino, clamare omnē carnem fornum esse, & omnem gloriam eius, quasi florem campi hoc est, prædicare omnem nostram iustitiam & sanctimoniam, nihil esse ad salutem, imò illas res seponendas esse, tanquam ad salutem coram deo inutiles, & obstacula impediencia aduenturum Christum, qui esset iuxta uaticinium Malachia cap. iij. Ut ignis conflans & quasi herba fullonū conflaturus ac emundaturus argentum, hoc est, humanum genus lapsu Adæ perditum reparaturus.

Ne uero opera Ioannis à suo officio & doctrina diuersa essent, baptismo utebatur, quod erat signum istius preparationis, quam prædicabat Ioannes in occursum Christi aduenturi. Illo signo testabatur Ioannes de sua doctrina & officio: scilicet quod doceret & baptizaret in preparationem futuri Christi, doctrina per se frigida & baptismo frigido, in hoc, ut instituti per Ioannem & baptizati fierent apti & idonei, ad baptismum Christi, qui foret baptizaturus igni & Spiritu sancto, id est, qui foret doctrina & baptismo Ioannis frigida ac desperationi proxima corda læto Euāgelij nūcio & Spiritu sancto cordiū inflāmatores & calefactores, inflā matus & calefacturus.

Obiectio:

Quare deus nō permiserit Christo simul & penitentiam & Euāgelium prædicare.

Responsio:

Id ideo factum est, ne terreret & dānaret, qui ut consolaretur missus erat. Deinde ut admoneretur prädicationē pœnitentiæ & Euāgelij separandā esse. Sicut & hoc in sup̄ p̄sona separationē diligenter facit Ioānes Mat. iij. & Ioan. i. ubi & personam suā & officium à persona & Christi & officio eius egregie discernit. Ceterum ab hoc Ioanne Baptista p̄cursore Christi, uoluit Christus baptizari. Sed qua obsecro de causa? nisi ut, sicut ipse ait in hodierno Euāgelio, omnē iustitiam adimpleret. Deinde ut p̄dicationem Ioannis & baptismū de pœnitentia confirmaret, q̄bus de rebus porro agemus in explicatione primi huius Euāgelij loci.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Diximus in hodierno Euāgelio duos insignes locos cōtineri: Alterū cur Christus baptizari uoluerit: Alterū quē cōmoda Christiū baptizatum sunt secuta, & qd cōmodi nos inde accipimus baptizati. Ordo postulat & occasio hic loqui de primo loco, quia Christus baptizari uoluerit, cū baptismo opus non habuerit. Verū est Christiū baptismo opus nō habuisse, sicut nec circumcisiōe, & alijs Iudaicis legibus, q̄bus iam se subiecit. Duas igitur causas baptismatis Christi reperiō: Alterā ipse Christus allegat, cū inquit ad Ioannē recusantē Christiū baptizare: Omittē nūc: sic enim decet, ut cōpleamus omnē iustitiam.

am: Altera ex cognatis scripturę locis inquirenda est, ubi Christus commēdat p̄dicationem Ioannis, & simul ipse coniūgit ac p̄cipit p̄dicationem p̄nitentię & Euangelij, ut Mat. xi. lōga oratione ad turbā facta commēdat doctrinā & officium Ioannis, & autoritate scripturę confirmat. Ait namq;: Hic est em̄ de quo scriptum est: Ecce ego mitto nunciū meum ante faciē tuam, qui p̄paraturus est uia tuā ante te &c. Et Mat. thæi. iij. legitur, quod Christus cœperit p̄dicare p̄nitentiā, quod tamē de p̄prio eius officio non erat. Qua ergo de causa? nisi ut p̄dicationem Ioannis de p̄nitentiā cōfirmaret. Ait enim: Resipiscite: instat enim regnum cœlorum. Item Lucę ultimo p̄cipit apostolis, ut sub noīe eius p̄dicent p̄nitentiā & remissionē peccatorum.

De hac causa baptismatis Christi posteriore nunc dicemus, postea dicturi de priore. Quā necessaria igitur sit p̄dicatio p̄nitentię, uel inde satis constare potest, quod deus optimus maximus, cū constituisset secum emittere filiū suum unigenitū in hunc mundū p̄dicatorem Euangelij & totius humani generis liberatōrē: noluit id ipsum facere, nisi p̄cursorē p̄mitteret, certo sciens, p̄cul dubio, suū filium nihil aut parum effecturum p̄dicatione Euangelij, nisi Ioannes p̄nitentię p̄dicator p̄cederet, & obstacula omnia remoueret & hominum corda ad suscipiendum Euangelium p̄pararet idonea. Præterea sane nihil est certius, quàm

Euangelij prædicationem sine prædicatione poenitentiae, esse inanem & infrugiferam. Vt enim ager nunquam feliciter fert fructus, nisi simoculatus, & aratro bene paratus: ita nunquam corda cum fructu accipient Euangelium sine prædicatione poenitentiae: uel etiam iuxta illud Esa. cap. lvi. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, os contritum & tremementem sermones meos: Item quemadmodum terre nunquam est gravior pluuia, quam ubi præ solis æstu deliicit: & homini nunquam acceptior est potus, quam ubi sitit: ita cordibus nunquam gratius ac acceptius est Euangelium, quam ubi prædicatione poenitentiae prius sunt culta, & ut ita loquar, elaborata. Præterea ut lagena repleta respuit uinum, quod super implere conamur, ita corda fastidiunt Euangelium, non audita prius poenitentia. Curius rei exempla, ne desunt quidem hodie in aliquot nostris Ecclesijs, quæ nimia Euangelij prædicatione, neglecta poenitentia, primum lasciuæ ac securæ fuerunt redditæ. In summa poenitentia adeo res est ad Euangelium necessaria, quod sine illa Euangelium neque intelligi, nec percipi cum fructu recte potest, sine qua fides subsistere nequit, sine qua non patet aditus ad iustificationem: tandem sine qua uana est Christiani nominis gloriatio.

Quare hanc necessitatem poenitentiae, ut Christus confirmaret, baptizari uoluit, & ut doceret sine poenitentia nihil esse prædicare Eu-

angelium, & quàm huius prædicatio nihil sit sine pœnitentia, satis testatur hodie multorum Pseudoeuangelicorum securitas & fraudulentia duplo maior quàm antea, cum nondum esset renatum Euangelium. Hoc tamen in causa nō est sed animorum nostrorū naturalis malicia, quæ non patitur, ut vitam mutemus & animo & corpore in melius. Imò quid mirum est, quod animi impietatem nondū deposuerimus, cū nedū stultos & ridiculos Bachanaliūm mores exuerimus. Cogitādum itaq; esset hoc die & semper quomodo ageremus pœnitentiam, nulla hora certi de aduentu Christi, non quomodo seruiremus Bacho & indulgeremus genio ad extremā usq; uoluptatem.

Altera causa quæ Christus baptizari uoluerit est cōpletio omnis iustitiæ. Sic enim inquit Christus: Omitte, sic nāq; decet, ut cōpleamus omnē iustitiam, hoc est, iustum ac decorum est, & utriusq; officio conueniens, ut ego me tibi subiiciā, iuxta meum officium, ad quod missum à patre meo diuinitus, nō ut mihi ministretur, sed ut ego ministrem alijs, & tu ut finas me in te exercere meum officium. Est ergo hic omnem iustitiam complere, Christum decorum sui officij facere, & Ioannem simul suum decorū præstare. Decorum officij Christi est, de suo iure cedere, subiicere se baptismati præter ius suum, inseruire alijs, fieri postremum omnium, deicere se infra oēs, humiliare se coram omnibus &c. Decorum ue-

ro officij Ioannis est, adeoq; omnium nostrum, ut sinamus Christum nobis subiectum & inferuentem, in nobis agere, suæ humiliatiōis & deiectionis officia in nobis exercere, quod ubi fit, tandem & ad iustitiæ impletionē perungimus.

Voluit idcirco Christus à Ioanne baptizari, ut dum Christus suum faceret officium, & Ioānes suum, sic iretur ad iustitiam ueram, ualentem coram deo: Nam si Christus baptizatus nō fuisset, hoc est, subiecisset se infra nos, non cōtigisset nobis iustitia, neq; Ioanni profuisset subiectio Christi ad iustitiam, nisi cecisset Ioannes Christo uolenti se subijcere. Sic nobis proderit baptizari Christi, si permiserimus illum suum officiū facere subijciendo, & nos uicissim fecerimus nostrū officium, permittētes Christum infra nos deijci, à nobis baptizari, id est, cognoscentes Christum in hoc uenisse, ut nobis seruiat, ut nobis se ad omnem iustitiam complendam subijciat &c. Hac ratione baptismus Christi fit noster baptismus, sicut & omnia reliqua eius & dicta & facta.

Sic circumcisus fuit, qui iure circumcisioni nō erat obnoxius; Sic subiecit se nostris infirmitatibus.

Sic toti legi factus est obediens. Sed hæc omnia in quem finem? Responsio: Ut doceret suum esse officium, deijcere se infra nos, ut ad iustitiæ impletionem perueniremus, & ueram iustitiam coram deo ualentem, acciperemus, quem finem alijs uerbis eloquitur Apostolus

ad Gala. iij. Factus legi obnoxius, ut eos, qui legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus.

Præter diætas duas causas baptis maris Christi & tertia adijci debet, ne uilitate baptis mi offendamur, & rejiciamus illum tanquam opus propter suam uilitatem non placens deo.

Quare & ideo uoluit Christus baptizari, ut confirmaret nostrum baptismum ut opus, quod placet deo. Quia enim Christus baptizatus est. Ergo baptismus est opus deo mirum in modum placens.

SEQUITVR EXPLICATIO TEXTVS PRIMI LOCI.

Tunc accedit Iesus. :

¶ Cū sic prædicaret Ioannes in deserto Iudææ prope Iordanem. Quia Christus accedit Ioannem, nec sinit Ioannem ad se uenire, statim indicat, in quem finem uenerit, & quare à Ioanne baptizari uelit, nimirum in hoc, ut ostendat proprium suum officium esse, seruire alijs. :

A Galilæa ad Iordanem.

Circumstantiæ locorum certificant historiam.

Vt baptizaretur ab illo.

In confirmationem doctrinæ Ioannis de penitentiâ, in hoc, ut declararet suum officium esse subijcere se alijs ad complendam omnem iustitiam, & ut confirmaret nostrum baptismum, ut opus deo placens.

Ioannes autem prohibebat illum.

Docet Ioannes sua hac prohibitione, quomodo humana natura erga Christum uolentem se nobis subijcere, adfecta sit. Christus uenit in hoc ut baptizetur à nobis, id est, ut cederet suo de iure, & subijceret se nobis. Humana uero natura non spectans officium Christi, meretur eum ex dignitate personæ: Hinc fit, quod deterreretur maiestate Christi, & propter suam indignitatem humana natura non admittit officia Christi. Sic enim cogitauit Ioannes: Hic Christus dei altissimi filius est, ego uero homo indignus & peccator, quare ad me non pertinet Christus, quare officij non est baptizare Christum. Verum has Ioannis cogitationes in uniuersum hic reijcit Christus, cum ait: Omitte, decet enim nos implere omnem iustitiam, q. d. Christus: Non specta dignitatem aut maiestatem meam, sed officium meum quæ uenerim, quod est, ut de meo iure desistam & subijciam me infra te, atque sic infra omnes homines. Docet igitur hoc respõsum Christi, ut Christum non ex dignitate aut maiestate spectemus. Sic enim consideratus magis terrori est, quam consolationi, sed ut illum spectemus ex officio, quæ uenerit. Quapropter & per totum nouum Testamentum introducit Christus philanthropos, nulla aut dignitate aut maiestate præditus, imò in ipso regali ingressu Hierosolymam, declaraturus se regem Israel promissum, insidet asinæ & pullo eius, ut significaret suam philanthropiam.

In hunc usum & filius hominis & Davidis uenit. Et ita apprehendunt eū duo cæci, & uisum recipiunt, Mat. xx. cap. Vbi clamant: Domine, miserere nostri fili David, hoc est, qui uenisti in carnem contemptra persona, & filius David, ut humanis miseris adficereris.

Porro cogitatus in Ioanne de sua indignitate hærent in natura humana, & quibus omnes homines sunt obnoxij. Sic enim oēs cogitamus, si digni essemus, uel si sic & sic essemus &c. fortassis misereretur nobis Christus, prodesset suis officijs &c. Et hi cogitatus tam in Ioanne, quam in omnibus hominibus ansam seu causam præbuerunt omnibus ceremonijs & ritibus Papistis, Humana enim natura cum intueretur maiestatem Christi, statim accingitur ad cultus, quibus tantam maiestatem uenerari uult & propiciam reddere, neglecto interim uerbo, quod monet Christum ex suis officijs cognoscendum esse. Et Christus Mat. xi. respondens discipulis Ioannis, interrogantibus eum, an ipse esset, qui esset uenturus, an alter esset expectandus. Dixit illis simpliciter Christus: Ite & renūciate Ioanni ea, quæ audiris & uideris, Cæci uisum recipiunt, claudij ambulant &c.

Ignorantię exemplum est in Ioanne, qui adhuc ignorat officiū Christi. Simile exēplū extrahit in Petro Io. xiiij. non uolente lauari à Christo.

Ego à te baptizari debeo.

Verba humanæ naturæ & rationis opponē

ris suam indignitatem gratiæ. Ioannes non magis agit, quia se indignum confitetur. Ac male agit, qui non statim acquiescit, ppositæ gratiæ.

Sine modo.

Apprehende officium meum, quia ueni, ut me subijciam indignis & peccatoribus, & relinque speculationes tuas de maiestate mea. Responsum hoc Christi plenissimum est omni consolatione, pro infirmis conscientijs.

Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.

Ego quia subijcio me tibi juxta meum officium, Esa. lxi. Et Mat. xx. Filius hominis non uenit, ut ministraretur sibi &c. Tu quia sis in te exercere meum officium. Iustitiã intellige hic ipsum decorum utriusq; officij, quo decoro obseruatur ad iustitiam, ut supra. Multi torserunt se in hoc loco explicando, & adhuc torquent. Confessio uero totius difficultatis solutio in uerbo decet.

Tunc dimisit illum.

Admoniti à Christo primũ intelligimus opera dei. Et monemur hic exemplo Ioannis, ut sic insistamus nostræ indignitati, ne propter illam, oblarã in Christo gratiam excludamus.

Baptizatus autem Iesus,

EXPLICATIO SECUNDI LOCI

¶ Docet secundus locus de commoditatibus & rebus, quæ baptismum Christi secutæ sunt, ex

quibus postea colligimus, quæ commoditates & nostrum baptismum sequantur. Primum baptizato Christo, cæli aperti sunt, Spiritus sanctus descendit è cælis super Christum, & audita est vox è cælo, dicens: Hic est filius meus, in quo mihi bene placitum est, quæ omnia non tã propter Christum, quàm propter nos facta sunt. Si enim hæc post baptismum Christi facta miracula, soli Christo reliqueris, parum consolationis & utilitatis inde ad te ibit. Verum ut omnia Christi ad nos pertinent, ita & hæc. Fient autem nostra hæc quando credimus & nostrum baptismum tale esse oportet, & ita placere deo, ut ad illud cæli adaperiantur, detur nobis Spiritus sanctus, & efficiamur per baptismum signum gratiæ, & in baptismo dilecti dei filij. Hæc siquidem omnia secum fert baptismus à Christo inchoatus & inceptus.

Et ne quis erret tanta commoda sequi nostrum baptismum propter aquam nudam, is sciat, ea contingere nobis propter promissionem Christi, quam adtexuit baptismo his uerbis: Qui creditur, hoc est, quod Petrus Actorum capite secundo ait: Baptizetur unusquisque sub nomine Christi, ut habeat remissionem peccatorum.

Saluum uero esse, & habere remissionem peccatorum nihil aliud est, quàm ad baptismum nostrum aperiri cælum, dari nobis Spiritum sanctum, & proclamari nos dilectos dei filios.

Ad has igitur commoditates baptismi, si quis

uerterit oculos, reperiet sylvam plenam omnium consolatione, & tutissimam ancoram aduersus omnes tentationes, quantumuis graues. Quam obrem non immerito & habetur & appellatur baptismus cum hisce suis annexis utilitatibus à quibusdam firmissima quædã ancora, & inexpugnabile propugnaculum contra omnis generis tentationes, satanæ, mortis & peccati. Quare cõiectu in tentationem, cõsolaberis te baptismo, & oppones tentationi & tẽratoribus, te baptizatum esse, & ideo propter promissionem baptismi annexam, saluum, hoc est, talem, qui cælum apertum habes, qui spiritum sanctum rectorem & tutorem possides, tandem qui es dilectus dei filius. In hũc usum pertractus baptismus magnæ consolationi est omnibus hominibus, cum aliàs uix ullus existat baptismi usus.

Sub Papatu præter nudum signum nihil nobis propositum est, quod sine omni usu pro uili ac contempto opere iudicauimus. Nec desunt hodie, qui prædictum baptismi usum à baptismo Christi ad nostrũ deriuarum, in uniuersum extenuant. Cæterum non tantum refert scire has commoditates baptismi, scilicet ad tuum baptismum aperuisse se cælum, tibi demissum è cælo spiritum sanctum, te dilectum dei filium esse fatentis, oportet etiã scire baptismũ esse signũ penitentis seu uiuificatiõis. Baptismus semel tantũ coniungit homini in hac uita. Verum mortificatio

& uiuificatio per totā uitā durant: & in his rebus totius baptismi usus consistit. Sed priores commo-
 ditates magis arident hominibus, quā hic de mortificatione usus ipsius baptismi.

Quis enim non adfectat ad suum baptismum cælum aperiri, dari sibi Spiritum sanctum? fieri dilectum dei filium? At hoc opus, hic labor est, mortificatione testari nos baptizatos esse.

Quare meminerint omnes baptizati, se etiam in hunc finem baptizatos esse, nouā uitam ut incipiant & in nouitate uitæ ambulent, quo de baptismi fine multis disputat Apostolus ad Romanos, sexto septimo & octauo cap. Ast pauci sunt, qui hunc baptismi finem sequuntur aut præstant, & quā hi sunt pauci, imo paucissimi, salta nos omnes testabimur per abominabilia illa sequentia Bachanaliū festā.

De ordinis pulchritudine, quem serua-
 uit Euangelista circa res, quæ acci-
 derunt post baptisma Christi.

Primum cæli aperiuntur, id quod fit, quando nos per baptismū recipimur in Ecclesiā, in qua, qui sunt, illis iam cælū apertum est. Postea datur Spiritus sanctus, id quod fit, quā per mortificationem & regenerationem, quæ fit per Spiritum sanctum, ad Titum. iij. & Ioannis. iij. regeneramur ad nouā uitā & fimus nouæ creaturæ. Tā de uere sum⁹ dilecti dei filij, grati & accepti deo.

SEQVITVR EXPLIC. TEXTVS;

Et ascendit.

¶ Christus sic descendit in baptismum, hoc est, subiicit se omnibus infirmitatibus, quod tamen postea ascenderit rursus in caelum & gloriofior factus sit.

Et ecce aperti sunt caeli.

Aperto miraculo testatur deus sibi placere & Christum & baptismum Christi, & per consequens etiam nostrum baptismum,

Et uidit Spiritum sanctum.

Spiritus sanctus datur post baptismum rector & cōseruator baptizatorum per totam uitam.

Tanquam columbam.

Reuera columbam & spiritum, teste Tertulliano, cuius haec sunt uerba: Ioānes praedicat spiritum colūbe lapsū de sedisse super erat & colūba, quam spiritus cum hic esset, tam uera erat & colūba propria, assumpta substantia extranea. De carne Christi cōtra Martionē & reliquos hereticos.

Et ecce.

Ecce attentionis particula.

Hic est filius meus.

Sententia generalis, qua Christus proclamatur iustitia & salus nostra sola. In summa, extra hunc Christum nihil placet deo patri.

IN EVANGELIUM
MATTHAEI CAP. III. DOMI
nica Inuocauit.

LEgimus proxima Dominica de bap-
tismo Christi & nostro, quem gratū &
acceptum opus deo esse, subiectis ali-
quot miraculis & caelestibus testimo-
nijs, satis ostendit Euāgelista Mattheus, cum p̄di-
dit ad baptismum Christi, caelos fuisse factos ap-
tos, Spiritū sanctum descendisse, & uocē e caelo
audiri deuolasse: Hic est filius meus dilectus, in
quo mihi beneplacitū est. Exposuimus quoq; cō-
moda utriusq; baptismi & Christi & nostri: uide-
licet baptizatis ad exemplū Christi aperiri cēlos,
dari illis Spiritū sanctum & proclamari tādem
illos dilectos dei filios.

Ad quae omnia pulcherrimo ordine quadrat
hodiernum Euāgelium, idq; ex mutua quadam
cohaerentia baptismi & tentationis. Tum enim
primum incipit satan struere nobis exēplo Chri-
sti insidias, quando uidet nobis per baptismum
caelum apertum esse, datum Spiritum sanctum, &
nos factos dei filios. Neq; baptismū admodū o-
dit satan, quē etiā reliquit nobis sub Papatu, mo-
do licet: uerum illius usum & comoda impedi-
re, ne aperiantur caeli hominibus per ipsum, ne
decatur illis Spiritus sanctus & ne fiāt dilecti dei fi-
lij: quare ne q̄s miretur, q̄ possit satā in baptiza-
tis baptismū impedire, is sciat, quē & si non im-

pediri queat, sufficit illi, ut pereat usus baptismi, quo perditō, nihil ferē iuuat baptizatū esse, imō maiori iudicio est baptismus hominib⁹ baptizatis. Quemadmodū etiā nihil pfuit Israelitis sub nube ambulasse, p mare transisse, & in Mosen sub nube in mari fuisse baptizatos eos &c. Prio read Cor. ca. x. Nam q̄ plurimos illorū non ap̄bauit deus, q̄ postea varijs p̄enis in deserto periere. Sed q̄a hodie per uocatū Euāgeliū rediisse uerus baptismi usus, redierūt & sæpe dicta nunc baptismi cōmoda: igitur tumultuatur hodie Satan, q̄a uidet multis baptizatis cælū apertū esse, illis Spiritum sanctū datū, & illos dilectos dei filios factos. Hinc nūc infiniti tumultus in Ecclesia, ferē nō numerandæ sectæ, & oīum rerum carissima penuria. Nihil hodie suo loco & ordine consistit, p pace bella adsunt, intrus & foris angustatur &c. Verū tantarū turbarum in Ecclesia non est alia causa, quā ipse Satan, q̄a uidet denuo cælum aperiri baptizatis, dari illis Spiritū sanctum & p̄nunciari eos dilectos dei filios. Monet itaq̄ in genere euentus tētari Christi p̄ Satanā baptizatos, qui Spiritum sanctum acceperunt, & per illum certificati sunt, quod sint dei filij, hæredes dei & cohæredes Christi, sequi tentationē, quæ licet accidat, tamen magis solatio nobis esse dignum esse & testimoniū, nos esse in gratiam susceptos, & Spiritu sancto donatos; atq̄ ad eorū

gnum cælorum ad nos pertinere, & nos certo
in illo uersari cum p̄sentia puri & synceri uerbi.

Summarij loci.

1 Tentator Satan accedit tum primum tenta-
turus nos, quando exemplo Christi baptizati, a-
periuntur nobis cęli, datur nobis Spiritus sanctus,
& proclamamur dilecti dei filij, hoc est, quan-
do prædicatur syncerum dei uerbū, quod ubi fit
redit uerus baptismi usus, & redeunt illius com-
moda, quæ sunt aperiri cælum baptizatis, dari
Spiritus sanctum, fieri dilecti dei filij: Item cum
uersamur in deserto & incipimus esurire, hoc est,
uerbi præsidio aliquantulum destitui.

2 Tria sunt tentationum grauissima ac poten-
tissima genera, quibus tentans sat̄a adoritur pios,
scilicet uictus, falsus uerbi dei intellectus, & stu-
dium glorię, potentię & diuitiarum. Harum tri-
um tentationum quæq; habet singularem fina-
lem causam: Prima, molitur sat̄a abducere Chri-
stum à fiducia in uerbum: Secunda, à uero uerbi
intellectu ad falsum: Tertia, ad falsum dei cul-
tum instituendum. Solo uerbo resistimus sata-
næ, & illum uincimus ac fugamus.

Tunc Iesus ductus est.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus explicat circūstantiam tēpo-
ris, quo solet accedere satan tētandi gratia: item
occupatus est in tradenda circūstantia loci, in quo
solet nos tētandi gratia adoriri sat̄a: item de oce-

caſione tentatiōis ſatanicæ agit, quæ eſt ipſa ſa-
mes. Tum enim ſatis certam occaſionē tentandi
ſatan habet, quando incipimus aliquātulum de-
ſtini præſidio uerbi.

Quantum ad circumſtantiam temporis attri-
net, quo ſolet accedere ſatan tentator, ſciendum
eſt, ſicuti & in præſatione huius Euangelij copio-
ſe ſatis diximus, tum primum accedere ſatanam
tentaturum nos, quando per baptiſmum ſumus
in regnum cœlorum tranſlati, & Eccleſiæ Chri-
ſti membra facti: uel quando uſus ueri baptiſmi
per purum ac ſyncerū uerbū docetur: ſcilicet nos
in noīe patris & filij & Spirituſancti baptiza-
tos eſſe in gratuitam peccatorum remiſſionem,
nobis cœlos factos apertos, nobis datū Spiritum
ſanctum, & nos eſſe dilectos dei filios. Et quā
hoc uerum ſit, tum primū accedere ſatanam ten-
tantem, id ſatis docēt hodie noſtra tempora, in
quibus ſyncerum uerbū reddidit nobis, uerū ba-
ptiſmi uſum: quē proſus omnis nequitix pater
ipſe ſatā ſub regno Antichriſti abſtulerat. Vide-
mus & hodie quā ſurſum de orſumtis miſceat
ſatan omnia, qui ſuperiori ſeculo, cum eſſemus
ſyncero uerbo ſpoliati, & uero baptiſmi uſu pri-
uati, ne cōmouebat qdem ſe, tantū abſuit, ut uel
tumultus, uel ſeditiōes, uel ſectas excitaret. Erāt
enim tū tranquilla oīa. Et certū eſt exēplo Chriſti
tentati, tum ad tentandū accingier ſatanā, quan-
do p ſyncerū uerbū facti ſumus populus dei, &
per baptiſmum dilecti dei filij facti, atq; in re-

gnum calorum è regno satanæ translati.

Sic Israel cū esset in Aegypto, nō admodū satā sollicitauit Israel, tērationibus. At cū egressus esset Aegypto, populus dei factus, p mare trāsisset, miracula dei uidisset, tū inq̄ accessit satā, & tērauit Israel oī gñe tentationum, adeo q̄ ex tot millib⁹ ex Aegypto pgressis, tantū duo in terrā Chanaan puenirent, Caleb & Iosue. Sic experimur hodie quātas infidias struit satā cōmuni iuuentuti sub sinceri uerbi prædicatione, ad cōmoda baptismi p̄cipienda, iniciatæ. Cupit em̄ p fatales Anabaptistas infantibus baptismi signū eripere, molitur per alios dignitatē & maiestatem baptismi extenuare: hęc p alios p̄cipuos baptismi effectus tollere. Quæ oīa cōfirmāt circūstantia tēporis, quo solet tērans satā accedere. Quantū uero attinet ad circūstantiā loci, sciendū est ex emplo Christi, tū etiā adoriri nos satanā tēratio nibus maxime cū in deserto agimus, hoc est, qñ omni humano p̄sidio destituti sumus, oībus p̄sentibus occasiōibus: ralis em̄ locus dicitur desertus. Nam tum ratio incipit desperare & dicit:

Hack du do kein mell ist / Wal du do kein wasser ist. Satā sic argumentatur confirmās rationē. Occasio uictus tibi deest Christe. Ergo fame peribis. Quare & satā, cū Israel in deserto ageret, illū acerrime tentationibus adortus est. Quoties em̄ non diffidit Israel, nūc de cibo nūc de potu, nūc de p̄sidio dei: Exo. xiiij. dif-

fidens ad aspectū Pharaonis, Exo. xv. diffidens
de aqua, Num. xiiij. de præsidio dei, respiciens
ad viros fortes ac robustos in terra Chanaan.

Et nos hodie, qui credimus Euangelio in deser-
to uersantes, hoc est, exagitati occasionebus ui-
ctus & præsidij, mirum in modum tētamur à Sa-
tana: quidam ex nobis dum non uident præsen-
tes occasione, quibus parent sibi uictum, conse-
runt se rursus ad Papatum, quem uident adhuc
florere, & optima stipendia dare, quidam noctu-
diuq; macerantur occasionebus ad futurum ui-
ctum parandum, quidam causas huius penuriz,
quæ hodie omnium rerum est, trāsferunt in Eu-
angelij doctrinam. Ad eum enim modum ha-
bet communis omnium ferè clamor:

Antequam prodiret hoc Euangelium, & ut
cum blasphematoribus quibusdam apertis lo-
quar, noua illa doctrina, omnia uilissimo pre-
cio, in maxima rerum copia, parabantur, sed ho-
die in maxima rerum penuria, carissime diftra-
hūtur omnia. His & similibus blasphemijs copi-
ose respondimus in nostro Catechismo.

Ast nos, qui uolumus exemplo Christi & esse
& manere dilecti dei filij, cogitare oportet. Euā-
geliū talis penuriz nō esse, ppriā causam, fieri ta-
mē causam impijs, q̄ Euangelii aut nō habēt, aut
corde illi nō credunt: sic penuria, q̄ hodie est sub
Euāgelio pœna est ingratitude mundi erga Eu-
angelium. Sic Matth. viij. impij Bergeseni amit-
tunt suos porcos.

Pij autem penuriam, quæ hodie est sub Euangelio, iudicabunt eam ferendam esse a quo animo, ut impius mundus puniatur. At inquis: Et nos sentimus illam rerum omnium penuriam. Respondeo: Nos sentimus quidē illam, uerum non sicut mundus impius sed ut desertū in quod ducti sumus a Spiritu sancto, ut tentemur a Satana ad probationem fidei nostræ, quam aut habemus, aut habere deberemus erga Euangelium. Qui uero deus potuit Christum suum alere in deserto per quadraginta dies & noctes, is potest nos sustentare, etiam ubi nulla adest occasio uictus. Præterea is deus, qui potuit Christum suum seruare contra tentationes Satanæ, is quoque nos seruabit, ubi deum precibus inuocauerimus & apud uerbum illius exemplo Christi constantes manserimus.

Tertio monet hic primus locus de præcipua occasione, quam habet Satan accedēdi pios tentandi gratia, ea est ipsa fames, quam si ad externam penuriam rerum pertraxerimus, potest comprehendere sub præcedenti occasione, quæ est ex deserto. At libet hic famem accipere spiritualiter pro subtractione seu carentia uerbi.

Nam hæc præcipua omnium tentationum siue externarum siue internarum causa est, sicut libi ex scripturæ locis colligere, quæ carentiã uerbi, nunc dormitionem, nunc ad breue tēpus subtractionem uerbi uocant, Mat. viij. Dormiente Christo, magnus motus factus est in mari, ita ut

nauicula operiretur fluctibus, quam tempeſtas
 tem excitatus Chriſtus ſedauit, Ioan. xvi. Puſſi-
 lum & non uidebitis me, hoc eſt, cum plorabit
 & lamentabimini, cum ego in cruce cōſtitutus fu-
 ero &c. Marc. ij. Veniet tempus & auferetur ab
 illis ſponſus &c. Sic dum Chriſtus ſuſtentaretur
 uerbo, idq; per quadraginta dies & noctes, nul-
 la fuit ſatanæ tentandi occaſio. Aſt cū inciperet
 Chriſtus eſurire, hoc eſt, aliquantulum præſidio
 uerbi deſeri, acceſſit ſatan in magna ſpe credens
 ſe aliquid tentando apud Chriſtum eſſecturum.
 Habenda ergo eſt ſubtractio præſidij uerbi pro
 præcipua cauſa tentationū omnium. Et ex præ-
 dictis nunc certi ſumus eſſe tentatorem ſatanā
 habere & expectare eum certas ſuas ad tentan-
 dum occaſiones & tempora certa. Item patet
 nunc omnes pios exemplo Chriſti duci in deſer-
 tum, poſtquā facti ſunt dei filij & per baptiſmū
 in regnum cælorum ſuſcepti.

Tunc.

Post ſuſceptum baptiſmū, poſt apertionem
 cæli, poſt apparitionem Spirituſſancti, & poſt
 auditam uocem e cælo: Hic eſt filius meus dile-
 ctus &c.

In deſertum.

In locum omni humano præſidio & occaſio-
 nibus ad uictum præſentibus carentem.

A Spiritu.

Mouente Spirituſſancto & propellente. Mone

mur hic, ne temere imponamus nobis crucem,
sed ut expectemus Spiritum mouentem.

Vt tentaretur à diabolo.

In quem finem obsecro? Respondeo: Vt probaretur fides Christi, Nam hic finalis tērationis usus est. Priore Petri capite primo. Nunc ad breue tempus adflicti &c. ad explorationē fidei uestra, Deinde ut ipse per oia tētatus, sciret postea tentatis occurrere. Ad Heb. cap. ij. Tertio, ut relinqueret nobis exemplū resistēdi sarang tentātis.

Et cum ieiunasset.

Solo uerbo & fiducia in uerbum sustentatus. Ieiunare est omnino nihil edere. Commendatur hic potentia uerbi à circumstantia tēporis, quod reuera est potentia ac uirtus dei ad salutē omnī credenti, ad Rom. i. quodq; seruari potest, ubi nulla est uictus occasio.

Tandem esuriit.

Cœpit destitui aliquantulū præsidio uerbi, & aperta uerbi consolatione, cœpit aliquantulū carnis infirmitatē sentire. Nota præcipuā occasionē accedētis sarang ad tentationē, quæ est, cū sentitur ipsa fames, hoc est, præsidij & cōsolationis ex uerbo subtractio.

Ille qui tentat.

Scilicet ad mala. Signāter hæc dicit Euangelista, ut ostendat deum ad mala nō tētare, Iaco. ia.

Si filius dei es.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.
¶ Secundus locus est de medijs seu generibus

tentationū, quibus aggressus est satan Christū,
 & adhuc potissimum pios aggreditur. Et quia
 his tribus, & non alijs usus est diabolus contra
 Christum, non est dubiū, quin his tribus satā nō
 habet fortiora & potentiora tentandi genera,
 Nam si fortiora atq; potentiora habuisset, sa-
 ne illis usus fuisset contra filium dei, quem si, si-
 cut sperabat satan, tentando uicisset, facillimum
 illi postea fuisset & totū humanū genus uince-
 re. De his igitur tribus tentandi generibus por-
 tō singulariter agemus, primum quodq; genus
 peculiariter tractaturi, unā cum cuiusq; singula-
 ri finali causa.

De primo genere tentationis.

Primum genus tentationis satanæ aduersus
 Christum exhibitæ, est tentatio uictus, inter reli-
 quas duas tentationes non postrema. Hæret em̄
 studium uictus in natura, cui omnes natura mi-
 rifice dediti sumus. Hinc tot improbi labores,
 tot negociationes, tot peregrinationes longin-
 quæ, quibus onerant se homines, ut uictū habe-
 ant pellantq; famem, tandem tot pericula, qui-
 bus etiam postrema tentaremus, antequā finire
 mus nos uictus penuria obrui. Nec desunt hodie
 exempla in mundo, quæ testantur cōplures ne-
 gligere animarum suarum salutem, tantū uictus
 gratia, & quia uident Euangelium nō esse de pa-
 san lucrando. Hac igitur tentatione & retrahit sa-
 tan ab Euangelio homines, ne illud suscipiant, et
 qui illud susceperunt, eos recidere ab Euangelio

facit. Quare non infima hæc tētatio est Satang,
cui natura nemo resistere potest.

Sed quia non frustra aggressus est satan Christi-
sum hac tentatione, iam finalis huius tentatio-
nis causa quærenda est. Voluit igitur satan hac
tentatiōe Christū eō abducere, ut desereret uer-
bum seu promissiones uerbi de uictu. Siquidem
Christus p̄ dictos illos dies & noctes solius uer-
bi præsidio sustentatus erat in deserto, hoc itaq;
uerbum ut eripiat Christo, extreme laborat sa-
tan, & sic per consequens & fiduciam in uerbū.

Summa igitur finalis est huius tentationis, ut
Christus deserat uerbum, & amplius non fideat
deo, quod seruare uelit, & amplius non implo-
ret præsidium dei pro uictu, sed ut ipse quærat sibi
uictū, ipse de uictu prospiciat sibi. Vitur ue-
ro callidissimis argumentis satan, ad confirman-
dam suam intentionem, sumptis à circumstātia
loci & absentis occasionis, ut panis deest: Ergo
fame peribis. Item, locus desertus est, Ergo nul-
la adest occasio parandi uictus. Item, *Back
du/da Feyn'mell ist. Wach du auß
steynen brodt zc.*

Si filius dei es, id est, si deo curges, sicut tu cre-
dis. Conditionaliter loquitur Satān & dubitati-
ue, ut & Christū dubitare faciat, nū dei sit filius:

Iube ut hi lapides.

Tessare aperto facto, te esse dei filiū, qui deo
cura sis, & quem deus nutrire uelit. Idem est:

Waldū da kein wasser ist. BacEdū
da kein mell ist / Wachs du auß stey-
nen brodt.

Scriptum est.

Resistit Christus aperto uerbo Sarang cētā-
ri. Est sensus & hic & apud Mosen, Deū fidentes
uero nutrire, etiam ibi & cū, ubi & cū nulla etiā
adest occasio uictus. Referēda sunt huc exempla
in ueteri & nouo Testamēto, quę indicāt, quod
deus mirabiliter nutrierit in locis desertis popu-
lum Israeliticum, præter occasionem uictus. Ex
odi. xv. & xvi. Item. iij. Reg. ca. xvij. Elias a cor-
uis pascitur. Christus in solitudine sæpe multa
millia parua occasione pauit, quę ubi adest, nō
est contemnenda. Diabolus tantam respicit suo
argumento ad præsentē occasionem, sicut & ra-
tio facit. Christus auertit oculos ab occasiōe ad
potentiam uerbi, & constanter credit, deum iu-
uare credentes posse, etiam ubi occasio abest. Et
hoc reuera est credere, uerbū esse potentiā dei
ad salutem omni credenti, ad Rom. 1.

In solo pane.

In præsentī occasione, quę tamen cū adest, nō
est contemnenda.

Homo.

Pius & fide Christianus.

Sed in omni uerbo quod pro-
cedit de ore dei.

Posteriora uerba occasione accedunt, ne cre-

Das omne uerbum sine occasionibus seruare, sed tantum dei uerbum, quod est potentia dei.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Ordo nunc postulat propter responsum Christi, quod dedit satanæ, ut de tertio loco agamus, quomodo tentanti satanæ occurrendū sit. Nam ut dubium non est, quin omnia dicta & facta Christi ad nos pertineant, & propter nos sint scripta, ita & hoc Christi ad satanā respōsum notandum est, ut sciamus quomodo tentationibus satanæ resistendum sit. Consistit uero hæc resistentia in aperto dei uerbo: Nam satanæ tentatoris argumenta, quibus conatur nos à uerbo & fiducia in uerbum abstrahere, plerūq; imperfecta sunt, aut è ratiōis fontibus producta, quare aperto scripturæ loco facile solui possunt. Refer huc & alia arma in scriptura, ad Ephe. vi. cap. Vbi integram armaturam eudit Apostolus contra satanam. Refer & huc. v. cap. i. epist. Petri, ubi uigilare uult nos apostolus, & sobrios esse in concursu satanæ, ut adsit fides, qua resistere licet satanæ. Spectat & huc dictum Christi: Hoc genus dæmonij non nisi ieiunio & oratione eijcitur, id est, oratiōe ieiuna & sobria. Tertius hic locus & ad reliquas duas sequentes tentationes erit applicandus. In altera alio scripturæ loco detegit Christus deprauationem uerbi à satana citati, & alio scripturæ loco, cōciliat Christus, & suū è scriptura locum, & eū, quē satan è uerbo citauit. In altera aperto scripturæ loco resistit satanæ & uincit eū.

Tunc.

Expedita prima tentatione.

Assumpsit eum.

Nota potentiã satanæ, quam sibi usurpat etiã
in Christum, permittente deo.

Si filius dei es.

De secundo genere tentationis:

Secũda est hæc tẽtatio, qua nititur Satan Christum sub prætextu uerbi ad falsum uerbi intellectu abducere, qui profusum à uerbo aut fictum in uerbum auertere non potest. Hæc tentatio longe occultior & grauior est præcedente. Verbum sibi tolli nemo facile patitur, & facilius decipimur, quando licet seruare uerbum, modo uerbo non simus contenti, modo faciamus opera à uerbo diuersa, modo à uero uerbi intellectu recidamus, tandem relicto uero uerbo, aut non uere intellecto tentemus deum.

Est igitur finalis huius tentationis finis, ut Satan abducat Christum à uero uerbi intellectu ad falsum, & ut sub prætextu uerbi male intellecti, tentet deum, faciatq; id, quod à uerbo diuersum est. Hac tentatione nihil credo hodie uulgariùs esse. Orandus itaq; deus est, ut liceat nobis astutiam satanæ agnoscere, ne cū credamus nos uere intelligere uerbũ, nihil intelligamus falso uerbi intellectu decepti. Deinde ne aliud facere præsumamus, nisi quod in præscripto uerbo habemus,

Si filius dei es, id est, si curæ es deo, uti credis.

Præcipita te deorsum.

Hoc est, fac quæ uis, siue habeas uerbum, siue non habeas, & ne sis sollicitus de successu, quia filius dei es, & quia hic habes pro te uerbum.

Nam scriptum est.

Actiologia utitur satan, sumpta ex aperto dei uerbo, quo nititur probare & prætexere suam tentationem. Nota & satanam posse allegare scripturam. Verbum à satana productum uerissimum est, ac intellectus est deprauatus, nec argumentum est integrum. Psalmus generis demonstratiui est, & cõtinet encomiũ uerbi dei, quod creditur prmittere tutelam ab omnibus periculis. At præcipitare se deorsum, contra uerbum dei est, & est tentare deum: Igitur uerbum è Psalmo citatum tentatoribus dei nõ prmittere tutelam.

Rursum scriptum est.

Christo alio scripturæ loco detegit scripturã à satana falso intellectu deprauatam, quo loco docet, ut contenti simus uerbo, & nihil agamus contra uerbum & sine uerbo. Argumentum de fensionis Christi est: Deus, citato è Psalmo loco, promittit credentibus & adherentibus uerbo tutelam: Ergo præcipitantibus se deorsum contra uerbum, & sic tentantibus deum nõ est promissa tutela. Moses, adducto loco, simpliciter respicit ad suum institutum, ut deterreat Israel à diffidentia erga uerbum. Tentare deum, est non

esse contentum simplici uerbo, & aliquid ultra prescriptum uerbum facere, aut sine uerbo prescripto, Monemur & hic ne tantum satana ceda mus, cum in tentatione cupiat nos falso scripturae intellectu, aliquid facere contra uerbum.

Iterum assumpsit eum diabolus

De tertio genere tentationis.

Tertiam hic orditur satan tentationem, uel ideo maximam, quia ei postremum locum dat, & quia a natura studemus illis rebus maxime, quae sub hac tentatione ueniunt intelligenda: quales res sunt, diuitiae, potentia & gloria. Fortassis fieri potest, ut cura uictus non commoueamur a uerbo & fiducia in uerbum. Item possibile est, ut non patiamur nos falso uerbi intellectu uinci a satana: Verum hoc opus, hic labor est, non flecti studio diuitiarum, potentiae & gloriae a uerbo, relicta & in uerbum fiducia. Spectant huc scripturae loci, qui studium talium rerum exaggerant. Ecclesiast. capite tricesimo primo: Beatum uocat diuitem, qui non abiit post aurum, nec sperauit in pecunia.

Christus Matthaei decimo nono inquit: Difficile intrabit diues in regnum caelorum &c. ubi notat Christus uaria impedimenta diuitiarum ad regnum dei impediencia. Lucae octauo: dicit quosdam auditores uerbi propter curam saeculi huius & diuitiarum, infrugiferos agros, in quibus uerbum suffocatum est. Ibidem & spinas ap-

pellat diuitias & curam seculi huius, potentia & gloria &c. ab effectu, qui est mirifice exagitatione corda hominum. Finalis autem huius tentationis causa est, ut satan diuitiarum, potentia & gloria promissione abducatur Christum ad priuatum dei cultum, aut à uerbo alienum.

Cæterum quæ sit huius tentationis potentia, satis confirmat Papatus, qui diuitiarum, potentia & gloria gratia, pro uno falso dei cultu, aliquot mille instituit.

Hæc omnia tibi dabo.

Obserua potentiam satanæ, quem ut aliàs scriptura uocat mundi dominum. Ad Ephesios. vi.

Si prostratus adoraueris me.

Adorare cultus est soli deo conueniens. Ergo hunc cultum, uel ad personas alias, uel res transferre impiū est, & blasphemiosum, obsecundant huic tentationi, qui propter diuitias, potentiam, gloriam & alias res similes, uerum dei cultum ad creaturas transferunt, aut relicto uero dei cultu, propter res, prædictas, nouum instituunt.

Abi Satana.

Confugit & in hac tentatione Christus ad uerbum, & apertæ scripturæ loco uindicat cultum dei à satana & omnibus creaturis. Defensio Christi procedit ab autoritate scripturæ, intercedente excludendi particula, ut solus deus est adorandus & colendus: Ergo adorare & colere ueri & soli dei cultus non sunt ad creaturas transferendi.

Tunc amittit.

Consolatorius est hic locus uinci Satanam potentia uerbi, quæ & hic commendatur. Et consolatorium tentatis præsentis adesse angelos dei.

Et ecce angeli.

Hic uidemus ad quos spectant promissiones in supra citato psalmo à Satana. Angelis mandaturus est de te &c. nimirum ad eos, qui credunt uerbo, nec sinunt se ab illo abduci.

IN EVANGELIUM
MATTHÆI .XV. DOMINI
ca Reminiscere.

SI ad mysterium euentus de Cananæ muliere respexerimus, uidetur Euangelista studiose & quasi de industria hic illius Gentilis mulieris mentionem facere: non aliam ob causam, sine dubio, quàm ut hoc euentum illum Gentium ad Euangelij cognitionem, accessum insinuaret, qui tunc secutus est, quando Israel electus dei populus, cui proprie promissus erat Christus, cœpit Christum reijcere atque damnare. Cernimus enim ex occasione hodierni Euangelij, tum Cananæ accessisse Christum, cum à pharisæis & scribis digrederetur Christus, quibus cum disputauerat de humanis traditionibus, quas sine opere dei uerbo, impudentes illi pharisæi & scriba: uerum ut sit plerumque, quanto propria iusti-

tia excecatis a pertius prædicatur ueritas, tanto
 magis impingunt & pertinaciores redduntur, sic
 etiam factum est hic cum pharisæis & scribis, apud
 quos Christus sua institutione parum aut ni-
 hil effecit. Ne tamen nulli essent, qui Christum
 amplecterentur atque reciperent, accedunt Gen-
 tes, accepta occasione ex pertinacia Iudæorum,
 & recipiunt Christum & illi credunt: Hic uero
 Christus facile patitur se apprehendi à Gentibus,
 ut Iudæi iusto dei iudicio pereant, quod missum ad
 se recipere noluerunt: & ut misericordia dei in
 Gentibus luceat, quibus Christus non fuit mis-
 sus. Nam sic habet hodiernum Euangeliū: Non
 sum missus, nisi ad oves perditas domus Israeli-
 ticæ, quam sententiam alijs postea uerbis repetit
 Christus: Non est honestum sumere panem fili-
 orum, & obijcere catellis, quæ ideo tam diligen-
 ter repetit Christus, ut mulieri Gentili magnitu-
 dinem gratiæ & misericordiæ dei inculcet, quo
 sciant Gentes ex mera & gratuita misericordia
 se ad Euangelium uocatos esse, quæ non erant
 populus dei, ad quas Christus proprie non spe-
 ctabat, quæ erant abalienatæ ab Israel dei popu-
 lo, à promissionibus omnibus, & carentes deo in
 hoc mundo. Ad Ephesios. ij. ubi & Apostolus
 inquit inter cætera ad Ephesios Gentes: Ex gra-
 tia uocati estis per fidem, idcirco non ex uobis &c.
 Et quia in hodierno Euangelio uidemus mulie-
 ri Gentili à Christo summum beneficium conti-
 gisse, & in hac muliere nos Gentes ad Euan-

gelium admissos fuisse: quare merito huius Evangelij generalis & præcipuus usus erit, ut nos e Gentibus conuersi, sciamus, pertinere nos ad populum dei, & si nõ sumus iuxta carnem Israelitæ aut filij Abrahamæ. Deince ut cõfirmemus nos contra illud scandalum, quod possit in nobis excitare satan de uocationis nostræ incertitudine, quæ nulla esse potest, tot scripturæ locis & exemplis confirmati, e quibus non est postremum, quod in Cananæa muliere hic habemus.

Summarij loci.

- 1 Quia Mulier Cananæa clamat ad Christum, ut illius misereatur, igitur necessitatẽ habuit, igitur de Christo audiuit, cui auditui credidit, quare & fidem habuit.
- 2 In oratione apprehendẽdus est Christus ut filius David & Deus simul, ut puta qui iuuare uenit & potest etiam.
- 3 Quod non statim exaudimur a Christo, sit ut probetur fides nostra. Est uero pbatio fidei omnium uehementissima, qua exagitamur in conscientijs tanquam illi, ad quos gratia non pertinet propter indignitatẽ nostram. Charitatis exemplum in discipulis est, qui rogant Christum pro Muliere,
- 4 Vera fides nõ confundit neq; pudefacit, hoc est, non finit nos perire aut desperare de gratia & si indigni sumus, & nõ de domo Israel secundum carnem, sed facit gratiam nostrã esse, quare iure ad nos non pertinet.

¶ Vera fides non desperans propter suam indignitatem neque hesitans de gratia accipit tandem, quod petit.

Et egressus inde Iesus.

A terra Genesareth, ubi disputauerat Christus cum Phariseis & Scribis de humanis traditionibus.

Secessit in partes Tyri & Sydonis.

Christus secessit ad Gentes ex gratia.

Et ecce Mulier Cananæa.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Non est dubium quin totum hodiernum Evangelium fundatum sit super fidem eiusque effectus, sicut plerumque omnia miracula. Hæc enim accipit ex prædicatione uerbi Christum & uenisse medicum & mederi posse: Deinde impetrat etiam, quod credit & petit. Idcirco statuendum est circa primum hunc locum quod Cananæa Mulier de Christi philanthropia audierit, qui misus sit in hoc, ut languentes curet, infirmos sanet. &c Huic famæ credidit Mulier, & quia credidit, ideo accessit ad Christum experitura de Christi audita. Occasionem præbuit experiendi philanthropiã de Christo auditam, ipsa necessitas, non parua quidem, sed talis, quæ in filia erat pressens, & ideo maxima. Quæ enim mater nõ æque adficitur calamitate filix atque propria.

Sunt itaque ex primo hoc loco duæ causæ fidei notandæ: Altera uera est causa, nempe auditus

uerbi, ad Roman. x. Fides ex auditu est, auditus uero per uerbum dei. Altera occasio potius est quàm causa.

Tum enim, cum preſto adest neceſſitas, adest ſimul occasio circumſpiciendi pro medico, qui tollat neceſſitatem. Aſt uerbum monſtrat Chriſtum, quem poſtea ut medicum apprehendit fides quæ nec ipſa contenta eſt, donec experiatur de Chriſto medico audita.

Cæterum quia Cananæa mulier nunc fidem habuit, uidendum eſt, qualis illa fuit, ſane nõ oſa, ideo ex charitate filiæ neceſſitatem obrulit Chriſto pellendam. Sunt igitur duo inſignia exempli in Cananæa, alterum fidei, alterum charitatis.

Etece.

Ecce attentionis particula eſt, qua uult Euangelista nos admirari ſtudio Gentiũ pro ſuſcipiendo Chriſto, qui ad Gentes non pertinebat. Item, q. d. Matth. Ecce phariſei & ſcribæ atq; ſic populus Iudaicus noluit ſuſcipere Chriſtum ad ſe miſſum, quem ſummo gaudio libenter recipiunt Gentes.

Cananæa.

Mulier Gẽtilis. Et quia mulier, ergo infirmum uas, quod hic opponitur in confuſionẽ phariſæorum & ſcribarum hominum ſapietum &c. A finibus, mulier, Cananæa, hæc inquam uoces omnes ſignantur ſunt ab Euangelista poſitæ.

Clamauit.

Hic clamor fidei effectus & fidelis testis fidei, charitatis & studiū Cananæ, quod pro filia infirma habuit.

Miserere mei domine.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus docet nos de ratione orandi & inuocandi Christum uera, postquam ex uerbo audito certi sumus, quod Christus in hoc uenerit, quod exaudire uelit & seruare: Itē post presentem necessitatem & fidem. Nam satis non est habere uerbum de exauditione, neque est satis habere necessitatem & fidem, nisi & scias, qua parte apprehendendus sit Christus, ut exaudiat. Fieri enim potest, ut inter orandum in desperationem incidas, & in uniuersum dubites te exauditū iri.

Monemur ergo circa secundum hunc locum, exemplo huius Cananæ, ut oraturi apprehendamus Christum ut filium Dauidis, hoc est, qui filius Dauidis factus est, qui formam serui induit, & qui nobis in hac carne per omnia similis, absque peccato tamen factus est, quo nostrorum in carne miseretur, & sicut Apostolus ait ad Hebræos capite secundo: Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & his, qui tentantur succedere. Item eadem in epistola capite quarto. Non enim habemus pontificem, qui

non possit adfici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam & gratiam inueniamus ad oportunū auxiliū. At qui Christum ut filium Davidis non apprehendunt, hoc est, qui uilitate personæ Christi ut filij Davidis offenduntur, uel hac uilitate non offendet Christus prioribus offendiculum & insultitia sicut Iudæis & Gentibus mansit, posterioribus uero erit occasio desperationis, sicut uidere licet in euentu Iudæ proditoris, qui Christū proditum postea cœpit ut filium dei considerare, hoc est, talem personam, quæ propter suam maiestatem longe maior esset, quàm quæ aut uellet aut posset tantam illi proditionem condonare. Si autē Iudas exemplo Petri negatoris Christi, fleuisset quidem super peccata sua, & cōsiderasset Christum ut Davidis filium, qui uenisset in carnem, ut succurreret peccatoribus, consecutus fuisset suæ proditionis ueniam, sicut & Petrus suæ negationis, & sicut hic Cananæa restitutionem filiaë consequitur, & duo cæci uisum, Matthæi capite uicesimo. Verum ut nunc Christus interpellator apud patrem pro nobis, ut filius Davidis apprehendendus est, ita oraturi patrem deum, ut nos exaudiat in rebus quibuscunq; admonendus est suarum promissionum in Christo Davidis filio factarum, Sic Moses Exodi ca

pite tricesimo secundo, orans pro peccato idolatriæ, quod populus perpetraverat, inquit ad dominum. Recordare Abraham, Isaac, Iacob & seminū Israel, quibus iurasti per te ipsum, dicens: Multiplicabo semen uestrum &c. Quare & Christus ait Ioan. cap. xv. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Est autem patrem in nomine Christi orare, nihil aliud nisi patrem admonere promissionum, quas nobis in Christo promisit. Non est maiestas patris contemplanda, quæ tanta est, ut terreat magis quam consoletur.

Nec tamen hæc ideo dicimus, quod interim Christus non sit ut filius dei apprehendendus, æqualis cū deo patre & Spiritu sancto diuinitatis & potentia, nec quod Deus Pater nō sit contemplandus, ut æternus & omnipotens Deus. sed apprehendendus est Christus exemplo huius Cananæ, ut filius Davidis & Dominus simul. Quare clamat mulier: Misere mei domine fili David. Et ipse David psal. cix. canit: Dixit dominus domino, sede à dextris meis &c. hoc est, apprehendendus est Christus, quod iuuare & uelit & possit, uelit, quia filius David est, possit, quia dominus.

Sic deus quidem pater contemplandus est, hoc est, qui paternis adfectibus erga nos laborat, alit & fouet more patris, & ita proponit Christus ad loquendū patrē in Oratione Dominica, inquit. Ad hunc modum orate: Pater nō

ster, & addit: qui es in cælis &c. ut significet Christus deum patrem longe separatum esse ab humanis patribus: nimirum esse cælestem patrem & omnipotentem, qui omnia perita dare potest, id quod parentes terreni non possunt.

Miserere.

Inuocatio qua Cananga apprehendit Christum ex promissionibus Dauidi factis. Domine, ait, ut ostendat Christum iuuare posse. Vehementis fidei est, non offendi mulierem uilitate personæ Christi, ut Dauidis filij.

Fili Dauid.

Qui uenisti in carnem, ut adficiaris calamitatibus hominum.

Est & hic natura ueræ fidei expressa, quæ nõ speculatur alta de Christo, sed apprehendit eum, ut in carnem uenerit.

Filia mea.

Propositio necessitatis, & quia in filia est necessitas, & mater eam proponit, id charitatis est.

A dæmonio uexatur.

Exaggeratio hæc est necessitatis. Exaggeratio uero est charitatis, quæ aliorum necessitates semper extollit ultra proprias.

Qui non respondit ei uerbum.

EXPLICATIO TERTII LOCI.
¶ Constat ex superioribus Canangam mulierem

rem optimã fidem habuisse, & in ea spe steterisse, quod certo crediderit se exauditã iri à Christo. Sed nunc iuxta suum officium decuisset Christũ exaudisse Cananãam credentẽ. At hoc non facit, imò ne ullum uerbũ respõdet clamanti mulieri & ex bona fide inuocanti, id quod eò respicitur, adeo etiam, quod discipuli mouentur clamoribus mulieris. Docet ergo tertius hic locus, nos etiam ex fide inuocantes non statim exaudiri à Christo, id quod tamen non alia de causa fit, nisi ut probetur fides nostra.

Monet uero hic etiam locus tertius de omnium maxima tentatione, quæ accidit nobis ex cognitione indignitatis nostræ, aut quando cogitamus nos esse indignos ad promissam gratiam in Christo, imò eam ad nos non pertinere. Quo enim animo credimus præditam fuisse Cananãam, cum nullum respõsum à Christo acciperet, præterea audiret duplices sententias omnẽ gratiam & officium Christi abnunciantes.

Nos exemplo huius mulieris in eadem tentatione uersamur, quando inuocatus à nobis deus uel differt exauditionem, uel subtrahit nobis solatia uerbi ad tẽpus, uel finit nos eò prolabi, ut cogitemus nos indignos esse ad capeffendam gratiam, uel tales, quibus irascatur deus. Item cũ accedunt huiusmodi cogitationes: si tales aut tales essemus, fortassis exaudiret nos deus. Et in his cogitatibus uidetur plerũq; & ipsius scriptu-

æ aliquot loci nobis aduersari, & illi maxime, qui iustorum & uere credentium mentionem faciunt, & sanctis promittunt exauditionem, atq; adeo omnia à deo bona, quales loci cõplures extant in scriptura, qui huc uocandi sunt, ut Psalmo. xvij. Cum sanctis sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris, & cum electo electus, & cum peruerso peruerteris &c.

Talem tentationem, de qua hic fit mentio ex responso Christi, Dominus Lutherus passim uocat **Das heimeliche lyden** / quando in cõscientijs ita adfecti sumus, quasi irascatur nobis deus. In hac tentatione subinde exercuit se Dauid, ut Psalmo sexto: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Misere mei Domine, quoniam infirmus sum &c. Vide & sequentia in Psalmo. In hac tentatione sine dubio stetit & Christus, Psal. xxi. Deus deus meus (respice in me) quare dereliquisti me &c.

Cæterum finales causæ, propter quas uideatur Christus suspendere suum responsum, & exauditionem. Præterea quia mittit Cananæã incedere in talem tentationem, duæ esse possunt: Altera, ut hac tentatione prober fidẽ mulieris: Altera, ut ostendat, si quid Cananæã accidat gratiæ, & sic omnibus Gentibus, id fieri ex mera misericordia. Nam Christus non est missus ad Gentes, sed ad Israel, & Gentes canes sunt, non filij. Cum Israel & filijs sic se habeat: Selegit aliquando deus sibi populum nomine Iudaicum seu Is-

raeliticum, cui dedit uerbum suum legesq̄ cer-
 ras, additis illis oraculis & multis promissioni-
 bus de Christo, ad Rom. iij. & ix. Nam oportu-
 erit certum aliquem populum esse, in quo promif-
 siones de Christo reuelarentur. Huius populi le-
 ges, ritus, ceremoniæ & promissiones nõ exten-
 derunt se latius, quàm ad Christum, uel iuxta il-
 lud ad Gala. iij. Cæterum antequàm ueniret fides,
 custodiebamur sub lege, cõclusi in eã fidem, quæ
 erat reuelanda. Itaq̄ lex pædagogus noster usq̄
 ad Christum.

Nunc uero cum uenisset Christus ad Israel, se-
 cundum promissa dei & uaticinia prophetarũ,
 uilitate illius fuerunt Iudæi offensi, nec recepe-
 runt eum, quare & postea iusto dei iudicio reie-
 cti sunt à deo. Gentes uero ab initio mundi fue-
 runt populi idololatræ, qui neq̄ uerbum dei ha-
 buerunt, neq̄ ueri dei cognitionem, & teste Apo-
 stolo ad Ephe. ij. Qui ab alienati fuerunt ab omni
 bus promissionibus dei, deoq̄ caruerunt in hoc
 mundo. Sed hæc postea ex mera dei gratia ac mi-
 sericordia receptæ fuerunt & populus dei factus,
 quemadmodũ hisce de rebus multis disserit Pau-
 lus ad Ephesios.

Quo autem medio peruenerint Gentes in gra-
 tiam, & populus dei factus sint, porro audiemus
 in explicatione quarti loci.

Ille uero non respondit ei uerbũ.

In hoc ut probaret fidem illius, & simul osten-

deret Gentibus nihil ex merito fieri, imò ex pro-
missione nihil.

Et accedentes.

Charitatis exemplum in discipulis est, qui ro-
gant Christum pro muliere.

Dimitte eam.

Compotem uoti & petitionis fac.

Non sum missus.

Cadit hic omne meritum Gentium, quod nul-
lum esse potest, Et Paulus loquitur Ephesijs Oz
tibus cap. ij. Gratia estis seruati &c.

Nisi ad oues perditas.

Prærogatiua Israelis specta. Oves perditas
uocat respectu dispersi & dilacerati sacerdotij,
& regni Iudaici, uel quia longe aberrauerant, ut
nisi reductæ fuissent per pastorem Christum,
perissent.

At illa uenit.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus docet, quomodo Christus
tantum Iudæis missus, noster fiat, qui ex Genti-
bus sumus, hoc est, canes, præputium, ab aliena-
ti à Republica Israelis, extranei à testamētis pro-
missionis, spem non habentes, deoq; carentes in
hoc mundo, longinqui &c. Ad Ephe. ij. Fit ergo
noster Christus, exemplo huius Cananæ, quā-
do constanti fide adhæremus Christo, quando
non dubitamus de præsidio Christi, quando cō-

fitemur nos esse catellos, id est, indignos & miseros peccatores, qui pane digni non sumus, quæ edunt filij tãrum, modo contingat nobis de misericordie, quæ cadunt de mensa dominorum nostrorum. Apostolus fere eadem dicit ad Ephesios. ij. Vbi describit media, per quæ sumus nos Gentes populus dei facti. Ait enim: Nũc autem per Christum Iesum, uos, qui quondã eratis longinqui, propinqui facti estis, per sanguinẽ Christi &c. Ibidem: Gratia enim estis seruati per fidẽ idq; non ex uobis &c.

Describitur & circa hunc quartum locum natura uerę fidei, & huius propriissimum officium quod est non confundere, id est, non permittere consciẽtias perire aut desperare de gratia, etsi indigni sumus, & secundum carnem non de domo Israel aut filij Abrahamæ.

Hæc est illa fides, quæ fecit gratiam nostram esse, quæ iure ad nos nõ pertinebat, hæc fecit nos filios Abrahamæ, qui secundum carnẽ nõ eramus Abrahamæ filij, ad Rom. iij. Idcirco ex fide datur hæreditas, & secundum gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini, non ei, quod ex lege tantum est, uerum etiam ei, quod ex fide Abrahamæ, qui est pater omnium nostrorum. Sicut scriptum est: Patrem multarum Gentium constitui &c. Hæc est illa fides, quæ fecit nos irrumperẽ in regnum cælorum, Mat. xi. &c.

Vere fit in hoc loco, fidem omne bonum sibi persuadere de Christo, spem uero illud bonum

in summa patientia expectare, donec illo potius
 sur. Debet & ad hūc locū referri definitio fidei ad
 Hebr. ca. xi. Et ea q̄ extāt de spe ad Ro. v. & viij.

At illa uenit & adorauit eum.

Natura ueræ fidei est non absterri propter
 indignitatem suam à gratia. Adorare fidei esse-
 ctus seu gestus est.

Domine adiuua me.

Inuocatio plena fide. Voce domine confite-
 tur accredit Mulier, quod Christus a deo potens
 sit, qui iuuare etiam queat eam, cui iure nihil de-
 bet: imò qui indignam possit seruare

Non est bonum sumere panem.

Tertia hæc tentatio est omniū grauissima sum-
 pra ab indignitate mulieris. Forassis ferendum
 esset, si non responderet Christus, posset forassis
 etiam quis ferre responsum Christi: Nō sum mi-
 sus nisi ad oues perditas. At hæc tēratio ueheme-
 tissima est, quæ conatur nos propter indignitatem
 nostram abducere à gratia.

Bonum non est, id est, neq; honestum, neq; de-
 corum neq; utile. Panis uel Euangeliū uel gratia
 Euangelij intelligit. Filij Israelitæ sunt adoptione
 facta in Aegypto, Carelli Gentes sunt indigni pec-
 catores alieni a populo dei, à promissionibus &c.
Ad Ephesios. 2.

Etiam domine.

Confessio constantissime fidei, quæ non est en-
 xia de sua indignitate, quam libenter agnoscit, sed

apprehendit gratiam. Per micas intellige Euan-
gelium seu gratiam, aut parrem aliquam Euan-
gelij seu gratiæ.

De mensa dominorum suorum

Credit mulier his uerbis, quod Christus talis
sit, qui etiam indignam iuuare possit, quia domi-
nus est. Videtur mulier admonere Christum sui
officij, quod ideo uenerit, ut indignos catellos
recipiat. Non omnium est sic disputare cū Chri-
sto, sicut nec omnium est fides.

O mulier.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Quintus hic locus confirmat omnes pro-
missiones credentibus factas, quales sunt: Quic-
quid credentes perieritis, accipietis. Mar. xi. Ma-
thæi. xvij. Si habueritis fidē, ut granū synapis, ni-
hil erit uobis impossibile. Et quanquam Chri-
stus multū ludat cū pijs tentando & pbando il-
lorū fidem, tamē hoc non fit aliā ob causam, ni-
si ut tandē certo uincamus & accipiamus peri-
ta. Nā deus ut malis rētare non potest, Iacobi. i.
Tentat ergo ut proberur & exerceatur fides acci-
pienda perita.

O mulier.

Cōmendatio fidei, quam exclamatione illa
strem reddit Christus.

Magna est fides tua.

Qua credis me uenisse propter indignos &
peccatores.

Fiat tibi.

Vera fides impetrat tandem quod petit.

Et sanata est.

Effectus uerbi est restitutio sanitatis, quam impetrat fides, aut qui fidem sequitur certo ex promissionibus fidei factis.

IN EVANGELIUM
LVCAE CAPITULO XI. DOMINICA Oculi.

Nota sunt officia Christi, ex quotidianis concionibus, & extat illorum ferrago apud Esa. cap. lxi. Mala. iij. & apud reliquos prophetas: nimirum quod uenerit in hunc mundum annunciare Euangelium, mederi cōtritis corde, praedicare captiuis indulgentiam, & clausis aptionem, cæcos illuminare, claudos in pedes erigere, leprosos mundare, pellere dæmonia &c. quod officium ex dictis postremum prestitit in hodierno Euāgelio in homine a dæmonio obsesso. Ceterū dicta officia ut sunt reuera magna: ita nō nisi diuinæ potentie sunt opera, ad quæ præstantia aut nihil, aut parum potest humanum præsidium.

Fortassis fieri posset, ut medicus quispiam magna cura & diligentia restitueret infirmum. Ac ad unum saltem uerbum sanare infirmum medicorū nemo potest: nec est in medici uiribus oēm morbū pellere, id quod tamē est in potestate Christi.

sti. Quare merito officia Christi à prophetis diligē-
tissime prodita fuerunt, ut uel inde cognoscerēt
Iudæi, qui tum erant dilectus dei populus, suum
Messiam, & discerent diuinitatis opera ab hu-
manitatis operibus discernere. Nam in quem ali-
um finem credimus officia Christi à prophetis
scripta, nisi ut cum Iudæi eiusmodi officiorum
opera uiderent, cognoscerent suum Messiam, &
per illa ad credendum ei allicerentur.

Sed accidit Iudæis, id quod hominibus ple-
rumq; usu uenire solet, maxime autem illis, qui
falsa religione, aut specie cultus diuini inescati
sunt, quod neglecto uerbo præscripto sequan-
tur suas cogitationes è rationis fontibus hau-
stas. Si em̄ Israel uertisset oculos ad officia Chri-
sti in prophetis passim prodita, nunq̄ auersati fu-
issent Christum regē, quem Zacharias cap. ix scri-
pserat uenturum Christū, saluatorem & paupe-
rem insidentem a sinæ & pullo eius.

Verum dum relicto uerbo sequerentur Iudæi
suas cogitationes, prudentiam carnis & sapienti-
am rationis offensi fuerunt uilitate p̄sonæ Chri-
sti, & Christum damnauerunt.

Sic in hodierno Euangelio cum uident qui-
dam è Iudæis, suas cogitationes sequentes, reli-
cta scriptura de officijs Christi, Christum eijcere
dæmonium, offendūtur, & tam magnificum di-
uinæ potentia & officij Christi opus, tribuunt
Beelzebub, quod fortassis minus fecissent Iudæi
illi, si ad officia Christi, quæ extabant in prophetis,

prospexissent, quorum opera in solum hunc finem intendebant, ut per illa cognosceretur Christus esse uerus Messias. Et ad hunc finem operum officij Christi, ipse Christus ducit eos in hodierno Euangelio, cum ex certis argumentis probasset se non eijcere demonia in nomine Beelzebub, inquit: Si ego eijcio demonia digito dei, scilicet sicut haecenus probatum est, ergo regnum dei ad uos peruenit, q. d. Christus: Videtis opera conuenientia Christo uestro Messiae, uidetis illum officia exercere, de quibus ita diligenter scripserunt prophetae, deberetis igitur nunc ex hoc opere, quo eijci demonium & ex similibus colligere, me esse illum Messiam, uobis in scriptura promissum.

Verum ex argumentis rationis & sapientiae carnalis pertinaces Iudaei, & suis humanis ritibus atq; obseruationibus, relicto uerbo, officiis & operibus Christi, inhiantes potius, maluerunt etiam contra conscientiam damnare & Christum & opera eius, eaq; satanae adscribere, quam suas traditiones & priuata comoda negligere.

Et ut nunc Iudaei adfecti fuerunt erga Christum, officia & opera eius, ira adhuc hodie totus mundus adfectus est, qui uilitate Christi seu uerbi offensus, officia, effectus & opera Christi seu uerbi adscribit satanae, non tam ex caecitate, quam sepe uictus in conscientia, ex pertinacia aut Pharisaeica arrogantia, quae quiduis potius faceret, quam ut permetteret humanas traditiones ferre

periculum & in discrimen uenire. Quid enim hodie frequentius est illis uocibus in mundo? Euangelium, quod nunc prædicatur, satanæ Euangelium est, Lutheranicum, Saxonicum, plebeium &c. Dæmones sunt ipsi, qui prædicant, dæmonica sunt opera eorum &c.

Ast quomodo nos opponere erga tales mundi uoces debemus, in genere docet hodiernum Euangelium: nempe, quia huiusmodi uoces blasphemiosæ sunt in Euangelium, igitur gladio spiritus decet nos omnes exemplo Christi, Euangelium ab dictis blasphemijs uindicare, & postea causam nostram commendare deo, eisi ad nostram defensionem non conuertatur mundus in conscientia, ueritate uictus, sicut post tot certissima argumenta, quibus probauit Christus se non eijcere dæmonia in nomine Beelzebub, nec Christo crediderunt, quamuis ne contra hiscere quidem potuerunt.

Summarij loci.

1. Officium Christi, est pellere satanam & iuuare infirmos, id quod libenter præstat & cum aliorum fructu, quos iuuat, & cum admiratione hominum coram mundo contemptorum.
2. Mundus & sapientes & iustitiarj in mûdo, cû uidēt Christû seu Euāgelium p̄stare sua officia, hoc est, gratuito bñfacere hoĩbus, trāquillare cōscientias, cōdonare peccata &c. offendunt uilitate Christi, Euāgelij & utriusq; operû seu effectû & dānant eos uindictæ satanæ & h̄ren

res externa, p quæ certificentur, non ut credant,
sed ut tentent Christum.

3 Non est ferendum, quando blasphematur
Christus, Euangelium, & effectus utriusq, sed de
cet nos opponere gladio spiritus, & diuersum
blasphemij mundi edocere.

4 Blasphematores Christi, Euangelij & ope-
rum utriusq, iusto dei iudicio in extremam cæcita-
tem prouunt, è qua etiam reuerti postea non
possunt: Ergo timendū est, ne cognito Euange-
lio ad uomitum redeamus.

5 Beati sunt, qui uerbum dei audiunt, & custo-
diunt illud, nō qui Christo etiam sanguine iun-
cti, aut parentes Christi sunt.

Et erat eiciens dæmonium.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus hic locus pulcherrimo ordine subij-
citur præcedētib, idē apud Mat. q ante hoc
miraculū de restitutione muti & dæmonij eiecti
one præmittit officia Christi ex Esaia ppheta ca-
pi. xlii. quæ sunt p̄cipua, arundinem cōminutam
non frangere & linum fumigās nō extinguere,
hoc est, infirmis peccatorib, & in animæ morbis
& in corporis lāguoribus succurrere. Et hæc ue-
ra esse sua officia à propheta p̄dicta Christus p̄-
senti miraculo confirmat, eicit satanā è mutō, &
in integrū sanat. Consolatorius est ergo hic pri-
mus locus, in q certificamur & cōfirmamur de to-
ta scriptura & oībus p̄missionib, de officijs Chri

si qui non nomine esse uult, quē eum iactat scriptura, sed re ipsa & facto.

Item cōmendatur nobis hoc primo loco philāthropia Christi & charitas, qui adductum ad se dæmoniacum, ut habet Matthæus ca. xij. ne rogatus quidem sanat & restituit libenter.

Quam restitutionem cum uident turbæ ad audiendum uerbum auidæ admirātur, & obstupescunt ad eam, dicētes, teste Matthæo: Num hic est filius ille Dauid: hoc est, qui è semine Dauid nascēdus nobis pmissus est, iustificator & saluator Zacha. ix. Stupor & admiratio turbæ, commendant nobis potētiam uerbi. Sunt enim stupor & admiratio effectus uerbi. Turbæ significant nobis illud genus hominū, qđ in mūdo solet amplecti & recipere uerbū. Huic turbæ hic fit Christus seu uerbum potētia dei. Ad Ro. i. Et. i. ad Cor. i. Et ij, ad Cor. ij. bona fragrantia & odor aduitā.

Et erat eijciens.

Lucas illarum rerum mētionem nullam facit, quæ aliās ad miracula requiruntur. Omitit em̄ quomodo ad Christum adductus fuerit dæmoniacus, id quod Matthæus refert, omittit auditum uerbum, fidem, inuocationem &c. contentus propositione necessitatis in persona dæmoniaci.

Dæmoniū mutū uocat ab effectu, quia dæmoniū erat mutū, & hominē faciebat mutum. Matthæus non dicit obsessum tantum mutum fuisse, sed & addit quoq; cæcum. Exaggeratio necessaria est, in uoce mutum.

Et cum eiecisset dæmonium.

[Scilicet uerbo Matthæi. viij. Et eiecit spiritus
 uerbo. Et infra in hoc Euangelio, digito Dei.

Locutus est mutus.

Effectus potentie Christi seu uerbi.

Et admiratæ sunt turbæ.

Admiratio peculiaris effectus potentie uerbi
 est, qui in turba ut plurimum sequitur miracula.
 Commendat uero potentiam uerbi, & discernit
 doctorem Christum & doctrinam eius à doctori-
 bus impijs & doctrina impia, quos & quam non
 sequitur admiratio. Non docent enim cum aucto-
 ritate, nec est illorum doctrina efficax in cordi-
 bus auditorum. Rursus uerbum Dei est anceps
 in corporibus, ad Heb. iij. Spectat & huc locus
 Esa. lv. Meum uerbum non redit ad me uacuum,
 & sane si non aliud efficit, tamen facit homines
 admirari & obstupescere.

Quidam autem ex eis:

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.
 ¶ In primo loco audiuius, qui sunt illi, qui
 Christum, Euangelium & utriusq; opera suscipi-
 unt & amplectuntur, nimirum homines ex tur-
 ba contempti, & coram mundo ignobiles, nunc
 in secundo hoc loco audiemus, qui sunt inimici
 Christi, Euangelij & utriusq; operum, qui dæ-
 nant Christum, Euāgeliū & utriusq; opera, imò
 satanæ adscribunt. Hi aut sunt sapientes & iustij

narij in mundo. Ait enim Matthæus ca. xij. Pha-
 risæos eiectionem satanę per Christum factam,
 Beelzebub tribuisse. Nam & hi præcipui Christi
 Euangelij & utriusq; operum hostes, sicut illud
 uidere licet per omnia Euangelistarum scripta.
 Hi inquam inimici Christi, Euangelij & utriusq;
 operum, cum uident turbam admirari super ef-
 fectus potētis uerbi, qua restituerat Christus ob-
 sessum dæmonio, & audiunt Christum procla-
 mari à turba filium Davidis, teste Matthæo sta-
 tim cogitant, nisi in tempore prospexerimus no-
 bis, & Christum, Euāgelium & utriusq; effectus
 proscriberimus, actum erit de nostra doctrina.
 Siquidem præter hanc causam non est alia, qua
 moti fuere pharisæi, ut satanę opera Christi ad-
 scriberēt. Præterea male sibi conscię pharisæorū
 cōsciētis, certę sunt admissio Christo, admissio Eu-
 angelio & utriusq; effectibus seu operationibus
 cōcessis, una ruina statim corruere oēs traditio-
 nes & ritus à pharisæis excogitados. Item certi
 sunt, operum iustitiam, & illius iustitię effectus
 protinus euanescere, quibus igitur modis, ut me-
 deantur pharisęi, noctu diuq; cogitant, ut Chri-
 stum, Euangelium & utriusq; effectus proscribāt
 eradicent & rollant funditus. Christus enim gra-
 tuitum benefactorem se proclamitat & præstata
 Euangelium Christi gratuita beneficia decātat
 & utriusq; effectus tranquillat conscientias, ubi
 hæc gratuita Christi ac Euangelij beneficia fide
 apprehendunt.

Hac itaq; causa cōmouentur pharisæi, ut dicāt Christū, demonia in nomine Beelzebub eijcere, quo suam doctrinā de iustitia operum saluam retineant: deinde ut uulgus à Christo, Euangelio & utriusq; effectibus deterreant, tandem ut suos honores, æstimationem & gloriā tueantur atq; defendant. Alij uero nihilo probiores Pharisæis, signa quærūt externa, per quæ certificari uolunt de ueritate uerbi, non quidem ut credant, sed ut tentent prædicationes uerbi, ut si iustam aliquam accusandi & damnandi occasionem uenentur. Et ut hi Pharisæi & tētores adfecti sunt erga Christum, Euangelium & utriusq; effectus: ita totus mundus semper adfectus est. Iustitiarū uigilante doctrina operum naufragium patiatur. Tentantes Christum signis, uolūt aliunde certificari de ueritate Euangelij, quā ex proprijs Euangelij effectibus, qui sunt tranquillare conscientias, sedare & quietas reddere. Sic hodie Iustitiarū in mundo, potius animos funderent, quā ut gratuita in Christo iustitię cōscentirent aut cederēt. Alij signa externa quærunt, per quæ uolūt confirmari de nostra doctrina, nō contenti tam aperta uerbi prædicatione, non satiati tam multis interternis effectibus uerbi, quos hodie consolando & tranquillādo conscientias, uerbum operatur, neque acquiescētes signo mortis & resurrectionis Christi, ultra quod signū teste ipso Christo, Matthæi, xij. & post hodiernū Euangeliū in Lu. ca. xi. nō dabit aliud huic generatiōi prauæ & adulterę

Hinc Pharifæi iuftitiani & fapientes in mundo, Euangelium hodie ex gratia renatum, fatanicum Euangelium uocant, Lutheranicum & Saxonicum: effectus Euāgelij ridēt, gratuitā iuftitiam fubfannāt &c. Docet ergo fecundus hic locus, quomodo totus mundus adfectus fit erga Chriftū gratuitæ iuftitiæ autorē, erga Euāgelij gratuitæ iuftitiæ prædicationem, erga effectus utriusq; , gratuitā iuftitiam in conſcientijs cōfirmantes. Suntq; hi mūdi adfectus perpetui.

Ex eis.

Scilicet turbis, Matthæus dicit Pharifæos fuiſſe qui cū audiſſent admirationē turbæ ſuper Chriſtum, quem turba filium Dauid nō cauerat, dicebant: Hic non eiicit dēmonia, niſi in principe Beelzebub.

In principe Beelzebub.

Tria damnant Pharifæi ſua damnatione: Verbum, Spiritum ſanctum & opus Spiritus ſancti, quod Chriſtus operatur per uerbum. Hęc tria, quia à Pharifæis blaſphemia obruuntur, igitur attingetur Chriſtus porro ad defenſionē. Damnatio uero harum trium rerum procedit à poſteriori ſeu ab effectu ad prius, ſeu ad cauſas: Nā qui opus Chriſti damnat & adſcribit ſatanæ, ſimul damnat & uerbum & Spiritum ſanctum, qui eſt per uerbum efficax, & cuius præſidio operatur Chriſtus opus ſuum, ſicut ait Chriſtus Matt. xij. Quod ſi Spiritu dei ego eiicio dæmonia &c.

Nec simpliciter dicunt Pharisei in sarana, sed in Beelzebub principe demoniorum, per quem Hebræi potentissimum diabolum significant. Principis uocabulum uidetur gradus quosdam notare inter diabolos, ut quidam uocentur principes à maiori nocendi potestate, quam habent.

Et alij tentantes.

Hi mitius agunt cum Christo, quam Pharisei, non enim adscribunt sarang uerbum & effectus eius, sed ducti cōmuni omnium mortaliū infirmitate, qui non possunt simplici uerbo contenti esse, igitur signa querunt, per quæ cupiunt certificari de ueritate uerbi & eius effectibus.

Est uero signum quærere præter dei uerbum, nec esse simplici uerbo contentum, tentare deū, & uelle aliunde duci ad cognitionem uoluntatis dei, quam per illud medium, quod huc deus ordinauit, & hoc uerbum est.

Ipse autem ut uidit cogitationes eorum.

Scilicet, quod uicti in conscientijs ueritate, ramentum damnarent opus dei, & adscriberent sarana. Argumentum diuinitatis est in Christo, qui cognoscit cogitationes hominum.

Omne regnū contra seipsum diuisum. EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus consolatur & erigit nos erga adfectus & iudicia iustitiariorum & sapientum mūdi, de Christo, Euangelio & utriusq; effectio

bus seu operibus, quæ omnia etsi damnet mundus, reijcit atq; adscribit satanæ, tamen ex argumentis Christi certi sumus, quod neq; Christus neq; Euangelium, neq; utriusq; opera quicquam commune habent cum satana, imò Christū, Euangelium & horum opera, ex opposito pugnare cum satana.

Præterea quod Christus, Euangelium & horū opera pellūt satanam nō per satanā, sed per uerbum & Spiritum sanctū, quæ duo media sunt per quæ eijcitur satan, tandem nos certi sumus ex argumentis Christi, Christū nō solū nō eijcere satanam per satanam, uerum esse ipso satana superiore & fortiore, & quia superior & fortior est, igitur eijcere Christum satanam.

Secundo monet nos hic locus tertius, ut opponamus nos exemplo Christi, blasphematoribus Christi, Euangelij & horum operum. Item quo tempore, tum uidelicet, quādo blasphematur Christus, Euangelium & horum opera.

Tertio docet hic præsens locus exēplo Christi, ne admodū solliciti simus de nostra persona, quando ea obruitur conuictijs ab aduersarijs ueritatis, sed persona nostra relicta, blasphemix & ueritate abigendæ sunt. Quarto monet hic locus tertius, quomodo blasphematoribus Christi Euangelij & horū operū occurredū sit, & quibus argumēris, & quæ psonæ & res potissimum defendendæ, nimirum Christus, Spiritus sanctus, uerbum & opera horum.

De his ergo rebus tertio huic loco inclusis, porro uidebimus.

Sequuntur argumenta contra blasphematores uerbi eiusq; effectuum,

Omne regnum contra seipsum diuisum &c.
Primum argumentum defensionis Christi hic incipit, cuius summa est, ut probet se dæmonia non eijcere in nomine Beelzebub. Est aut sumptum primum hoc argumētum ex personarum natura inter se cōtrarijs. Pertinet huc locus Ge. iij. Vbi naturalis inimicitia inter Christum & satanam his uerbis exprimitur: Inimicitias ponā inter te & mulierem, & inter semen tuum & semē illius &c. Dialectici huiusmodi argumenta uocant ex relatiue oppositis. Syllogismus est in Darij, ad nudam formam sic positus.

DA Omne regnū cōtra se diuisum desolabitur,

RI Si satan satanam eijcit, cōtra se diuisus est,

I Ergo satanæ regnum desolabitur:

Domus supra domum cadet: Hęc uerba expositionis gratia accedunt, quibus explicat Christus per explicationem uerbum desolabitur.

Quia dicitis in Beelzebub.

Aetiologia minoris per applicationem ad suam personam,

De usu huius primi argumenti.

Vsus primi argumenti hic esse apud nos potest: Primum ut sciamus Christum nihil cōmune habere cum satana, imō Christum & satanā

inter se natura dissentire: Deinde ubi nos audimus Euangelium & horū opera adfici blasphemij & dehonestari Christum ut operatore per satanam, Euangelium ut satanæ doctrinam, & Christi ac Euangelij opera, ut effectus satanæ, q̄tū simili argumēto utamur, pbantes. Euangelium, & horū opa neq; cū satana neq; p satanā fieri.

St autem ego eijcio.

Secundum argumentum Christi, quo adhuc probat se dæmonia nō eijcere in Beelzebub, ductum est à pari. Nam Christus hic natus Iudæus confertur cum Iudæorum filijs, quos certo stantuebant Iudæi dæmonia eijcere per uerbum & Spiritum sanctum, quare à pari argumentatur Christus: Ergo & ego eijcio dæmonia per uerbum & Spiritum sanctum. Ratio est, q̄a & ego Iudæus sum & ex filijs uestris. Argumentū Christi hoc secundū inclusum habet media, per quæ pellit Christus dæmonia, ea autem sunt, uerbum & Spiritus sanctus.

Argumentū enthymema est ad hāc formam: filij uestri, uobis sic certo credentibus, eijciunt dæmonia per uerbū & Spiritum sanctum, Ergo & ego eijcio dæmonia per uerbum & Spiritum sanctum. Syllogismus fit in D A R I I.

D A Filij Iudæorum eijciunt dæmonia uerbo & spiritu Dei.

R I Ego Christus sum filius ex Iudæis:

I Ergo ego Christus eijcio dæmonia uerbo & spiritu Dei.

Maior aperta est ex confessione Iudæorum
qui non aliter credebāt, quā filios suos eijcere
dæmonia uerbo & spiritu dei: Minor nihil am-
bigui habet. Est em̄ Christus secundum carnem
filius Dauid ex Iudaico populo.

Si autem ego,

Sicut uos dicitis.

Filij uestri.

Interrogat Christus pharisæos, ut p̄pria con-
fessione eos uincat. Dilemma est interrogatio,
nam utrum respondent capti sunt.

Ideo ipsi iudices uestri erunt.

Quod iniuste adscribitis opera mea satanz,
quæ ad uerbum & Spiritum sanctum pertinet.

Quod si spiritu dei.

Neglecto medio, per quod dicebāt Pharisei
Christum eijcere dæmonia, uerum mediū Chri-
stus opponit, p̄ quod eijcit dæmonia. Hoc autem
medium est digitus dei, hoc est, uerbum & Spi-
ritus sanctus: Spiritus sancti em̄ p̄sidio & uerbo
opera ut Christus oīa. Intelligi p̄ digitū dei uer-
bum & Spiritum sanctum, ex Matheo discimus,
qui pro digito dei habet, spiritum dei, & ca. viij.
scribit Christum eijcere dæmonia uerbo, Siqui
dem ait: Et eiecit spiritus uerbo & c. Est autē lo-
cus hic Enthymema, quod obiter a cōtrarijs me-
dijs inserit Christus, accepta occasione è medio,
per quod filij Iudæorum, & simul Christus eijci-
unt dæmonia. Enthymema sic habet:

Ego eicio dæmonia digito deis
Ergo regnum dei ad uos peruenit.

Syllogismo apertius fit Enthymema.

Vbi spiritu dei per Christum eiciuntur dæmonia, ibi regnum dei est.

Apud uos Iudæos eiciuntur dæmonia per Christum digito dei:

Ergo apud uos Iudæos regnum dei est.

Per digitū dei intellige Spiritū sanctum & uerbum. Per regnū dei p̄dicationem synceri uerbi.

De usu secundi argumenti.

Vsus secundi argumenti apud nos esse potest, ut consolemur nos inde, qui habemus Christū & Spiritū sanctū & uerbū in satanam potentem.

Deinde ut simili argumento cōrundamus aduersarios ueritatis, qñ accusant Euangeliū & opera eius, ut satanæ doctrinā & effectus satanæ. Ad quos similiter respōdebimus. Ipsa scriptura atq; adeo omnes pij ac sancti iudicabūt aliquādo de uobis, q; temere atq; impie uocetis Euangeliū nostrū syncerū & purū uerbum, satanæ doctrinā. Item q; effectus Euangeliij opera satanæ dicitis, imò hodie oēs pij iudicāt uos & dānant, q; autē a pueris uestris opinionibus nō desistitis, in causa est, q; pertinaces estis, & quia timeris honoribus, commodis & glorijs uestris p̄tuitatis.

Cum fortis armatus.

Tertiū argumentū defensionis Christi, sumptū ab impossibili, p̄pter equalē inter diabolos po-

tentiã, q̄ pbat Christus satanã à satana eijci non posse. Sũt em̄ dẽmones inter se eque potẽres. Ergo ostẽdere uult Christus hoc argumẽto se maiorem & fortiorẽ esse satana, & ideo se satanam eijcere, Argumentum ad formam sic habet:

Aeque fortes non ualẽt se eijcere aut uincere.
Diaboli sunt æque fortes:

Ergo diaboli nõ ualent se eijcere aut uincere.

Alius syllogismus ex oppositis relatiue.

Qui eijcit diabolum fortem, fortior est illo,
qui eijcitur.

Christus eijcit diabolum fortem:

Ergo Christus fortior est illo, q̄ eijcit diabolum.

Vocabulo fortis exprimitur potentia satanę.
Atrium regnum satanę. Fortior est Christus.

Arma sunt stabiliamenta, quibus seruetur &
defenditur potentia & regnum satanę.

Custodire uerbum notat diligentiam & curam satanę, in regno suo custodiendo. In pace sunt, id est, tranquilla & segura, qualia tempora fuerunt sub Papatu, cum fortis ille armatus custodiret in summa pace atrium suum. Possidere proprietatis & dominiũ uerbum est.

Neḡ ordo hic negligendus est, quo uicitur Christus in uincẽdo satana. Primum superuenit satanam ex inopinato, dum nihil minus cogitat satan: Deinde uincit: tertio aufert arma, in q̄bus confisus est satan: quarto distribuit spolia.

De usu tertij argumenti.

Tertium argumentum nobis in hoc prodest.

potest. Primū ut inde solemur nos, quod Christum habemus fortiorem satana. Deinde ut ex ordine uictorie Christi cōtra satanam discamus, & nos modum uincendi satanam. Primum em̄ oportet nos obuiā uenire satanę fortiore Christo, deinde uincendus est per Christum & fidem in Christum: tertio arma satanę auferēda & tollenda, qualia sunt: cuculli, impię imagines aut ad impietatem auocantes, & similia, quę seruiunt satanę ad regnum suum stabiliendum: quarto distribuenda sūt satanę spolia, hoc est, satanę impietas cōculcanda est & deserenda solis impijs. Huius uictorie contra satanā ordinem qui sunt transgressi, nunquam feliciter id illis cessit, nec de iunt exempla in Germania, q̄ testantur, quam male illi egerint, qui prius arma satanę tulerunt, anteq̄ firma p̄dicatione uerbi & parata fide satanam uincerent. Monet ergo hic ordo uictorie Christi contra satanam, tum primū feliciter procedere uerbū, & satanam expugnari, quando prius longa aliqua uerbi p̄dicatione probe instituuntur, & fides in Christum firma ponitur postea etiā uel sua sponte corruunt satanę arma.

**Kappen/platten/altar/vnd gözen/
Qui non est mecum, est contra me.**

Epiphonemate ex contrarijs collecto, concludit Christus suam defensionem, ostendens ex oppositis officiorum, quod nihil commune habeat cū satana. Nam officia Christi & satanę

sunt cōtraria: item personę à se inuicem diuersę,
 quę quia diuersę sunt, altera alterius interitum
 querit, non aliter atq; hostis hostem insequitur.
 Testa est hic causa, quur Christus eijciat satanā:
 nempe, q̄a hoc de eius officio est: scilicet diripere
 satanę arma, insectari eum, congregare, quę dis-
 sipauit satan &c. Argumentum huius loci est ex
 oppositione officiorum ad hanc formam:

Qui non congregat mecum conscientias, di-
 spergit:

satan non congregat mecum conscientias:

Ergo satan dissipat eas.

Item.

Qui non est in regno meo, extra regnum me-
 um est.

Satan non est in regno meo:

Ergo satan extra meum regnum est.

Discernit Christus regnū suū à satanę regno.
 Mecum esse, est in uno eodemq; regno cū Chri-
 sto esse, regnare cum Christo ad eundem finem,
 idēq; per uerbum.

A contrario collige quid sit, cōtra Christum esse.

Et qui non congregat mecum.

Et doctrina & effectib⁹. Doctrina & effectus
 illius, media sunt, p̄ quę congregantur cōscientis,
 in regno Christi. Doctrinā uocamus purū uer-
 bum. Effectus uerbi, trāquillare, pacificare & q̄e-
 ras reddere cōscientias. Satanę media sunt, p̄ quę
 dissipat conscientias: Verbum adulteratum &
 uerbi adulterati effectus, quales esse possunt, di-

turbare, dissipare & inquietas reddere conscientias. Et hi effectus sunt regni satanæ.

Cum immundus spiritus.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus mentionem facit pœnæ, quæ manebit eos, qui uicti in conscientijs ipsa ueritate, tamen blasphemant & deserunt Christum, Euāgelium & effectus utriusq; tribuētes eos satanæ. Est autem pœna hæc, ut tales postea proquant in externam cæcitatem, e qua reuerti non possunt. Sic enim fiunt postea nouissima hominis illius peiora prioribus.

Incurit uero timorem nobis quartus hic locus, ne uicto satana per fidem in Christum, aut superbiamus, aut cognita Christi beneficia fastidiamus, ad uomitum redeūtes. Nam cum uictus est satan per cognitionem Euangelij, & fidem in Christum, tum primum incipit nobis insidiari fortiter satan. Ante uerbi cognitionem, & uictoriam per fidem in Christum cōtra satanam, quia in pace sunt omnia, quæ possidet, silet satan: uictus uero, ab istadem & sumptis adhuc septem alijs spiritib⁹ nequioribus se, redit ad pristinū dominū. Hortatur idcirco quartus hic locus, p̄ter id, quod p̄ponit pœnā cæcitatē, qua afficiūtur illi, qui contra conscientiam dānant Christum, Euāgelium & horū effectus, ad timorem & uigilantiā, post cognitū Euāgelium & post uictū p̄ fidē satanā. Verū & hic fit dictum: Non minor cura est acquirere bona, quā acquisita retinere.

Immundum spiritum uocat ab effectu, quia
immūdos facit, ipse tamen natura immundus.

Exierit.

Per potentiam uerbi & fidem in Christum.

Ab homine.

Mancipio satanz.

Perambulatur.

Studij uerbum, cuius etiam meminit Petrus,
epistola cap. v.

Arida loca.

Verbi & fidei cupida & scientia iustitiam &
quæ propter uerbi cognitionem & fidei præsen-
tiam occupare nō potest. Nō loquitur hic Chri-
stus de impiorum cordibus aridis à gratia dei &
cognitione uerbi, in quibus facile inuenit requi-
em satan.

Reuertar in domum meam

Obserua periculum quod imminet pijs con-
uersis & in cognitiōe Euāgelij ac in fide stātibz

Domum suam uocat satan, forassis sub ea spe,
ut reoccupet ad tempus dimissam,

Scopis mundatam

Verbo dei purgatam & ornatam fide.

Et tunc uadit & assumit se

ptem nequiores se.

His potentia, astutia & insidia satanz noran-
tur, quibus studet reoccupare homines nunc
conuersos.

Et ingressi.

Propter securitatē & negligentiam nostram, qua amittimus fidem, qua absente, non possumus resistere satanæ. Inuitamur ad timorem & uigilantiam ne satan nos securos & dormientes rursus occupet.

Et fiunt nouissima hominis illius.

Hæc pœna est, qua puniuntur redeuntēs ad uomitum contra cōscientiam damnantes, & tribuentes illud unā cum illius effectibus satanæ, deserentes uerbum & desertum blasphemātes. Talibus enim auditum, cognitum, creditum & receptum uerbum ad tempus, & postea rursus damnatum atque neglectum, talibus inquam occasio est maioris iudicij & cæcitatē: imò testimoniū perpetuo damnantis & restantis de contempo & neglecto uerbo: per nouissima intellige maius iudicium & cæcitatē maiorem.

Factum est autem cum hæc diceret.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus continet exemplū carnalis adfectus in Muliercula, quæ ex bona opinione atque intentione, sed tamen prorsus sapiente carnem prærogatiuam carnis facit, & credit matrem Christi ideo esse sanctiorem & proximiorē Deo, quia portauit Christum & suis uberibus suxit. Cui respondet Christus, & mansuete illam corrigit, docens in carne nullam esse prærogatiuā, & opera neminē commendare Deo.

quasi propter illa ex opere operato ei proxima
 or sit: uerum illos esse beatos & proximos Deo
 qui uerbum Dei audiunt & custodiunt illud, hoc
 est, corde credunt & retinent. Similis plane lo-
 cus est Matthæi. xij. de illis, qui hærebant in per-
 sonis Christo sanguine iunctis, quibus similiter
 responderet ferè Christus. Quisquis fecerit uolun-
 tatem patris mei, q̄ est in cælis, ipse est meus fra-
 ter, & soror & mater.

IN EVANGELIUM
 IOANNIS .VI. DOMI
 nica Lætare.

IOANNES Euāgelista è quo hodiernū
 Euangelium transcriptum est, raro admo-
 dum exempla seu miracula subiicit, in qui-
 bus Christus ostendit suum officium in re-
 staurandis infirmitatibus corporis: magis ue-
 ro occupatus est in potentia Christi ac uerbi de-
 scribenda. Nam cum reliq̄ Euangelistæ satis co-
 piose & accurate tractassent miracula Christi, uir-
 tute uerbi ædita, nec essent, q̄ miraculorum no-
 mine cum Euangelistis concertarent, imò pro-
 barent ab omnibus, ipse accepta occasione à qui-
 busdam hæreticis, uouissimus omnium Euange-
 lium scribere cœpit, in hoc, ut quorundam bla-
 spheuijs occurreret, qui Christi diuinitatem &
 uerbi potentiam calumniose impugnarent.

Quare ergo oportet insigne sit hodierni Eu-
 angelij miraculum, quod nūc ex Ioanne pro hæc

concionem exponendum suscepimus: & uel ideo, quia præter morē Ioannis, adeoq; præter coherentis perpetuitatem accessit. Porro si sequentia consuluerimus, uidebimus Ioannē præsens miraculum cōmodissime & quasi de industria adiecisse. Vult enim per totum sequens caput docere, quæ sit potētia Christi ac uerbi: nimirum ut is, qui credit uerbo & fidat illi, perire fama nequeat, etiam ibi, ubi nulla est occasio uictus, quæ summa generali in huius Euāgelij miraculo obseruata, nihil difficultatis suberit amplius, quod lectorem seu auditorē turbare possit. Et quæ compositus insignes loci hic proponuntur, festinabimus igitur ad summarios locos iuxta coherentiam textus subiiciendos.

Summarij loci.

1 Primū exemplo turbæ quarēdum est regnū Dei & iustitia eius, uerbū audiendū & sequendū, deinde sua sponte comitabitur nos uictus, etiam cum non admodum pro uictu rogamus, curāte pro nobis Christo, qui cum animæ curam agit corporis nunquam obliuiscitur.

2 Pij exemplo Philippi, tentantur absentia occasionis parandi uictum, ut exploretur fides illorum & à consideratione occasionis ducantur ad potentiam uerbi, quod nutrire potest etiam ubi nulla est occasio uictus.

3 Ratio non potest credere seruari nos posse & nutriti à Deo dempta occasione, Exemplum est Philippus.

4 Ratio etſi uidet aliquam uictus occaſionē,
& quia non uidet ſatis amplam ad ſatiſfaciendū
eis, qui illa occaſione nutriri debent, tamen de-
ſperat. Exemplum eſt Andreas.

5 Chriſtus re proſus ē iudicio rationis deſpe-
rara, tum primum inuat, nutrit & fouet, ut potē-
tiam uerbi oſtendat, quod inuare poteſt & nu-
trire, etiam ubi nulla adeſt occaſio uictus, uel ſi
quæ parua adeſt, eam magnam efficit.

6 Ea quæ dantur nobis in uictum, potētia uer-
bi, & ex benedictione domini conſeruāda ſunt,
non prodigaliter conſumenda.

7 Uſus ſignorum ſeu miraculorum eſt, ut per
ea alliciamur ad credendum uerbo, & de uerita-
te uerbi confirmemur,

8 Prædicatores Euangelij exēplo Chriſti, non
debent ſe ingerere ciuilibus officijs, cum uulgus
applaudit Euangelio, quia feliciter ſuccedit in re-
bus carnalibus, & quia uidetur libertatem quan-
dam inducere.

Post hæc abiit.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Vera ſit in primo hoc loco promiſſio Chri-
ſti, Matth. vi. cap. Quin potius quærite primum
regnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia ad-
hærent uobis. Id quod circa primum hunc lo-
cum facit turba, & ſequitur Chriſtum, quare &
poſtea uictum in copia accipit. Verum ut Chri-
ſtus Matth. cap. vi, non loquitur impijs, aut qui

extra regnum Christi agunt, ita impij atq; adeo
 sic totus mundus, in hac promissione de causis
 uictus, arguit Christum mēdaciū, ridet & dānat.
 Nam mundus longe alias causas uictus somniat
 quā eas, quas apud Mattheum proponit Chri-
 stus, & hic turba suo euentu confirmat. Christus
 inquit: Primum quærite regnum dei & iustitiam
 eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Mundus
 contrarium præcipit, & ait: Primum estote solli-
 citi de occasionibus uictus, laborate, estote sedu-
 li, colligite thesauros, & postea satis uictus habe-
 bitis &c. Vnde & Poeta oblique notans mundi
 in hac re adfectus, scribit: O ciues ciues, quæren-
 da pecunia primum est, Virtus post nummos &
 hæc lanus summus ab imo, Perdocet: hæc reci-
 nunt iuuenes dictata senesq;. Quod mundi iu-
 dicium de causis uictus, ut corrigeret Christus,
 Matthæi. vi. insignem cōcionem instituit de cau-
 sis uictus, docens uictum ex prouidentia dei no-
 bis contingere, nō ex nostris curis, laboribus &
 studijs, modo primū quæramus regnum dei &
 iustitiam eius, quas causas uictus, ut est locus
 Christus tantū ad suos, ita soli, Christi sectatores
 statuent regnū dei & iustitiā illius, esse causas ui-
 ctus, mūdus interim suis curis, præsentibus occa-
 sionibus & laboribus inuigilabit, & pro causis
 uictus proclamabit. Quo aut confirmet se p̄i de
 his causis uictus, de qbus loquitur Christus, su-
 met in manus exemplū p̄sentis turbæ, quæ sequē-
 batur Christū, sicut Ioannes habet tantum pro-

pter miracula seu signa, quæ faciebat Christus.
Et quia Christus horum tantam curam agit, qui
solum propter signa eius sequuntur: quantâ ma-
iorem curam ager pro illis, qui desiderio audien-
di uerbum comirabuntur illum?

Quatuor autem insignia dogmata relinquit
nobis primus hic locus. Cõfirmat causas uictus,
quæ sunt regnum dei, primum quærere & iusti-
tiam eius. Deinde docet eos fame perire nõ pos-
se, qui primum regnum dei & iustitiam eius quæ-
runt. Tertio confirmat nos hic locus cõtra Epi-
curæos, qui negant deum curare homines, aut
res mortales. Quarto cõmendat nobis charita-
tem Christi erga nos, & curam, nec simplicem
aut frigidam, sed talem, ut ex uehemẽti quodam
commiserationis adfectu, subleuet oculos, sub-
indicans magnitudinem curæ suæ pro turba.

Post hæc

Cum absoluisset disputationem suam de poten-
tia uerbi & de officio suo, quod ipse esset mis-
sus à patre, ut unâ cum patre operaretur, susten-
tando & uiuificando. Textus ferè primi huius lo-
ci spectat ad cõfirmandâ certitudinẽ historię.

Quod est Tiberiadis

Ab urbe Tiberias sic dictum, quam allabi-
tur, communi nomine, more Galilææ uocatur.

Et sequebatur eum turba,

Auditores Christi nota & sectatores in turba

Quia uidebant signa.

Aetiologia sequelæ explicans mores uulgi & causas, propter quas potissimum sequatur Christum, uel propter priuata cōmoda, uel propter alias res. Non tamen est dubium, quin in tanta multitudine quidam fuerint, qui studio audiendi uerbum Christum sunt secuti.

Subiit autem in mentem.

Vel pro more, uel ut omnibus ad eum accessus pareret.

Erat autem proximum pascha.

Circūstantia temporis confirmat historiam.

Cum subleuasset oculos.

Fortassis ex cōmiserationis adfectu, sicut & alia similia in Euangelistis miracula habent.

Dicit ad Philippum.**EXPLICATIO SECUNDI LOCI.**

¶ Secundus locus agit de tētatione, qua Christus aggressus est Philippum. Est uero hæc tentatio ex occasione uictus, & propter multas causas grauissima. Nam ubi occasio uictus deest, ibi desperat ratio, & statuit fame moriendum esse. Huius tentationis grauitatem ex occasione uictus commendat factum satanæ, Matt. iij. Vbi satan non dubitat Christum hac tentatione ex occasione uictus adoriri. Hac tentatione mirifice & saepe exercuit satan filios Israel in deserto; ut Exod xv. Nume. xxi. & in alijs locis, ubi Israel nunc de potu, nunc de cibo murmurat.

Nec scio an hac tentatione alia frequentior sit in mundo, qua subinde agitantur pii à satana, et sæpe expugnantur. Nam ut naturæ uicium est, in iro studio æstare pro uictu & cura uentris, ita facillimum est studio uictus & cura uentris labi, ut dubitare de promissionibus dei incipiamus, quibus promisit se nostrum fore deum, qui tueretur nos & defendat ab omnibus periculis, si mulq; suppeditet omnia ad animū & corpus sustentandum necessaria. Sed magnum discrimen est circa hanc ex occasione uictus tentationem, quando deus tentat, & quando satan. Deus tentat, ut exploret fidem piorum, & eā reddat constantem ac firmam in pijs. Deinde ut ex tentatione liberati, agnoscant potentiam dei & uerbi, per quod liberat deus è tentatione. Et pertinet huc locus Iaco. cap. i. Nam deus ut malis tentari non potest, ita nec ipse, quanquã tentat, scilicet ad mala.

Sic Christus hic tentat Philippum, ut fidem eius exploret, & ut postea agnoscat Philippus, quæ sit potentia eius & uerbi uirtus, quod iuuare & nutrire potest, ubi nulla est neq; iuuandi neq; nutriendi occasio. At satan sic non tentat, uerum ut pios à fiducia ad diffidentiam abducat, & faciat eos dubitare de promissionibus dei, quibus credentibus uictum & alia præsidia promisit deus. Sicut uidere licet in tentatione Christi, Matth. iij. cuius finis est, ut satan abducat Christum à fiducia uerbi, & deserat promissiones dei

de uictu. Deinde ut ipse Christus quærat sibi uictum, ipse sibi de uictu prospiciat, & relicto uerbo credat uictum esse, è suo labore & cura, non è promissione Dei. Ad hunc finem tentauit satan & Israel: Exo. xv. de aqua, Et Nu. xij. Exod. xvi de cibo. Ad hunc finem tentauit Moſen, Nu. 11. qui non credidit dominum poſſe ſexcenta millia & ultra ad menſam ſeruare cibo. Docet idcirco ſecundus hic locus, pios tentari quidem ſæpe à deo, ſubtractione occaſionis uictus, non alium ob finem, niſi ut deus illorum fidem probet, & ab occaſione ducat ad potentiã uerbi, quod nutrire poteſt, ubi nulla eſt uictus occaſio, exemplo huius turbæ in deſerto nutritæ, ut Mar. cap. vi. ſcribit. Item Iſraelis, quem Deus in deſerto ad multos annos manna nutritiuit.

Cum igitur à domino tentamur occaſione uictus, cogitare debemus id fieri propter probationem fidei noſtræ, & ut inde ad potētiam uerbi admirandam quaſi renouemur. Quando uero à ſatana tentamur occaſione uictus, id quod facile cognoſcere licet, quia ad diffidentiam tentat, & ut à fiducia in promiſſiones Dei abducatur, illi fide nos opponere debemus & reliquis illis armis ſpiritualibus, quæ cudit Apoſtolus ad Ephetios. vi. & Petrus. i. epiſt. ca. v.

Vnde ememus panem?

Quæſtio ſeu interrogatio eſt de occaſione uictus. Hæc quæſtio perpetuo obuertiatur ob ocularum rationis, quæ occaſionis obliuiſci nō poteſt.

Querit Christus de occasione uictus, ut confu-
dat rationis iudicium, quæ ad solas occasiones re-
spicit: Deinde ut moneat uerbo fidendum esse,
quod cum est potētia dei, nutrire potest, ubi nul-
la etiam est uictus occasio.

Tentans eum.

Ut probaret fidem Philippi, deinde & ab oc-
cassione abduceret eum ad potentiam uerbi nu-
trire potentis etiam in deserto. Verum Chri-
stus semper pro nobis curam habet, scit enim
quid facere uelit, & est semper ad nutriendum pa-
ratus, sed prius quàm nutrit, pponit nobis que-
stionem de occasione uictus, ut tenter nos, quo
iudicium rationis de occasione eliciat, & cōfun-
dat: postea ut probet fidē nostram: tertio ut ad
potentiam uerbi abducat nos.

Ipse enim sciebat,

Scilicet quod posset potentia uerbi nutrire po-
pulum etiam in deserto, & in deficiente occa-
sione.

Respondit ei Philippus

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius hic locus profert fructum tentatio-
nis Christi, qua Philippum adortus est de occasi-
one uictus. Hic sperauit Christus Philippum re-
sponsurum de potentia uerbi, quod nutrire pos-
set, etiam deficiente occasione, aut ad minus de-
cuisset Philippū de uerbi potentia respondisse.

Sed Philippus hæres ex iudicio rationis in præ-
 senti occasione relictis præcedentibus miraculis à
 Christo factis & significantibus potentiam uer-
 bi cum ratione respondet: Ducentorum denari-
 orum &c. Et ut hic Philippus respondit, sic nos
 omnes responderemus natura, in simili tentati-
 one de uictus occasione constituti, nec aliter es-
 semus erga Christi quæstionem adfecti, etiam
 discipuli Christi. Deuisset ergo nunc Philippus
 dixisse: Domine etsi non adest occasio uictus, ta-
 men tu potens es dare turbæ panē potentia uer-
 bi. Et sic dixisset fides uera. Cæterum unde hoc
 responsum Philippi oriatur, nunc uidēdum est.
 Oritur sane ex ratione, quæ credere non potest,
 deum seruare nos posse sine præsepte occasio-
 ne, neq; potest se committere simplici uerbo, ut
 potentie & uirtuti diuinæ, cui nihil est impossi-
 bile. Vnde ratiois sentētiæ: **Man kan nicht
 kochen da kein fuer ist. Wann kann
 nicht backen da kein meel ist &c.**

Tria itaq; monet hic tertius locus.

Primum quod facillimum sit hæsicare de po-
 tentia uerbi & promissionibus dei ubi deest oc-
 casio præsens: nec solum circa uictū, sed circa o-
 mnes res alias, quæ occasiones præsentis non ha-
 bent. Secūdo q; ne auditores & discipuli Christi,
 quæ nūc aliquā diu apud Christū uersati sunt, & au-
 dierūt ac uiderūt uerbū & miracula ei⁹ subsistere
 q̄ant in rērationib⁹, ubi p̄sentes desunt occasiōes

Tertio rationem optimam aliàs in homine donum Dei, nō permittere hominī, ut in occasione absentia committat se simplici uerbo, aut credat simplex uerbum esse potentiam Dei. Est ergo in Philippo istarum nunc rerum exemplum. Peccatum infidelitatis est infirmitas Philippi contra primum præceptum.

Ducentorum.

Responsum Philippi in fine continet responsionis omnium hominum cum tēratione ex occasione uictus Iudentium. Rationis iudiciū, in Philippo suo in sensu acceptū uerum est. At falsum est respectu potentiae uerbi, quod potest nutrire ubi etiam uictus occasio nulla est.

Non sufficiunt eis.

Ratio non tam occasione absentia, quā multitudine eorum, qui ali debent, deterretur à fide. Probatum rationis hoc iudicium in mundo, ubi extra uerbi cognitionem uiuitur.

Dicit ei nūc è discipulis.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus idem rationis iudiciū & in Andrea proponit, quo prius laborauit Philippus, nisi quod in Andrea ratio aliquā uictus occasionem uidet, & quia non satis illa ampla est ad satisfaciendum eis, qui inde nutrirī debent, similiter hæsitare facit & Andream qui exilitare occasionis & multitudine turbæ offenditur, &

argumentatur ex consilio rationis: Multis multa opus sunt. Ergo parua & exilis occasio non sufficit. Decuisset uero Andream, ut auditorem uerbi & discipulum Christi, respexisse ad potentiam uerbi, quod & sine occasione potest nutrire, & ex parua magnam facere: imò uno pane ex benedictione satiare multos, Est id circo Andreas omnium illorū typus, qui ridet aliquam occasionem uictus, aut diuini præsidij in periculo, sed quia exilitatem occasionis perpendunt item multitudinem eorum, qui parua ex hac occasione & exili præsidio seruari debent, hæsitare incipiunt & despondere animum.

Cæterum ut nunc adfectus fuit Andreas, ita & nos in simili causa adfecti sumus, ut relicta fiducia in promissiones Dei & neglecto uerbo, uertamus oculos ad exilitatem occasionis & ad multitudinem eorum, qui ex parua occasione seruari debent.

Monet igitur primum hic quartus locus, rationē aut homines rationi initentes, non esse contentos parua occasione idque natura.

Deinde consolatur nos hic locus, quod si discipuli & auditores Christi ita non statim perfecti fuerint in negocijs ad ueram pietatem spectantibus, non esse mirum & si nos infirmi simus, nec ita statim perfecti. A contrario docet, ut relicta exilitate occasionis & multitudine eorum, qui ex occasione exili sustentari debent, uertamus oculos ad potentiam uerbi, quod seruare potest

ubi occasio nulla est, & ubi est parua, illam posse magnam facere, nec impediri uerbum multitudi-
dine hominum.

Est puer unus hic, qui habet
quinque panes &c.

Adest parua & exilis quædam occasio uictus.

Sed hæc quid sunt inter tot?

Desperatio ex multitudine eorum, q. ex parua occasione sustentandi sunt.

Dixit ergo Iesus,

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Quintus locus notat circumstantiam temporis, quo solet iuuare & nutrire Christus: uidelicet tum, quando ratio desperat & in extremis uersatur propter occasionis aut absentiam aut exilitatem aut propter multitudinem eorum, qui nutrirī atque seruari debent, tum inquam accedit Christus ex nulla occasione, uel per exigua reddit totam multitudinem saturam. Saturatur autem multitudo turbæ, quia Christus iubet eam per discipulos discumbere, & quia accipit panes in manus, agit gratias & distribuit, ut scias parua occasionem per se quidem non sufficere: sufficere uero ex benedictione domini. Et quia Christus parua occasionem non negligit, id significat occasiones quantumuis paruas, non esse negligendas, quas si quis negligeret, is tentaret Deum & cogereur fame perire. Nam Deus occa-

siones mittit, ut certa media, per quæ edere nos uult.

In summa autem docemur in hoc loco, siue adsit occasio uictus, siue non adsit, tamen nos seruari posse potentia uerbi. Monet & occasio parua uictum non esse è nostris laboribus, aut presentibus ex occasionibus, quas nos habemus, sed è benedictione domini.

Facite homines discumbere.

Charitatis & curæ exemplum in Christo pro nobis,

Quinque millia.

Spectat hæc circumstãtia personarũ manducantiũ ad exaggerationẽ potentie uerbi seu benedictionis per uerbum copiosæ.

Acceptit ergo Iesus panes:

& cum gratias egisset.

Occasionem quanq̃ paruam, tamen non negligit Christus. Quia Christus gratias agit, relinquit nobis exemplum, ut pro beneficijs Dei gratissimus, & pro benedictione occasiois paruæ. Reliqui Euangelistæ habeat, quod Christus benedixerit panibus & piscibus, ut scias tum parua ex occasione magnum fieri uictum, quando Christus benedicit occasioi paruæ, non quia nos occasione m paruã habemus. Est uero benedicere diuina potentia adaugere & secundare, Item qa Christus iubet turbã discumbere p discipulos accipit panes in manus, benedicit & distri-

buit discumbētibz, ideo augetur uictus, & ideo saturatur turba.

Impleri seu saturari effectus est potentiz uerbi, seu benedictionis per uerbum. Allegoria huius loci pertinet ad ministerium uerbi, quod primum paruum occasionē habet: Inde fortunante Christo felicem successum acquirit. Integram explicationem allegoriz inuenies in Matthæi nostri, i Scholijs cap. xiiij.

Colligite quæ superfuerunt.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Monemur hoc sexto loco, ne bona, quæ ex benedictione domini suscepimus prodigaliter, insumamus, aut per nimiū luxū perire sinamus, sed ut ea colligamus & conseruemus. Pertinet uero hæc cōseruatio ad gratiarū actiones, & est signum grati animi erga beneficia à deo accepta. Præterea & in hoc creauit deus omnes creaturas, ut illas cum gratiarum actione sumamus. Priore ad Timoth. iij.

Colligite.

Quia Christus iubet colligere, fragmēta, hortatur ad gratiarum actiones & dehortatur à prodigalitate & luxu.

Ne pereant.

Nam perditio signum est ingrati animi, & spectat ad abusum creaturarū dei, ppter quem ingemiscunt omnes creaturæ expectantes liberationem, ad Roma. viij.

Duodecim cophinos.

Exaggerant hæc unâ cum sequentibus potentiam uerbi & benedicti ði Christi per uerbum. Nota & ex his fragmentis, deum non ieiune benedicere, sed copiose.

Illi ergo homines.

EXPLICATIO SEPTIMI LOCI.

¶ Septimus locus tradit finalem usum omnium signorum seu miraculorum, qui in hoc potissimum consistit, ut alliciantur homines per signa & miracula ad credendum uerbo, & ut de ueritate uerbi confirmentur. Quare expedito hoc miraculo incipit turba uere agnoscere Christum esse illum prophetam, qui debebat uenire in mundum.

Commendatur hic & potentia miraculorum seu signorum, quæ potentia uerbi perficiuntur.

Iesus ergo cum cognouisset.

EXPLICATIO OCTAUI LOCI.

¶ Apparet turbam illa sententia: Hic est uere ille propheta &c. carnaliter uoluisse Christo referre gratias, & ex carnalibus adfectibus eum commendasse, quia tanta beneficia carnalia uidebant sibi contingere, uidebatur & Christus alere posse sine labore &c. Quæ omnia turbæ & ignobili uulgo grauissima fuerunt, quare & uulgus applaudit Euangelio, admiratur illud & magnificat, ut doctrinam multis commoditatibus

refertam. Qui quidem carnales vulgi adfectus, ne hodie obscuro sunt ex nostris, qui propter carnales quasdam utilitates receperunt Euangelium. Sed quid hic faciendum sit, cum ex carnalibus desiderijs vulgus recipit & commendat Euangelium, exemplum Christi docet, qui non captat auram popularē, neq; approbat fauorem turbæ, neq; etiam patitur se ingeri in alienā uocationem personæ Christi non convenientem, sed cum agnoscit uenturum vulgus, ut eum in regem eligat, fugit.

Ostendit ergo hic locus octauus, regnū Christi non esse de hoc mundo, sed esse regnū crucis. Deinde monet, ne prædicatores Euangelij aut captent auram popularem, aut fauorem vulgi approbent ex carnalibus adfectibus contractū. Tertio, quod vulgus non quarat gloriā dei commendatione Euāgelij, sed ut sub illius prætextu sequatur suas cupiditates.

IN EVANGELIUM
IOANNIS .VIII. DOMI
nica Iudica.

Instituerat Christus post absolutionē mulieris in adulterio comprehensæ, rursus cōmendare potētiam uerbi & effectū eius, & postquā ostendisset multis ac firmis argumentis se esse lucē mūdi, uitā & liberatorē uerum, qui uere in eum credentes liberaret, ceperunt Pharisei Christo exprobrare, qđ de seipso

loqueretur: igitur dicebant illius testimoniū de luce, uita & liberatore uero, falsum esse, & nullo modo acceptandum, imō se nō egere clamabant liberatore Christo, qui essent filij Abraham, & sic propter Abrahamū liberi. Quę omnia tendebant ad gloriationē carnis, quasi Iudæi ideo essent acceptiores deo, quia habuissent Abrahamum in carne patrem.

Hęc igitur uanam gloriationem & persuasionem in carne ut tollat Christus, tanquam inuitem & non sufficientem ad uerā liberationem occurrit illi Christus. Et in hunc modum respondet Iudæis se quidem scire, quod sint semē Abraham, sed secundum carnem, si autem essent ueri filij Abraham, hoc est, secundū promissionē, id quod est secundū fidē Abraham in promissionē de Christo, aliter forent dicturi & gloriaturi, hoc est, confessuri se opus habere liberatore Christo, Abraham & reliquis sanctis patribus, noīe liberationis, promisso, neq; foret occasiones undiquaq; capturi, ut Christū liberatōrē uerū interficerēt, quod quidem ut exequātur & præstent, ideo probat Christus contrariū uerū esse, scilicet ad eo non existere Iudæos filios Abraham, quod diabolij filij sint, quia huic ut patri obediūt, & ex patris sui diaboli de siderijs uiuunt, amātes mendacia, quorū caput & autor est diabolus. Hęc autē sequitur textus horum diuini Euāgelij quod auulsus est truncatim à precedentiibus, idq; iuxta morē fere oīum Euāgeliorum Dominicaliū. Placuit igitur textū ab his uerbis

ordiri: Vos ex patre diabolo estis &c.

Summarij loci.

- 1 Quia mundus ex patre diabolo est, & patris sui desideria uult sequi ac facere, ideo non credit mundus ueritati, ideo non amplectitur ueritatē. Causa uero non est in ueritate, neq; in Christo ueritatis prædicatore.
- 2 Filij dei sunt & ex deo, q; audiūt ueritatē uerbū dei. Reliqui q; nō audiūt, igitur ex deo nō sunt.
- 3 Filij diaboli & contemptores uerbi, personas prædicantes uerbum dehonestant, postea & uerbum & effectus uerbi adscribunt satanę.
- 4 Cum personæ prædicatores uerbi exemplo Christi dehonestantur, uerbum & effectus eius uendicantur satanę, non est tacendum, sed uerbum unā cum effectibus constanter defendendum & urgendum. Interim contemptus personarum nullirandus est.
- 5 Quanto magis docentur filij diaboli & contemptores uerbi, ipsa ueritate, tanto magis blasphemant & magis excæcantur.
- 6 In confessione & prædicatione uerbi exemplo Christi, nulla priuata gloria quærenda est.
- 7 Filij diaboli & contemptores uerbi, cum uident se suo contemptu & blasphemijs suis, parum aut nihil efficere, accinguntur tandē ad perdidendum prædicatores uerbi, ipso facto, quibus perditis, credunt & uerbum cessaturum.
- 8 Nō debemus nos temere præcipitare in crucem, exemplo Christi,

Vos ex patre diabolo estis

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Quoniam totum hoc caput octauum per
petua quadam & orationis & argumentorum
serie coheret, tamē propter textum hodierni Eu-
angelij cōmodius intelligendum, & propter cau-
sas percipiendas, quare impij non credunt Eu-
angelio, uisum est hic ordiri primum huius Eu-
angelij locum: Vos ex patre diabolo estis &c.

Est uero primus hic locus inter cætera confu-
tatio, qua confutat Christus adsertionem Iude-
orum, adserentium se esse filios Abrahamæ, cum ra-
men neq; animo, neq; natura, neq; fide referant
patrem Abrahamum. Et est probatio primus
hic locus, Iudæos non esse filios Abrahamæ, sed di-
aboli, qui eū & animo & natura & moribus pa-
trem referunt. Cohæret autem proprie primus
hic locus sic præcedētibus. Christus sic inquit an-
te hodierni Euangelij finem: Quare loquelā nō
cognoscitis? Quia non potestis audire sermonē
meum. Sequitur nunc alia causa: Vos ex patre
diabolo estis &c. q. d. Christus, quod uos non
cognoscitis loquelam meam, neq; audire pote-
stis sermonem meum, in causa est diabolus & re-
gni eius potentia.

Quatuor uero insignes loci circa primū hunc
locum meditandi ueniunt. Primum, quæ causa
sit, quor mundus Euangelium non recipiat, quia
ueritas est, quā diabolus & filij diaboli ipse mutt

diabolus ferre natura non potest: item quia diabolus & filij eius amant potius mendacia à natura, quam ueritatem: item quia mundus filij diaboli sunt, qui sequi uolunt desideria patris sui.

Secundo describitur in hoc primo loco ipse diabolus à naturalibus suis uicijs & doribus: scilicet Regnum Satanæ. Hanc descriptionem si contuleris cū Christi & regni sui descriptione, uidebis diabolum & Christum, regnum diaboli & Christi, nihil inter se conuenire: quare nec mirum est, etsi mundus non recipiat Christum & Euangelium, quia sequitur satanā & eum sequi uult. Pertinet huc locus Gen. iij. de inimicitia Christi & satanæ,

Tertio docemur hic de indicijs, ex quibus cognoscere licet filios diaboli, quia desideria illius sequuntur, facere uolūt, imitantur & exprimunt: odio persequuntur ueritatem, & diligunt mendacia.

Quarto monet hic primus locus, de translatiōe causæ, quare impius mundus non amplectatur uerbum, in ipsum mundum & patrē, quem sequitur. Nam Christus proclamator uerbi in causa non est, quia uerum uerbum prædicat, quia non præbeat ullam causam mundo non recipiendi uerbum. Est enim ab omnibus peccatis liber: sicut inquit: Quis ex uobis arguit me de peccato? Præterea nec uerbum in causa est, quia ueritas est, quam merito omnes suscipere deberemus.

Vos.

Qui gloriamini uos esse filios Abrahę, qui interim non cognoscitis meam loquelam: Itē qui non potestis audire sermonem meum,

Ex patre diabolo estis.

Qui ut est inimicus ueritatis, ita ferre non potest, ut credatis mihi aut ueritati. Nota diabolū esse patrem mundi, hoc est, qui impellit corda impiorum pro libidine ut propria mancipia.

Et desideria patris uestri uultis facere.

Scilicet à natura non aliud desiderantes, quā desiderat Satan. Hęc uero desideria Spiritus sanctus satis expressit Gene. iij. in his uerbis: Ponā inimicitias inter te & mulierem &c. Item Christus Mat. xij. Qui nō cōgregat mecum, dissipat &c.

Desideria ergo satanę uocabis, odisse Christū & Euangelium, insectari &c. Desideria inquit, ut nocet internam & naturalem maliciam & inimicitiam satanę.

Uultis facere.

Scilicet natura.

Ille homicida est.

Descriptio satanę & regni eius, atq; sic omnium eorū, qui sunt filij satanę, imò totius humani generis, quod nascitur mancipiū satanę, quod impellit diabolus ad omnis generis flagitia pro libidine. Sic nasci uocat Apostolus ad Ephesios ca. ij. nasci natura filiū irę &c. Et Propheta psal. l. appellat in peccatis concipi &c.

Homicida fuit.

Qui primum hominem in peccatis interfecit
& postea homicidium primum inter fratres su-
scitauit,

Homicidam intellige diabolum ab extremo
effectu ad præcedentes causas, quæ sunt odisse &
insectari Euangelium & hominem, diu noctu-
ty insidiari Euangelio & homini &c.

Ab initio.

Videlicet sui lapsus. Nam certum est diabolum
in malitia non esse creatum. Et hic legitur in ue-
ritate steterisse. Vide Augustinum super Genesim.

Et in ueritate non stetit.

Qui in ueritate creatus, sicut ceteri boni angeli.

Quia non est ueritas in eo.

Scilicet post lapsum. Veritas hic est, quicquid
adhuc est in sanctis angelis. Et opponitur ueri-
tas mendacio, in quo nunc stat satan.

Cum loquitur mendacium,

Quo deprauet ueritatem & syncerum uerbi
intellectum.

Ex proprijs loquitur.

Quod natura, proprie potest, & est illi naturale.

Quia mendax est.

A nature uicio ætiologia.

Et pater eius.

Qui in alijs generat mendacium, errorē, præ-

nam doctrinam. Verum ut nunc natura est satan, ita eius mancipia sunt & filij hoies. Et ut satan non potest non odisse ueritatem: ita & filij eius, idē natura: unde certo sequitur: ueritatem suscipere esse singulare donum dei, extra humanas uires,

Ego autem.

Opponit Christus per occupationem ad suam personam, sua officia naturalia naturalibus officijs satanæ. Hic diabolus est calumniator ueritatis: Ille ueritatis assertor. Hic homicida est & osor hominum: Ille uiuificator & philanthropos hominum conseruator. Hic pater mēdacijs est. Ille pater ueritatis. Hic mēdax est: Ille uerax &c.

Non creditis mihi.

Quia ut filij diaboli & similiter adfecti ut pater non potestis mihi credere. Sensim conatur Christus ad se adducere Iudæos. Nam in Christo solo reddimur liberi & filij patris.

Quis ex uobis.

Transfert Christus culpam perditionis in Israel, cui neq; doctrina neq; uitæ moribus occasionem præbuit non suscipiendi ueritatem. Est uero hic locus cōfirmatio præcedentis sententijs de doctrina, qua confirmat Christus à uitæ moribus ipsam doctrinam. Eripit hic Christus Iudæis omnem exculationem neglectæ ueritatis:

Per peccatū intellige & errorem doctrinæ & uitæ mores. Locus hic includi potest syllogismo.

Doctrina uera & uitæ moribus confirmata, suscipienda est.

Talis est doctrina mea:

Ergo talem meā doctrinā suscipere deberetis.

Si ueritatem dico.

Vti nunc certum est, quia nemo me arguere potest, uel de errore doctrinæ uel de uitæ moribus. Christus relinquit prædicatoribus exemplum innocentia tam in doctrina, quam in uitæ moribus. Sic ferè etiam describit episcopum Paulus priore ad Timothæum cap. iij. Oportet episcopum irreprehensibilem esse &c.

Quare uos non creditis mihi.

Q. d. Christus, nūc uicti in conscientijs ipsa ueritate: quia nemo neq; doctrinam meam, neq; uitæ mores arguere potest.

Qui ex deo est.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Hic sumit exordium secundus locus, qui dicitur nunc, quo nunc excausis, ex diaboli filijs, filij mus dei filij, qui gestiant desideria patris dei se- qui & facere, qui studeāt ueritati, diligāt eam & amore prosequuntur. Econtra qui oderint exem- plo sui patris celestis, mendacium, errorem, fal- sum & deprauatum uerbum. Causæ ex uocatio- ne querendæ sunt, qua uocamur ad uerbum. Il- lg sunt: misericordia & gratia dei ad Ephe. i. &c.

Est itaq; huius loci generalis intellectus, quia ex gratia & misericordia dei uocati sumus: igitur audimus uerbum dei & suscipimus.

Præter hæc monet hic secūdus locus de notis seu signis, quibus cognosci debet filij dei. Illæ uero notæ sunt, audire uerbum dei, & sic per consequens ea, quæ hoc uerbum præcipit & tradit suscipere &c.

Qui ex deo est.

Quem uocat deus ex gratia & misericordia è regno satanæ.

Verba dei audit.

Audit uerbum dei, suscipit & credit. Econtra deserit mendacia satanæ &c. Syllogismus est hic locus, quo probat Christus tantum eos posse audire uerbum, qui ex deo sunt, seu à deo ad illud audiendum uocati. Et est aliquantulū inuersus syllogismus, qui sic ad formam reduci potest:

Qui audit uerbū dei, ex deo est:
 Vos Iudæi non auditis uerbum dei:
 Ergo uos Iudæi non estis ex deo:

Quia ex deo non estis.

Gratia & misericordia dei uocati, ut audiretis uerbum.

Responderunt ergo Iudæi.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus agit de apertis blasphemis filio rû diaboli, q̄ p̄ficiūt cōtra p̄sonas syncerū uerbū p̄dicantes: deinde cōtra uerbū & illius effectus.

Personas exemplo Christi diffamant, dehonēstant & uituperant. Vocant Samaritanos, homines uiles, contemptos, prophanos &c. Et sic diffamatis personis, credūt inde melius habituram falsam operum ad iustitiam, doctrinam.

Postea accinguntur ad damnationem uerbi & effectum eius, uocantes uerbum satanę doctrinam, & adscribunt effectus uerbi ipsi satanę. Nam quid aliud est dicere Christum habere dęmonium, quām dicere Christum docere satanę uerbum? & sicut de effectibus uerbi inquit Pharisęi Matthęi. xij. In nomine Beelzebub eijcit dęmonia.

Monet igitur tertius hic locus de apertis blasphemijs filiorum diaboli natura osorū ueritatis, quibus & personas obruūt & uerbum unā cū eiuseffectibus.

Quia Samaritanus es.

Homo uilis, contemptus, prophanus, gentilis &c. Iudęi Samaritani uoce & exprobratoria & cōtumeliosa utuntur: Vide Ioannis cap. iij.

Et dęmonium habes.

Ea quę doces & facis, p̄sidio & uirtute dęmoniorum doces & facis.

Ego dęmonium non habeo.

EXPLICATIO QVARTI LOCL
Quartus locus monet qđ exēplo Christi faciendū sit p̄dicatoribus & cōfessoribus uerbi, cū

audiūt se dehonestari, obrui cōuicijs & diffamari
deinde & uerbū eiusq; effectus dānari & tribui
satanę. Tacere sane nō debēt, nec ideo, q̄a ipsi cō
uicijs obruūtur, & q̄a uerbū effectusq; eius audi
unt uēdicari satanę, suas uocationes deserēt. Sed
constanter defendent uerbum cum suis effecti
bus & urgebunt prædicationem uerbi exem
plo Christi. Interim conuicium & contemptus
in personas a quo animo ferendus est.

Ego dæmonium non habeo.

Ego autore satana nō doceo, neq; opera mea
illius præsidio facio.

Sed honorifico patrem meum,

Id est, doceo ea, quæ mihi mandauit & com
misit pater meus, qui & doctrinæ meæ & ope
rum meorum autor est.

Et uos inhonorastis me.

Quia dicitis me habere dæmonium, instinctu
satanę docere & operari.

Me emphasim habet, scilicet, me missum uo
bis ad honorandum, non ad dehonestandum.

Ego autem non quæro gloriam meam,

Videlicet priuatam. Occupatio est hic locus,
ne Iudæi credāt eum priuatam gloriam quære
re, quia inquit: Et uos inhonorastis me.

Est qui quærit & iudicat

Curam habet Euangelij contempti & pro

rum contemptorum, ut aliquando glorificentur & innotescant gloriosi coram omnibus hominibus: Item, qui contemptum Euangelij & prophetarum uindicabit.

Amen amen.

Jurat Christus in re seria & uera.

Si quis sermonem meum seruat.

Urget Christus ueritatem contra contemptores illius, & repetit summam totius Euangelicæ doctrinæ, quæ in hoc consistit, ut seruando uerbum dei, non uideamus mortem, & ut possimus uita æterna, nota constantiam confessionis Christi, qui urgendo uerbum non credit calumniatoribus. Seruare sermonem Hebraismus est, pro credere uerbo, seu illud creditum custodire. Sermonem meum: scilicet, quo prædicauimus uobis, me esse lucem mundi, me esse uerum liberatorem &c.

Mortem non uidebit.

Nunquam morietur quanquam hic uideatur mori. Non uidere mortem, est non sentire mortis tyrannidem, cruciatus &c. Est hic locus commendatio uerbi & potentia eius ab effectibus.

Nunc cognouimus.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Quintus locus in hoc Euangelio obseruatu dignus, est de iusto dei iudicio in filios diaboli & contemptores ueritatis, qui quanto magis de ueritate docentur tanto redduntur cæciores,

& tanto magis blasphemant ueritatem, in summa pertinacia defendētes sua iudicia & blasphemias contra ueritatem. Sed hec pertinacia & cæcitas hæc, iusti dei iudicij pœnæ sunt, quæ monēt, ne remere nos opponamus ueritati, quæ damnata comites habet cæcitatem & pertinaciam.

Nunc cognouimus.

Cæci Iudæi non cognoscunt, quod se cognoscere dicunt, cum ne uocabula quidē Christi seu Euangelij intelligant. Error cæcus in Iudæis oritur ex amphibologia uocis.

Quem te ipsum facis.

Priuate autoritate nisus.

Si ego glorifico me.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus exemplo Christi docet, ne in confessione & p̄dicatione uerbi, quæramus priuam gloriam. Concedit enim hic Christus Iudæis gloriam priuatā, si quam quæreret inanem esse & sordere, At quia priuatam gloriam non quærit, purgat se & omnem suam gloriā, quam habet Christus, transfert ad Deum Patrem autorem, qui dedit Christo in mādatis, ut se lucem & uitam proponeret mundo, quo sic credentes Christum esse lucem & uitam, non morerentur in æternum.

Si ego glorifico me ipsum

Quæro priuatam meam gloriam.

Gloria mea nihil est.

Inanis, temeraria & mendax.

Et pater meus.

Scilicet autor mee glorie, quod ego sum lux.

Qui glorificauit me.

Communicauit mihi tantam gloriam, ut filio suo.

Quem uos dicitis.

Videlicet in hypocrisi sine ueritate.

Et non cognoscitis eum.

Ut faceretis illius uoluntatem.

Ego autem noui eum.

Cognosco uoluntatem eius & facio.

Et si dixero, quod non scio eum.

Cognosco & facio uoluntatem eius, in eo, quod dico me esse lucem mundi & uitam: Item quod dico seruantes sermonem meum, non uisuros mortem &c.

Ero similis uobis mendax.

Qui dicitis uos cognoscere uoluntatem dei, & tamen eam non præstatis.

Sed scio eum & sermonem eius seruo.

Noui uoluntatem patris & facio.

Abraham pater uester.

Iuxta carnem, uobis in carne eius sine fide et ga promissionem Abrahamæ de Christo datam gloriantibus.

Exultauit.

In consciētia propter Christi promissionem
Nota fidem ueteris Testamenti & noui unam
eandemque esse.

Vt uideret diem meum.

Tempus mei aduentus. Notat desiderium A-
brahæ & Patrū ueteris Testamēti pro Christo.

Et uidit & gauisus est.

Id est, expertus est in consciētia me esse lucē
& uitam. Gaudium effectus est illius experiētia
seu cognitionis.

Dixerunt ergo Iudæi.

Et hic uerum fit impios magis ac magis excæ-
cari ueritate & reddi pertinaciores. Iudæi suo
argumento à circūstantia temporis ducto, o-
stendunt se in rebus Dei nihil intelligere.

Antequam Abraham foret, ego sum.

Alludit Christus ad suam diuinitatem.

Tulerunt ergo lapides.**EXPLICATIO SEPTIMI LOCI.**

¶ Septimus locus disputat de gratitudine &
præmijs, quæ reddit mundus prædicatoribus
& confessoribus ueritatis. Hic cum uidet se pa-
rum aut nihil efficere suo contemptu & blasphe-
mijs contra uerbum & prædicatoribus eius, reli-
ctis blasphemijs & contemptu, ipso facto, cupit
personas rollere, ut his perditis & sublati, tan-
dem & doctrina puri uerbi pereat.

Iesus autem abscondit se,
& exiuit de templo.

EXPLICATIO OCTAVI LOCI.

Quia Christus abscondit se & exiuit de templo docet nos suo exemplo, in octavo hoc loco, ne temere nos præcipitemus in crucē, sed cedamus furori impiorum ad tempus.

IN EVANGELIUM
MARCI. XVI. IN DIE
Paschatis.

Cause, propter quas Christiani seruant pascha:

POSSIT fortassis hic queri ab aliquo, quur nos Christiani pascha seruemus ferias & prorsus Iudaicas & nihil ad nos Gentes pertinētes. Cui paucis sic respondemus. Ecclesiam hoc festum, non alia de causa seruare, quā Iudæi olim illud seruauerunt: nimirum memoriæ gratia, ut nos his feriis recordemur beneficiorum Christi, quæ nobis sua resurrectione attulit: sicut Iudæi olim seruabant Pascha ppter magnificā illā liberationē in Aegypto factam, quæ nostræ liberationis per resurrectionem Christi, sine dubio typus fuit. Et hic vere finis omnium festorum est apud Christianos. Præter hanc adhuc alia est causa paschatis atq; adeo omnium singulariorum festorum in Ecclesia, ut certum aliquod tempus existat,

Quo liceat eos res gestas pro concionibus tractare, quæ circa festa illa contigerunt.

De propria materia paschatis die tractanda.

Materia autem quam refert hoc die tractare est de usu & fructu resurrectionis Christi, quæ nunquam uere intelligitur, nisi ab antithesi opponatur illi tyrannis, qua oppressus fuit Christus, & tamē resurrexit. Hæc uero ab origine nobis repetenda est. Legitur in Genesi, quod Deus creauit hominem secundum imaginē suam, hoc est, quod donauerit eum naturalibus omnibus suis bonis, sapientia, iustitia, ueritate &c. ut esset homo sapiens, iustus, uerax &c. Sicut Apostolus exponit imaginem ad Collo. iij.

Hæc bona ex creatione infusa homini, p sua inobedientiam ex instinctu ac persuasione satanae rursus amisit. Ita quod postea homo factus sit, pro sapiente, insipiens, pro iusto, iniustus, pro ueraci, mendax, & sic naturæ diabolicæ particeps. Quæ quidē mala inde sequuta est mors & captiuitas sub satana, pro ch dolor, miseranda, è qua homini nō fuit integrum egredi. Nam Adam post lapsum non potuit sibi ullo opere mederi, aut amissam gratiam reparare.

Ceterū Deus ex misericordia erga genus humanum adeoq; erga lapsum Adæ motus, promisit rursus homini spem in semine Mulieris, quod foret aliquando conculcaturum caput serpentis & superaturū hominis nomine satanæ mortem, peccatum &c.

Hæc promissio Euāgelium erat, in quo spem habebat Adam & alij Patres, subinde renouata & sensim ac sensim clarius tradita Patribus, donec ueniret tandē promissum semen. Atq; huc referendæ sunt pmissioes, Adam, Noe, Abraham, Iacob, & alijs successu temporis factæ.

Interea dū ueniret semen promissum Adæ & Patribus. Lex obiter data est, ut eius exactione duceret deus ad cognitionē internę malitię & cogeret aspirare ad Christū seruatorē. Est enim lex cognitio peccati & pædagogus ad Christum, ad Roma. iij. & Gala. iij.

Missus itaq; est in carnem Christus, idq; pro nobis, ut carne sua ē Spiritus sancto concepta, nostrā carnem in peccato conceptam & natā seruaret atq; a peccatis mundaret. Præterea tyrannidem satanæ, mortē, peccatū & mundū expugnet. Quæ omnia sua resurrectione reportauit nobis Christus. Hūc itaq; articulū fidei nostræ, & credimus Christū resurrexisse à mortuis, & ascendisse in cælos, ubi nunc sedet æternus rex ac triumphator in prædictos illos hostes uictos & prostratos, hac die exponendum in manus suscipiemus. Primo itaq; sciendum est, quis resurrexit à mortuis: nimirum Christus Iesus dei filius ut scias oēs pmissioes Adæ & posteritati suæ de Christo factas, hac resurrectione fuisse cōpletas, uidelicet futurū aliquādo, ut semē mulieris pderet caput serpentis. Quæ pmissionū executio, ne qdem Christi morte cōtigisset, nisi idem

per gloriã & potentiã patris à morte surrexisset
 Quẽadmodũ em̄ frustra dicitur laborasse p̄ ui-
 ctoria, qui in cõflictu perit atq; succūbit: Ita fru-
 stra mortuus fuisset Christus, si in morte occubu-
 isset, neq; à mortuis uictor atq; triūphator surre-
 xisset. Secũdo scire refert, qd sit resurrectio Chri-
 sti. Interrogatus itaq; de resurrectiõe Christi, re-
 spõdebis in hũc modũ: Resurrectio Christi est
 exuscitatio Christi à mortuis, p̄ potentiã & glo-
 riam patris, ad Ro. vi. & ad Ephe. i. qua exuscita-
 uit eũ deus, ut cõstitueret dominũ supra omnẽ
 principatũ, potestatẽ, dominiũ, uirtutẽ & oẽ no-
 men, quod nominatur, non solũ in seculo hoc,
 sed & in futuro, omnia subiiciẽs sub pedes eius,
 oues & boues &c. Psal. viij. In hoc, ut nos mor-
 tuos p̄ delicta, & ideo pditos ac dãnatos hoĩes à
 morte, satana & peccato eriperet faceretq; nos
 in Christo oĩum bonorũ, tã corporaliũ q̄ cęlestiũ
 um participes hæredes. Hęc definitio oĩum ab-
 solutissima est, cõtinẽs oẽs resurrectiõis causas:
 Primũ quis autor sit resurrectiõis Christi, uideli-
 cet deus Pater. Inde docet hæc definitio, quomõ-
 do exuscitatus sit Christus, & quomodo resurre-
 xerit, nimirũ per gloriã & potentiã Patris, ut di-
 scas, nõ leuiter cõtigisse resurrectionẽ illam, sed
 p̄ potentiã, quæ ostendit, quales hostes fuerint,
 de quibus triumphauit Christus, scilicet tales, ad
 quos suppressendos, requisita fuit potentia dei. Itẽ
 monemur hac parte definitionis, qua ratione et̄
 hos seruemur ac triūphemus de similibus hosti-

bus, non per nostras vires, aut per opera nostra, sed per eandem potentiam, quam exercuit Deus in suscitando filio suo ex mortuis.

Tertio declarat dicta definitio, quid commo-
di acceperit Christus sua resurrectione: Scilicet
quod constitutus sit ipse dominus, super satanā pecca-
tum, mortē, mundū, & sup cælestia ac terrestria
ut regat & gubernet iam suos potentes ad glo-
riam Dei patris, ad Philippen. ij. ita quod nullus
principatus sit, nulla potestas, nulla uirtus, nul-
lum dominium, nullus locus, cuius ipse non sit
factus dominus, ad Ephesi. i. Maximæ hæc conso-
lationis sunt. Huc pertinet Psalmus octauus de
domino Christi, & locus ad Philip. ij. de exulta-
tione Christi. Sed quæso, quare resurrexerit Chri-
stus, aut propter quos? Num sua causa tantum?
non, ut enim sua causa non est conceptus, neque
propter se in hunc mundum natus, tandem nec
sui commodi gratia mortuus: Ita nec sua causa
resurrexit, sed propter salutem nostram, & sicut
Apostolus ait, ad Ro. 4. Et excitatus est propter
iustificationem nostram: ut quemadmodum il-
le iam factus est dominus super satanam, pecca-
tum, mortem, mundum, & supra cælestia & cor-
poralia: sic nos propter illū facti sumus domini
istorum omnium. Qui enim proprio filio non
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū,
qui fieri potest, ut non cum eodem omnia nobis
omnia donet? Hæc de resurrectione Chri-
sti & præcipuis eius fructibus: Nūc accingemur

ad remotiorem usum resurrectionis Christi, & docebimus, quomodo ea uti liceat. Quod Christus resurrexerit à mortuis, quid igitur amplius hoc sibi uult? Respondeo: Quod Christus resurrexerit à mortuis, eò pertinet, ut per eius resurrectionem confirmemus nostrā fidē, & ea cōsolemur nos in omnibus periculis, certi nos habere talem dominū, q̄ resurrexerit à mortuis, qui oia pericula uicerit, q̄ hostes nostros prostrauerit, qui nunc regit nos, qui tuetur nos, defendit atq̄ cōseruat cōtra omnia mala. Nescio an etiā remoto hoc resurrectionis usu alius maior sit, omnibus anxijis & laborātibus conscientijs sæpè inculcanda. Et dum hæc dico, incidit mihi laudabilis illa consuetudo, procul dubio à sanctis hominibus primū instituta, quod sub Papatu hominibus in morte constitutis, diligenter inculcabātur articuli fidei, quanquā tum ignorabatur fructus eorum, tamen eo nomine factū esse puto, quod in extremis nescirent homines aliud præsentius remedium, & aduersus satanam fugandum, & ad eripiendum conscientias ex desperatione, quam articulos fidei, qui mirifice solantur & confirmant conscientias, ut maxime ille de resurrectione Christi: Et resurrexit à mortuis, sedens ad dexteram dei Patris &c.

Hætenus de usu resurrectionis Christi. Restat nūc explicandū hodierni diei Euangelium.

Summarij loci.

1 Totū hoc Euangeliū in summa docet, omnē

bonam intentionem, etiã in speciem piã, sine uerbo dei meram infidelitatem esse, idq; exemplo mulierum uenientium ad sepulchrum. Licet etiam mulieres infideles sint, & ex humanis adfectibus relicto uerbo, ducantur, tamen deus non finit eas in infidelitate permanere, sed reducit per angelum ad uerbum, cuius potentia tollitur infidelitas de resurrectione. Effectus q; sequuntur reductas ad fidẽ per uerbũ, tremor & stupor sunt.

EXPLICATIO LOCI DE
INFIDELITATE.

¶ Quod diximus hoc Euãgelium in summa docere, bonã intentionẽ sine uerbo dei infidelitatem esse, inde accidit, q; mulieres iã diu uersatæ erant apud Christũ, & sine dubio audierant dictũ illud Christi de resurrectione, si nõ ex ore Christi, tamen ex relatione discipulorũ, ad quos locutus erat illud Christus: Post quã resurrexero, præcedã uos in Galilæã. Huic igitur uerbo debebãt mulieres credidisse, & relictis suis unguentis, prædictam resurrectionẽ fide apprehendisse. Id uero nõ faciunt, itaq; audire coguntur: Iesum quæris Nazarenum, q; fuit crucifixus, surrexit, & nõ est hic, ecce locus &c. quasi diceret angelus: Christus prædixit uobis de resurrectione sua, & quomodo post eã uellet uos in Galilæã præcedere, huic dicto debebatis fidẽ adhibuisse. Quare angelus suis uerbis & cõuincit mulieres infidelitatis, & dũ reuocat eas ad uerbũ de resurrectione, confundit, nõ ut pdat, sed ut stultis mulieribus ape

riat oculos, & à carnalibus suis adfectibus ducat ad fidē. Discēdū itaq; est ante oīa ex hoc & simili bus locis, qd sit infidelitas, et unde se causetur: sicut qui & quales sint eius effectus. Infidelitas ex hoc capite Marci, in hūc modū definiri potest, quod sit qualitas animi sine uerbo dei ex se præsumptuosa, fingens cultū & opera, qbus uult deo bene placere, relicto uerbo, aut ut ita loquar iuxta hāc historiā de mulieribus, obliuioi tradito. Exemplo sunt mulieres hęc Marię, q̄ cū relinquūt uerbū p̄dictum à Christo de resurrectione, ueniūt ex suis p̄sumptionibus, ex adfectib; humanis dimitteret, uncturę Christū, quod minus fecissent, si firmiter adhæsisent uerbo de resurrectione.

Causæ.

Causæ infidelitatis sunt: Relictū uerbū dei, & carnales p̄suasiones. Tū em̄ simus infideles, quādo relinquimus uerbū, & adhæremus nostris p̄suasionibus loco uerbi. Harum causarum pulcherrimum exemplum legere poteris Deuteronomij. i. & Numeri. xiiij. Vbi Israel legitur reliquisse uerbum, nec uoluisse se simplici uerbo cōmittere, ut pergeret in terrā Chanaan, quos Moses summa diligentia laborat ad uerbi fidem reuocare exēplo angeli in hodierna historia.

Effectus.

Effectus, qui sequuntur infidelitatem, nō solū impij sunt, sed etiā ridiculi ac stulti. Quid enim stultius est, quā ad sepulchrum uenire, & uelle illum ungere, quē tamē ex uerbo sciebant, aut

certe scire oportuerant, & sepulchro resurrexisset.
 Quare in uniuersum omnia opera, quæ faciunt
 Mariæ in hac historia, nõ minus stulta sunt quàm
 ridicula. Et talia sunt quoq; omnium infidelium
 opera, sint etiam in speciem sanctissima. Ex Lu-
 ca aliquo modo apertum est in die parasceues
 esse empta aromata.

Textus.

Et cum præterisset Sabbatum.

Nam in Sabbato non licuisset illis emere ara-
 mata. Sabbatum autem durabat à uesperis us-
 que ad mane.

Emerunt aromata.

Primum opus, quod faciunt Mariæ ementes
 aromata, ridiculum ac stultum est, quia sine uer-
 bo ex infidelitate profectum.

Venirent & ungerent.

Iuxta morem Iudæorum.

Summo diluculo.

Inter tenebras noctis & diei claritatem. Secun-
 dum opus Mulierum stultum & infidele.

Diei primi Sabbatorum.

Nam in diluculo, aut incipiente aurora, finit
 nox primi Sabbati magni.

Veniunt ad monumentum.

Opus æque stultum ac ridiculum, non enim
 considerant uerbum de resurrectione,

Exorto sole.

Summo diluculo exierunt Mulleres: Exortio autem sole, primum ueniūt ad monumentum.

Quis reuoluet :

Maximæ cæcitat̄ ac infidelitat̄ uoces. Continēt hæc uerba quartum opus Mulierum impium ac stultum.

Lapidem esse reuolutum.

Aliud signū cæcitat̄ & infidelitat̄, quia ne post reuolutum quidem lapidem, quem cum reuolutum uident Mulieres, credunt uerbo de resurrectione.

Ingressæ.

Quintum opus cæcitat̄ & infidelitat̄.

Adolescentem.

Descriptio angeli ab ætate & uestibus: Decebat autem angelum adolescentem esse, quia uetera præterierant, & ueteris ætatis omnia resurrectione Christi remota erant. Stola candida Euangelium designat à suo officio, quod candidos, irreprehensibiles & sanctos facit.

Et expauerunt :

Neq̄ adhuc Mariæ credunt uerbo de resurrectione, & si uident Christum sublatum, & adolescentem, in sepulchro sedētem. Expauescunt uero, uel quia adolescentē uident, uel quia dominum sublatū cernūt, ut sit pavor ex humanis adfectibus. Estque hic pavor signum infidelitat̄,

Ne expauescatis.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Reuocat angelus infideles ac stultas Mulieres ad uerbū, quod est potentia Dei ad Resurrexione, quo facto, aperiuntur oculi earum, & recordantur uerborum Christi, quæ erat locutus de sua resurrectione. Docet autem hic locus, quod Deus permittat quidem suos in infidelitatem incidere, sed ita tamen, ut postea magno cum gaudio conscientiarum rursus eximat. Locus hic plenus est consolatione, ne dubitemus, cum prouerimus in infidelitatem aut dubitationem aliquam, quin Deus uelit nostrum misereri & tandem nos reducere, modo non profusiamus impij, & per uerbum aliter edocti, à nostris bonis intentionibus recedamus. Obserua autem per quid reducat angelus infideles in fide, non per aliud medium, quàm per uerbum. Ideo inquit: Abite & dicite discipulis &c.

Ne expauescatis.

Mirum est mulierculas ingredi sepulchrū, nec tamen uidere aut cognoscere Christum esse sublatū, nisi edoceantur per angelum. Disce hic infidelitatē semp habere comitē ipsam cæcitātē.

Iesum queritis.

Non temere dicit Iesum Nazarenū, & crucifixum surrexisse: Alias potuisset simpliciter dixisse: Iesus surrexit, uel ut ostendat Christum reuera surrexisse, uel ut confirmet dictum Christi;

quod erat locus de sua p̄cessione in Galilæam.

Ecce locus.

Cōfirmatio à circumstantia loci, quo confirmat angelus Christum iuxta promissionem suam reuera surrexisse.

Sed abite.

Confirmatio resurrectionis Christi à dicto, quo promiserat Christus se surrecturum, & p̄cessurum eos in Galilæam. Mat. xxvi. Post q̄ aut̄ surrexero, præcedam uos in Galilæam.

Et Petro,

Confirmationē de resurrectione non solū angelus uult scire Marias illas, sed & discipulos, q̄ p̄cul dubio in eadem dubitatione ac infidelitate hærebant, id qd̄ facile liquet ex Thoma, q̄ ne omnibus quidē discipulis credere uoluit surrexisse Christū, nisi id oculis uideret & palparet manibus. Nominat uero Petrū singulariter, q̄ re surrectiōe ante alios, plus opus habebat p̄pter suam diffidentiā, qua ter negauerat Christū. Nō caret mysterio, mulierculis ut infirmis uasculis primum indicari resurrectionem Christi.

Quod ille præcedit.

Verba Christi, quibus promisit discipulis resurrectionem in monte Oliuarum.

Habebat enim illas tremor & stupor.

Effectus, q̄ sequitur fidē erga resurrectionē, per angelum suscitātā. Hi effectus crebro occurrunt in nouo Testamēto. Tremūt Mariæ, ne esse

rantur: Strupēt ad institutionē angeli de resurrectione, quā tamen ipsæ scire debebant ex pmissione Christi. Matthæus addit eas abiisse cū magno gaudio. Est uero gaudium res cognata tranquillatæ per fidem conscientiæ.

¶ Neq; quicquam.

Apud monumentū, quia nihil responderunt angelo. Postea sine dubio omnia patefecerunt, quis hęc patefactionē hic Euāgelista non exprimit: tamē Luc. ca. xxiii. scribit: Et regressæ à monumento, nūciauerunt hęc omnia illis undecim, & cæteris omnibus.

IN EVANGELIUM
IOANNIS .XX. CAP. DOMI
nica Quasimodogeniti.

Occasio hodierni Euāgelij, in q̄ Christus legit ad suos discipulos, clausis foribus uenisse, atq; illis pacē annūciasse. Itē q̄ dederit illis Spiritum sanctū & ab omnibus receptus atq; agnitus fuerit, excepto solo Thomā &c. Hęc inquam occasio non temere accidit, sed fuit adimpletio promissionis Christi, qua promiserat se præcessurum illos in Galileā post suā resurrectionē, & daturum illis Spiritum sanctū, de quo sæpissime antea mittēdo egerat: uidelicet q̄ is esset uerturus, atq; eos adducturus in oēm ueritatē &c. Huic pmissioni satis fecit Christus in hoc Euāgelio. Cæterū quur potissimū uenerit Christus post resurrectionem ad

discipulos, porro quærendum uenit. Certissimū igitur est totā salutis nostræ partē in resurrectione Christi consistere. Nisi enim Christus resurrexisset, & mortuus, nihil magni effecisset sua passioe & martyrio. Quod autem resurrexerit, testatus est se potētem uictorē sup oēs hostes suos, quibus cum acerrime cōflictauerat p totā suā uitā, donec triūphator euaderet. Hæc itaq; uictoriā in resurrectione declaratā, Christus antea suis discipulis significauerat, ut Mat. xxvi. Postquæ resurrexero precedam uos in Galilæā &c. Verū a discipulis nunquæ percepta aut ppter humanā fragilitatē credita fuit illa pmissio, qua p dixerat Christus futurā aliquādo, ut gloriose resurgeret. Et uacillasse discipulos circa hæc pmissa, in die Paschatis uidere licuit in Marijs, & patebit in Thoma, q nō simpliciter dubitauit de resurrectione Christi, sed ita, q in has uoces prolapsus sit: Nisi uidero in manibus eius uestigium clauorū &c. nō credā. Hæc igitur dubitatio nē ut euelleret ē cordibus discipulorū, uenit hodie iuxta pmissum suū, & ut ostēderet se surrexisse, & ut simul fructū resurrectionis insinuaret, q in missione Spiritus sancti potissimū situs est, Nā in hoc mortuus est Christus & resurrexit, q nouū regnū auspicaretur, & mitteret Spiritum sanctū, qui exponeret discipulis Christum, & pararet eorum corda ad credendum, faceretq; tandem eos certiores de superatis hostibus, peccato, morte & satana. Hæc de occasione huius Evangelij, & quær Christus hodie clausis o-

stius accesserit discipulos metuētes sibi à Iudēis.

Summarij loci.

1 Discipuli nondū cōfirmati Spiritu sancto me-
tuūt, hoc est, uersantur in dubitatiōe & infirmica-
te, hos ut soletur & erigat, uenit Christus, optās
illis pacem, fructum resurrectionis, & effectum
ueræ fidei, & addit signa, è quibus cognosci uult
& simul illis ostendere, quod resurrexerit.

2 Prædicatores mittuntur auctoritate Christi, itē
exēplo Christi, ne sint discipuli sup magistrū, sed
ita ut ducē ac comitē habeāt Spiritum. quo acce-
pto liberant à metu & infidelitate & confirmant.

3 Post acceptionem Spiritu sancti datur ad-
ministratio clauū, peccata ligādi & soluēdi po-
testas, & cū discipuli pars sint Ecclesie, & illi ha-
beāt administrationē clauū, q̄ acceperūt Spiritū
sanctum, sequitur administrationē clauū apud
omnes esse, quibus Spiritu sanctus datus est.

4 Exemplū maxime infidelitatis in Thoma, q̄
nō credere uult, & cōtentus esse simplici uerbo,
sed uidere & palpare Christū resuscitatū, hoc ē, hu-
mano captu & signis cōprehēdere & intelligere.

5 Philāthropie exemplū est in Christo, q̄ nō rei-
cit infidelē Thomā, cū tamē corripit eius dubi-
tationē, addita cōmendatione eorū, q̄ credūt &
nō uidēt, aut q̄ simplici uerbo cōtenti sunt negle-
ctis interim omnibus signis & externis rebus.

6 Ioānes exēplo Christi cōmotus, quo cōmen-
dat fidē sine externis, uult nos fide in Christū in-
niti & nō signis, quia ait ex fide uitam esse.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus præ reliquis iusta tractatione dignus, uaria continet. Primum quæ causa sit in fidelitatis, dubitationis & timoris. Nimirum absentia Spiritus sancti, cuius officium est solari & iuxta epistolam ad Ro. cap. viij. testari unà cum spiritu nostro, quod simus filij dei, hæredes dei, & cohæredes Christi, quos quidem thesauros resurrectionis Iesu Christi secum nobis attulit. Filius uero dei nemo fieri potest, aut certus esse in animo, quod sit dei filius, nisi usum ac fructus resurrectionis intelligat, adeoque per Spiritum sanctum confirmetur certiorque reddatur. Hinc non mirum fuit dubitasse ac hæsitasse discipulos destitutos confirmatione Spiritus sancti, qua sola eriguntur animi ad credendum, & conseruantur in fide.

Secundo notat hic primus locus officium Christi, ad quod missus est: uidelicet ut uacillantes ac dubitantes peccatores & homines in fide infirmos soletur & erigat. Ideo hodie uenit, ut se infirmitatis curator ostendat, & potentem, potentissima sua, per potentiam & gloriam patris, facta resurrectione declararet medicum. Tertio continet primus locus, quomodo Christus uenit ad suos discipulos, & quid secum portarit ad medendum discipulis. Medicamina quibus utitur Christus inter medendum non sunt externa quibus utuntur humani medici in propellendis corporis morbis: Sed interna sunt ad medendum conscientijs à Christo parata. Quare discipulis

pacem optat Christus, non quidē pacem, quam mundus dat, uerum pacem conscientia, hoc est, ut discipuli tranquillas ac pacificas conscientias habeant, quæ fidant uerbo de resurrectione, quo promiserat Christus se uelle redire ex mortuis & præcedere discipulos in Galilgam.

Hac pace fidei effectu, primum reparat discipulos ad fidem, ut interne pacifici sint: Inde etiam externa signa addit, quibus confirmat animos discipulorum de resurrectione, ostendens manus ac latus suum. Qui ordo confirmationis non caret magno mysterio. Stultum enim esset, si aliquis medicorum primū externa ulcera curare uellet, relictis internis causis, è quibus ulcus causaretur. Sic Christus primum conscientias curat, pace, effectu fidei: Postea addit etiam externa signa, quibus cognosci uult, & ostēdere se surrexisset. Docet hic ordo confirmationis obiter, qui signorū usus sit, quæ sequuntur pacificationem conscientias per fidem seu pacem eius effectum. Scilicet ad porro maiorem fidem exuscitandam & admonēdum homines de fide. Sic Abraham fide iustificatus, accepit signum circumcisionis sigillum fidei, ut quotiescunq; recordaretur illius, firmiter sperare inciperet, eaq; se ad credendum erigeret.

Textus.

Cum ergo uespera esset.

Vespera intelligit, quibus secunda dies Sabbatorū post magnum festū seu sabbatū incipiebat.

Sex enim dies post primum diem Azymorum, quoque Sabbata appellabantur.

Et fores essent clausæ :

Qui hunc locum ita exponūt, quod Christus uenerit ad discipulos, tum quando clausæ essent fores, & postea apertas illi fuisse factas, atq; eum sic per aliquem è discipulis intromissum; illi aduersantur omnibus ueteribus, & negāt miraculum. Argumentum, quo illi utuntur tale est: Non legitur Christus per fores clausas ingressus, sed legitur uenisse, cū fores essent clausæ. Ad quod sic simpliciter respondemus, sequētia adserere Christum uenisse & stetisse in medio illorū, quæ uerba satis aperte indicant miraculum. Venit enim ac stetit in medio illorum, ne quidem cogitantibus illis, tantum abest, quod per eos fuerit intromissus.

Alterum argumentum ductum à iudicio rationis nihil ualeat, an possibile fuerit hominē ac deum Christū potuisse per clausas ire fores: Cui responder Augustinus in hunc modum: Si comprehendis modum, non est miraculum, ubi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Item super Ioannem: Moli quidem corporis, ubi diuinitus erat, ostia clausa non obsteterūt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit &c.

Quod igitur Christus per clausas fores intrarit ad discipulos, miraculum est, quod fide intelligitur, non humana ratione.

Propter metū Iudæorum.

Causam congregationis discipulorū metum allegat, quæ uero causa fuerit, qd̄ uenerit Christus ad discipulos, tacet Euangelista, & ex alijs locis colligēda est, ut ex Mat. cap. xxvi. Vbi promittit Christus discipulis suū reditum. Alia causa reditus Christi extat infidelitas discipulorum quam Marcus describit cap. xvi.

Pax uobis.

Salutatio, qua solatur & confirmat Christus discipulorū animos, ne dubitent de resurrectione, quā pro deliramento habebāt discipuli, teste Luca cap. xxiii. Christus pacis uocabulo tanquā effectu utitur pro causa ipsa fide. Infidelitas em̄ in qua stabant discipuli, fide abigitur.

Ostendit eis manus ac lateris.

Pacem conscientiae sequūtur & externa signa quæ tum locum habent, ubi animus fide & pace sedatus est, ut & ipsa porro confirmēt animum & conseruent sedatum. Ostensione manuum & lateris, duo insinuat Christus: Vult p̄ hæc signa cognosci. Nā uere cognoscitur Christus in cruce. Deinde per ea uult confirmare discipulos ut certiores reddere sua de resurrectione.

Gauisi sunt ergo.

Res cognata animi sedati in fide gaudium est quo restantur discipuli iam confirmatos esse suos animos, neq; amplius dubitare de uerbo resurrectionis. Gaudium hoc non tam sequitur pro-

propter præsentiam personæ Christi, quam propter confirmationem ex pace acceptam.

Pax uobis.

Repetit Christus hunc fidei effectū, idque propter sequentia, ut ostendat ad missionem prædicatorum opus esse pace, qua ipsi sint tranquillæ in conscientijs, & aliorum cōscientias tranquillēt.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Sicut me misit pater.

¶ Secundus locus dignus præ alijs obseruatur, hic sumit initium de missione discipulorum, qui non simpliciter mittuntur, sed autoritate Christi, ut scias eos ueros prædicatores esse & uere Euangelicos, qui à Christo mittuntur, & simili modo quo Christus fuit missus à patre. Fuit autem missus à patre ad euangelizandū pauperibus lætū illud Euangeliū de remissione peccatorū: Igitur & prædicatores oēs ad annūciandum illud nūcium à Christo mittuntur.

Hac prædicatione Christus cognosci uult, Math. xi. Vbi inquit ad discipulos Ioannis: Ite & renunciate Ioāni: Cæci uisum recipiūt, & pauperes lætū Euangelij nūcium. Hac itaque prædicatione & prædicatores Christi cognoscuntur, & eatenus sunt ueri prædicatores, quatenus Euangeliū, hoc est, remissionē peccatorū in Christo prædicant.

Hæc ad alteram partem missionis, quantū ad doctrinam attinet, ut prædicatorū doctrina ea-

dem sit cum doctrina Christi. Nunc uero qui est
 exemplo Christi missi sunt, ne sint discipuli super
 magistrum, certo restat illis crux. Christus enim
 missus à patre fuit, ut conijceretur in crucem ad
 mortē. Sic prædicatores & in hac missionis par
 te oportet, ut persecutionem patiantur exem
 plo Christi, nō ut aliquid sua cruce emereant,
 sed quia idem uerbum, eandemq; doctrinā præ
 dicant quā Christus: Ideo sunt odio omnibus
 hominibus propter nomē Christi. Et ne tamen
 nullus sit usus persecutionum prædicantium
 uerbum, patiuntur in hoc, ut compleant suis ad
 afflictionib⁹ ea, quæ desunt adhuc afflictionibus
 Christi, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia, hoc
 est, testantur sua cruce doctrinam Euangelij ue
 ram esse, & ut confirmet infirmos in uerbo, ne
 animum despondeant, quia uident uerbum mi
 nus feliciter procedere, & personas adherentes
 uerbo persecutione obrui, quæ prædicant uer
 bum prædicatum. Quare duo docet hic locus.
 Ego mitto uos, sicut me misit pater meus. Alter
 in doctrina: Alterum, ut quoq; eadem cum Christo
 in fortuna expectent, quæ circa prædicatum
 uerbum ludere ac concurrere solent. Porro se
 quitur Christum dedisse missis discipulis Spiritu
 tum sanctum. Quid hoc sibi uult? Responso: ut
 doceat Christus, op⁹ esse Spiritu sancto ad annu
 ciandum uerbum, & ad confirmandum animos
 prædicatorū, ne propter persecutiones à uer

bo resiliant. Spiritus sancti enim opus est, substi-
tere in cruce, sicut etiã clare testatur locus Mat-
thæi. x. Vbi iam Christus consecrasset, ut ita lo-
quar, suos discipulos in ueros sacerdotes, & do-
cuisset, quid illis faciendum esset, statim subiūgit
locum de cruce: Cauete uobis ab illis homini-
bus &c. tradent enim uos &c. Et paulo post: At-
cum tradiderint uos, ne sitis solliciti &c. Non
enim uos estis loquentes, sed spiritus patris ue-
stri, qui loquitur in uobis. Sunt aut officia Spiri-
tus sancti, ex quibus potissimum usus eius perci-
pirur: Vocare ad uerbum, dare fidē, in fide cōser-
uare & confirmare & liberare à metu. Propter
quæ officia exercenda hodie datus fuit Spiritus
sanctus discipulis, qui in infidelitate ac dubitati-
one uersabantur, ut supra dictū est, quo fidē accl-
perēt, cōfirmarētur in fide & liberarētur à metu.

Textus.

[Sicut misit me pater &c.]

Hoc est, ad eadem officia, ad eundem finem
hoc est, ad prædicandam eãdem doctrinam, &
ad ferendam eandem crucem, quæ sequitur uer-
bum, ut sensus sit, eum oportere eiusdē fortunæ
participem fieri cum Christo, qui eiusdem do-
ctrinæ & missionis est particeps.

Flauit in eos.

Libenter utitur Christus medijs. Potuisset e-
nim sine flatu Spiritus sancti dedisse apostolis,

sed id non facit, ut doceat media non esse negligēda, etsi parum aut propemodū non multum uideātur præstare posse. Quomodo uero per in-
flationem potuerit discipulis dari Spiritus sanctus, id non est disputandū, sed simpliciter credendum, sicut oportet simpliciter credere, fidē ex auditu uerbi prædicati dari. Si uero rationē addere uolueris, & causas probabiles hac de re inquire, accipies responsum Nicodemo dictū: Nemo uideris &c. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis, unde ueniat, & quo uadat &c. Quæritur & hoc loco, qui potuerint discipuli hic accepisse Spiritū sanctum, cum primū eū acceperint in die Pentecostes? Respōsio: Hic priuatiuè accepit Spiritum sanctū sine aperto aut manifesto miraculo. In die autē Pentecostes miraculose, cum impetu & sonitu uehementis flatus &c.

Quorumcunq; remiseritis,

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus hodierni Euāgelij est de potestate Ecclesiastica, quæ quia datur post acceptum Spiritū sanctum, quare sequitur neminē hanc potestatem ligandi & soluendi peccata habere, nisi prius habeat Spiritum sanctum. Ex hoc argumento difficiles aliquot quæstiones oriuntur, quæ prius excutiendæ sunt, antequam ad certus explicationem accingar. Prima est ab incertitudine. Nemo sentire potest se habere Spiritū sanctum. Igitur incertū est, an quis habeat ligandi potestatem? Christus dat hic Spiritū sanctum

illis, qui iam audierunt uerbum, & qui uerbum audit ex eo certus est, quod habet Spiritum sanctum. Nam sine Spiritu sancto nemo audit uerbum. Ille enim est, qui uocat ad uerbū: Hinc de Spiritu sancto non licet dubitare audientibus uerbum: Vnde etiam nec de potestate clauium dubitandum est, quæ datur illis qui habent Spiritum sanctum teste hoc præsentē textu: Accipite Spiritum sanctum, in quorum cunctis &c.

Altera quæstio est: Spiritus sanctus hic tantum discipulis datur, Item potestas ligandi & soluendi: Igitur potestas clauium non pertinet promiscue ad omnes Christianos: Respondeo:

Conclusio nō ualet, quia alterum antecedens ponitur sine conclusione, quæ si addatur, sequitur in hūc modum: Neque Spiritus sanctus attinet ad omnes Christianos promiscue, quod adferre nō solum absurdum est, sed prorsus impium. Ut enim Christus pro omnibus mortuus est, & pro omnibus regnum parauit: Ita quoque omnibus emeruit Spiritus sanctus, qui dux est & rector eorum, qui sub Christi regno militant, hūc qui habent sicut patet ex hoc loco, illi etiā potestatem clauium possident, quam Matth. xv. iij. toti Ecclesie communicat.

Tertia quæstio est, Si potestas clauium ex æquo ad omnes pertinet. Quis igitur soli prædicatores illam sibi uendicant? Respondeo: Ministri Ecclesie potestatem clauium singulariter ab Ecclesia acceperunt, ut sint certæ personæ, in uerbo edo-

Etz, quæ instituant conscientias de ratione soluendi & ligandi, Item absoluant interpellatæ. Interim relinquunt Ecclesiæ commune suum ius id quod ad omnes pertinet Christianos, atque adeo ad totam Ecclesiam.

Quarta quæstio est. Si licet ligare & soluere Christianis in Ecclesia, ergo licet & leges condere, & sancire in Ecclesia? Responſio. Ligare & soluere consistunt in suis limitibus & certis septibus ut ligemus & soluamus peccata, non ut condamus leges pro arbitrio, & obruamus constituta omnibus humanis Ecclesiæ prætextu horum uerborum, cum ligare aut soluere, non sit condere leges, aut dispensare in diuinis, & per illis humanas constitutere.

Reliquas quæstiones, quæ circa hunc textum concurrere possunt, uolens omitto.

Textus.

Quorumcumque &c.

Sine respectu personarum, sine renumeratione. Gratis enim accepistis &c., id quod etiam dicitur uox remittendi.

Remittuntur :

Non propter personas, quæ remittuntur, sed auctoritate clauium, & uerbi seu Christi iubentis, qui fallere non potest: Igitur non est dubitandum de remissione peccatorum. Cum enim audis uerbum ex ore fratris, huic oportet te credere. Nam scriptum est: Qui uos audit, me audit &c.

Thomas autem qui dicitur

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus exemplum infidelitatis in Thoma proponit, qui nec promissioni Christi credit, quo promiserat suam præcessionem in Galilæam, nec discipulis, qui uiderant Christum. Est itaq; Thomas imago omnium eorum, qui uerbum seu Christum non ex simplici uerbo est mant, sed uolunt duci iudicio rationis. Hæc uel sola est omnis infidelitatis mater. Nā ratio prorsus nihil intelligit de uerbo seu Christo, & quatenus homo se simplici uerbo non committit, non solum ratio obstaculo est fidei, uerū etiam plane illam extinguit. Interferuit autem huic loco Ioannes exemplum de Thoma incredulo, ut doceat quā miserimi simus homines sine Spiritu sancto ductore, nostræ rationi relictī. Et ut ostendat ab antithesi ex infidelitate, quāuis rursus thesaurus sit ipsa fides, quæ sine deliberatione cum ratione habita, credit simplici uerbo.

Didymus.

Gemellus, ut Castor & pollux apud Poetas.

Non erat cum eis.

Quasi dicat, alias nunq̄ fuisset ita incredulus, sed confirmatus in fide per Spiritum sanctū stetit exemplo aliorum.

Dixerunt ei.

Simplex prædicatio uisi Christi, cui Thomas credere debuit.

Nisi uidero.

Hoc est, nisi humana ratione & sensu intel-

xero aut percepero surrexisse Chr̄um, nō credā.
 Obstinatio est, fortassis ex bona aliq̄ intentione
 nō credere simplici uerbo, sed expetere signa ex-
 terna, quibus certior reddaris de uerbo, nō sine
 causa ita fideliter describit Euāgelista historiam
 Thomę idq̄ suo more, dum tractat exempla, q̄
 proponat ordinem, quem sequitur infidelitas, q̄
 primum uult uidere, hoc est, ratioe certior fieri.
 Deinde externis & manifestis signis.

Et post octo dies.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Presens hic locus exemplum philanthropię
 Christi perhibet, qui infidelē ac incredulū Tho-
 mę, adeo etiā ut pmittat Thomę q̄ digitos suos
 & manus suas immittat in lat̄ eius, ut ita sensim
 ac sensim pueniat ad uerā fidē: relinquēs nobis
 insigne exemplū māsuētudinis erga fratres infir-
 mos, q̄ ferēdi sunt, ut aliquādo in fide fiāt pfecti
 ores. Ne tamē uideat Chr̄us infidelitate delectā-
 ri, addit correctionem: Quia uidisti Thoma &c.
 Et cōmendat fidē collectam ex simplici fiducia
 in simplex uerbum, sine signis consideratum.

Pax uobis.

Saluatio, qua precatur Christus discipulis
 tranquillitatē cōscientiæ atq̄ adeo omne bonū.

Infer digitum.

Accommodat Christus se infirmitati Tho-
 mę, ut lucretur eum. Exemplo Christi oportet
 nos omnia fieri omnibus,

Dominus meus & deus meus.

Verg fidei confessionē hęc verba continent.
Estq; hic locus, unus ex illis, qui probant Christum Deum esse contra hæreticos.

Quia uidisti.

Correctio infidelitatis Thomæ metientis Christi è ratione & signis externis, neglecto uerbo.

Non uiderunt, & crediderunt.

Commendatio fidei sine ratione & signis externis, simplici uerbo contenta.

Multa quidem &c.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

Hic postremus hodierni Euangelij locus, docet è sola fide uitā esse sine respectu omnium aliarum rerum externarum, quia inquit Ioānes: ut credentes in Iesum, uitam habeatis.

Multa autem signa.

Post resurrectionem: quanquam etiam hęc signa de illis intelligi possunt, quæ fecerit Christus per totam suam ætatem.

Hęc autem scripta sunt, ut credatis.

Finis & usus omnium signorum & miraculorum Christi, ut p ea ducamur ad fidē in Christū, quæ nūc sola efficit, ut habeamus uitā gternam.

Per nomen eius.

Id est, per uerbum eius, Est enim uerbum, uirtus ac potentia dei ad salutem omniscienti ad Romanos primo.

IN EVANGELIUM
DOMINICA MISERICOR
dia domini, Ioannis. x. Ego
sum pastor bonus.

Hoc Euangelium, quod p̄sente Domi
nica legitur in Ecclesia, nō est suis par
tibus absolutum, & propterea genuit
apud multos falsum intellectu. Quis
dam transtulerunt hunc textum ad confirman
dum pastorum Papisticum. Quidam ad colla
tionem, qua uoluerūt bonos pastores cum mer
cenarijs & falsis p̄dicatoribus conferre, ut cerne
retur discrimen inter bonos & malos pastores.

Papistæ in uniuersum abusi sunt hoc Euange
lio, & eò pertraxerunt, quō non pertinet. Alij ca
rerent peccato, si p̄cedentia cum sequentibus
copulassent. Deinde digressi fuissent ad collatio
nem bonorum pastorum & mercenariorum du
ctam ab exemplo Christi. Nam boni p̄dicato
res æque distant à falsis, ac Christus ipse, eadem
pene habent mutatoria seu imitatoria officia,
nisi quod quædam officia Christo sunt propria,
ut ponere animam pro salute ouiu &c. quod of
ficium nulli pastori homini conuenit.

Sunt itaq; p̄cedentia connectenda cum se
quentibus, ad quæ hodiernum Euangelium spe
ctat. Et uidebimus totum decimū caput esse pa
rabolam quandam, qua Christus cōmendat no
bis perpetuum suum pastorum in Ecclesia. In

tia illud: Tu es sacerdos in aeternum. Ille enim per
 petuo regit ac tuetur suos pascendo ac uiuifican
 do, atque conscientijs reuelat intellectum uerbi sem
 per, quod predicant tandem alij ministri pasto
 res. Verus igitur pastor, solus Christus est, qui pa
 scit ac uegetat suam Ecclesiam, Nos uero, qui pre
 dicamus uerbum pabula illa à Christo accepta,
 hoc discrimine separati sumus à Christo, quod
 ille est ipsum uerbum & pabula, quibus nutritur
 Ecclesia, nos tantum proclamatores istorum. His
 consideratis primum, non nocebit postea, & ho
 diernum Euangelium ad omnes ueros uerbi mi
 nistros pertrahere. Alias nullo modo responde
 bit nobis hominibus praedicatoribus collatio il
 la, qua haecenus segregare se studuerunt boni
 praedicatores à mercenarijs, imò absurda est, cum
 pleraque officia in hac collatione contineantur,
 quae ad homines non pertinent, neque conueniunt
 illis, sed soli deo Christo, ut est dare animam pro
 ouibus, hoc est, morte efficere, ut fiamus uerae
 oues. Hoc enim officium nullo modo conuenit
 pastoribus in communi. Nam alias omnibus pa
 storibus esset moriendum, neque tamen si milies
 morerentur, possent aliquam ex ouibus seruare.
 Si uero Christum in exemplum traxeris, erunt
 fortassis multa, quae quadrabunt ad ministros uer
 bi. Vt ministri uerbi decet bonum esse, non aufuge
 re ab ouibus in periculo constitutis, cognoscere
 suas oues &c.

Summarij loci.

Y

iiij

1 Christus bonus pastor natura, solus facit bene ac uere pascere alios, qui natura non sunt boni ac ueri pastores.

2 Christus bonus pastor describitur hic à suis officijs, q̄ p̄petua sunt: Ex q̄bus q̄dam trāsferri possunt ad p̄dicatores pastores uerbi, quēdam non.

3 Qui nō pascit exēplo Christi, nec adserit Christū solū esse uerū pastore, q̄ pascit ad uitā, dum ponit animā p̄ ouib⁹ suis, mercenarius est, quē ut cognoscamus, igitur describitur hic mercenarius quoq; à suis officijs, q̄ ex æquo ad oēs p̄cedo pastores p̄tinēt durātia in hac uita in p̄petuū.

4 Gentes uocate fuerūt, ut fieret unus pastor & unū ouile, inter Gētes & Iudæos, hoc est, inter oēs hoīes. Siquidē Gentium & Iudæorum appellatione omnes homines intelliguntur.

Ego sum &c.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Christus natura bonus pastor est: neq; tum primū cœpit pastor fieri, q̄n uenit in mundū p̄sentia sui corporis pascēdi officiū suscipiens, sed pastor fuit ab æterno, ut sic oīa uera pascua ab hoc uno pastore Christo sint, & illi ab initio mundi tantū extiterint ueri pastores, q̄ Christi pastoris pabulo usi sunt, hoc est, q̄ docuerūt Christū uerū pastore esse, q̄ esset aliquñ positurus animā suā p̄ ouib⁹, & ita pauit⁹ oues, ne intoxicatis pabulis inficerētur. De hoc pastore lōge ante natū Christū uaticinati sunt, p̄phetę. Esa. xl. cap. Ecce deus uester. Ecce dñs deus in fortitudine ueniet &c.

Sicut pastor gregē suū pascit, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit fœtus, ipse portabit. Itē Eze. xxxiii. ca. Suscitabo sup ea pastore unū, q̄ pascat ea, seruū meū Dauid &c. Vos autē greges mei, greges paucę meę hoies estis & ego dñs deus uester &c. Cōmendatur itaq; noīe pastorat⁹ Christi eternū pascēdi officiū, q̄ uisus est Christus in oībus pastorib⁹, & q̄ ante eius aduentum uere ac sincere pauerunt, & adhuc hodie omnibus synceriter p̄dicantibus subministrat uera pabula, quæ ipse ex ore Patris sui accepit. Et quatenus existit Ecclesia, eatenus quoq; pascit, & largitur uera pabula. Ideo diximus Christi pastoratum æternū & naturalem esse. Quod autē nos uere pascimus, id nō est in nobis æternum aut naturale, sed acceptū ē beneficijs Christi, qui postquā ascendit in altū, dedit dona hominibus aperte, quæ tamen etiam prophætæ annunciantes de uero pastore Christo habebant, sed non ita manifeste.

Ego sum pastor.

Ego emphasim habet, q. d. præter me nemo uere pascit, & præter me nemo est uerus pastor. Quare qui se pastores ueros constituunt neglecto Christo, illi omnes fures & latrones sunt. Pastor naturæ & eternitatis nomen est, sicut & bonus, quæ nomina ad homines trāsferri possunt mutuatorie seu ex beneficio donationis.

Ille bonus.

Et pronomen ille emphasim habet, q. d. Christus: Ego sum ille pastor bonus, de quo ita multa extant in prophetis, & quem ita aude omnes homines expectarū, iuxta promissionē Patris.

Porro dicitur Christus pastor ab officio, nec solum, quia pascit, sed etiā quia regit. Hæc enim duo coincidunt in pastoris officium, ut pascat simul ac regat.

Admonemur itaq; huius pastoris officio, qd̄ Christus talis pastor sit, qui & pascere uelit, & potens sit nos in ueris pabulis potenti sua manu conseruare, id quod significatur baculo, quæ gerit pastor, ad abigendos lupos & hostes gregis. Bonus pastor appellat Christus à natura & ab effectu seu officio, q̄a bonos pastores facit.

Bonus pastor animam &c.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.
¶ Describitur in secundo hoc loco officium ueri ac boni pastoris Christi, qui non simpliciter pascit, sed ita pascit, ut etiam non dubitet animam suam ponere pro ouibus. Hoc opus proprie ad Christum pertinet, & monet nos, quo caute agamus in transferendis officijs Christi, ad reliquos ex hñficio pastores. Quare in hac collatiōe boni pastoris & mercenarij, sicut quoq; supra monui, uidendū est, quæ officia nobis p̄dicatoribus exemplo Christi conueniant & quæ nō. Quod nos pascimus, per similitudinem & mutuationem fit. Item quod nos boni sumus, eadem fit ratione. Quod autem Christus ponit animam su-

am pro ouibus, hoc opus nulli homini cōuenit, nisi sic uelis dicere: boni prædicatoris esse, uitam potius relinquere, quàm uelle deserere suos auditores cum incommodo & periculo conscientiarum. Hæc tamē mors, oues neq; iustas neque saluas reddit. Sed tantū confirmat eas, ut ex adfectionibus pro ueritate, spem maiorem concipiant & solentur se oues.

Bonus pastor.

Loquitur Christus de se suæq; psonæ, & est totus locus sequēs collatio Christi boni natura pastoris & mercenariorū falsorum pastorum. Bonus pastor ait, q. d. Christus, qualis ego sum, qui perpetuo pascō oues, neq; offendar infirmitate ouium: Nam hoc maxime cōuenit bono pastori, ut sanas & infirmas oues ex æquo curet, imō magis sollicitus sit de infirmis.

Animam suam.

Tropo scripturæ ponit animam pro uita, & sensus est, nos effici ueras oues morte Christi. Conuenit autem hæc definitio boni pastoris soli Christo, qui posuit animam suam pro ouibus ad iustitiam.

Pro ouibus.

Mirum est ita delectari scripturam uoce ouis quod fieri credo, uel quia ouis proxime accedit ad similitudinē morū in hoīe, uel quia omnium animantiū infirmissimū habetur, ut sic exprimaturs ouis nomine infirmitas mortalium. Faciet ad

amplificationē huius loci, si ouis naturam à circumstantijs tractaueris.

Mercenarius autem.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus huius Euāgelij de mercenario agit, hoc est, de illis pastoribus, qui in speciem sunt pastores, qui non agnoscunt Christū natura bonū pastorem, qui nō accipiunt sua pabula à pastore Christo, qui propria habent pabula, quibus pascunt conscientias, noxia & intoxicata. Verū ut non facile licet discernere mercenarium à uero pastore, quantū ad formā, ad baculum & perā attinet, ita facile quis in falsos pastores incidere potest, & eos, p ueris suscipere. Ideo Christus hoc in loco signa quædā ponit, è quibus cognoscantur pastores mercenarij, nimirū quando sibi oues faciunt proprias, hoc est, quando ita sibi subiiciunt conscientias, ut imperent illis pro arbitrio, & credant sibi omnia in illas licere, ut præscribant, quæ uelint illis, excommunicent, rursus recipiant, dānent pro libidine. Hoc unico signo uiderur Christus proprijsime uoluisse explicare omniū mercenariorū officia & naturā. Tales enim sunt mercenarij & corpore & animo, quod illis innata sit mira quædā regnandi & sæuendi libido in cōscientias, & quod plerumq; sint occupatiores in præscribendo & mandando, quàm ueri pastores. Huius signi è quo cognosci debēt mercenarij, mentionē facit & Apo

stolus. i. ad Timo. iiii. Vbi describit mercenarios illos, qui prohibent & iubent pro uoluntate, imò imperant conscientijs pro arbitrio, quorū tamē conscientia non sunt propriae, sed ad eum spectant, qui nouit iudicare & probare cōscientias. Et conuenit hoc signum proprie toti regno Pāpistico, quod tantam auctoritatem sine iure dominij sibi assumpsit, ut faceret sibi oues proprias quas ut proprias haberet Christus, posuit pro illis animam suam. In bonis ciuilibus, si quis alterius bona sine iure dominij, aut ui aut tyranni de occuparet, plecteretur fortassis, aut lueret maiorem pœnam, quanto nūc maiori pœna dignus esset, qui Christi oues proprias sibi facit, & tales quæ non humano precio coemptæ sunt, uerum preciosissimo Christi sanguine, adeoq; uita eius redemptæ.

Dicuntur uero mercenarij, qui à ueris heris seu pastoribus conducti sunt, idq; pro precio aliquo certo, cui solummodo student, interim nihil curant, siue bene siue male pascantur oues, neq; aueniat lupo, nec ne. Cogitant enim in animos Quid ad nos, etsi lupo rapiat aliquot, tamē nō sunt nostræ oues. Præterea nihilominus habebimus precium nostrum, ac si illas non raperet lupo. Fugiamus itaq; & nobis prospiciamus, ut ut interim se res habeat cum ouibus. Tales cogitationes quamuis sint rectæ in animis, tamē repore prorumpunt etiam in externas actiones, quales sunt etiam: foris deserere oues, & fugere.

Hęc signa omnibus mercenarijs sunt cōmunia & durant in perpetuum. Quemadmodum & illa sunt perpetua, ē quibus boni pastores cognoscuntur, qui exemplo Christi uere pascūt oues. Totus hic tertius locus est descriptio falsorū pastorum, à naturalibus officijs ac operibus.

Mercenarius autem.

Qui uita sua nō potest redimere oues, qui natura non est uerus & bonus pastor. Vrger Christus se esse uerum pastorem, à quo pendere debent oues & pastores ministri. Mercenarij natura omnes prædicatores sunt. Finnt autem boni pastores sub Christo pastore, cuius hic pastoratus cōmendatur ab æterno pascendi officio, nō quia pascit tantū, sed quia subministrat etiā pabula.

Et qui non est pastor.

A natura, & cuius oues non sunt proprie, qui naturaliter salutem ouibus ex se dare non potest. Ostendit hic locus, omnes oues proprie ad Christum pertinere, tanquam ad legitimum pastorem, à deo Patre constitutum. Magnæ est cōsolatiōis hic locus. Si em̄ oues ad Christū proprie spectāt: Ergo à Christo tā potenti pastore, pcul dubio seruabuntur ab omnibus luporū infidijs.

Videt lupum uenientem.

Lupum uocat prauos & falsos doctores, mūdum, satanam, adeoq̄ omnes tentationes.

Deserit oues & fugit.

Hoc est, non potest consolari conscientias iō

aduersitate. Ex hoc effectu mercenariorum cognoscantur omnes falsi pastores, qui pseudopastores sunt, quia sua doctrina non solantur neque tranquillam conscientias. Sic etiam Mat. vij. inquit Christus: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Vocat autem fructus effectus, sequentes doctrinam pseudoprophetarum, ut perturbare, irritare, labefactare conscientias. Ex contrariis effectibus boni pastores sunt, qui exemplo Christi boni & aeterni pastoris solantur & tranquillam suam doctrinam conscientias.

Et lupus rapit.

Vi, quia non habent pastorem Christum seruantem, aut uerbum eius, cuius praesidio seruari possunt. Quorum Christus pastor est, illos nemo est sua manu rapere potest. Ioan. xvi. Iudicium dei est falsorum pastorum doctrinam euanescere, & simul illos confundi.

Ac dispergit.

Succumbere ac desperare facit conscientias. Et hic finis est mercenariorum & falsorum pabulorum.

Mercenarius autem fugit.

Sicut & doctrina mala persistere non potest in tentatione, sic nec doctores. Et docet hic locus, falsos pastores tantum ad tempus subsistere &c.

Quia mercenarius.

Subiungit causam sumptam ab adfectibus committibus, quibus sunt praediti omnes mercenarii, quod leuius curent oues, quas non habet proprias.

Monet hic locus à contrario, quantā curā habet
at Christus bonus pastor, p̄ suis ouibus, q̄ non fa-
git ac deserit oues in tēpestate tentationum.

Ego sum pastor ille bonus.

Reperit Christus hæc, ut urgeat suū p̄storatū
& ostendat se esse solū uerū pastorē. Emphasi
habet pronome ego. q. d. Christus. Sicut alij qui
uelint: Ego tamē solus sum bonus pastor, & qui
pascō uere, & qui facio ueros pastores. Ille quo-
q̄ emphasi habet, q. d. Christus: Si uultis scire,
quis sit pastor ille bonus, q̄ uere uos pascere po-
test, neq̄ decipere, ad me respicite.

Cognosco oues meas.

Cognoscere non simpliciter est hic noscere,
qui sint oues **sunder sich der schaff an-
nemen** / & seruare eas, quod non faciunt mer-
cenarij, quanquam interim noscunt oues.

Et cognoscor.

Relatiua sunt cognoscere & cognosci. Chri-
stus cognoscit suas oues, quod ad se pertinent, &
cognoscitur ab illis, quod talis sit, q̄ seruare po-
sit, & qui sit uerus pastor. Diuersum fit in merce-
narijs. Hęc autem cognitio ex uerbo reuelatur.

Sicut nouit me Pater.

Probat exemplo hanc cognitionem certam
esse. Sicut enim Pater certo nouit Christum esse
filium suum, ita Christus uicissim certo nouit de-
um esse Patrem suum, qui eum protegere & ser-

ware uelit. Ad eūdem modum quoq̄ certæ sunt
 oues Christi, quod Christus noscat eas, & quod
 talis sit pastor, qui & possit & uelit seruare ac e-
 ripere e periculis. A contrario incerta est cogni-
 tio in mercenarijs.

Et animam meam.

Signum, e quo cognoscitur, quod Christus ue-
 re cognoscat suas oues, quia inquit: Pono ani-
 mam meam pro ouibus. Rursum signa sunt co-
 gnoscendi mercenarios: Primum, quia ipsi non
 possunt redimere oues aut seruare. Deinde dese-
 runt etiã oues in necessitate, & nō consolantur.

Et alias oues habeo.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus est de uocatione Gentium,
 quas magna cū nostra consolatione, qui e Gen-
 tibus sumus conuersi, Christus suas oues uocat,
 ut ostendat se non solum Iudgorum saluatorem
 esse, sed & Gentium, qua de re copiose disputat
 Paulus per totam epistolam ad Romanos.

Quæ non sunt ex hoc ouili.

Hoc est e Iudæis,

Oportet me adducere.

Reuelatiōe Euāgelij. Me emphasim habet, q. d.
 Christus, etsi per apostolos adducantur, tamen
 me oportet adducere.

Et uocem meam audient.

Verbum meum, quo adducam eas, Nam hoc

medium est, per quod adducuntur oues ad ouile.

Vnum ouile.

Vna Ecclesia è Iudæis & Gentibus constituta, ad Ephesios. ij.

Et unus pastor.

Qui uno pabulo, hoc est, prædicatione Euangelij, non lege Moysis pascat duos populos, Iudæos & Gentes, Restat hic locus communis tractandus de abrogatione legis.

IN EVANGELIUM DOMINICA IUBILATE,

Ioannis .xvi,

HOc Euangelium nobis quidem facile est intellectu, quia iam ex gratia dei scimus, qualis sit doctrina hæc, quam uocamus Euangelicam. Nimirum talis, quam odio habet totus mundus, & extreme persequitur. Ratio est, quia tanta mysteria non intelligit mundus, neque ualet iudicio rationis assequi, quam tamē omnia, quæ ob oculos uersantur, qua uidet mundus Euangelium non esse doctrinam conuenientem rationi, ideo ut dixi, illud persequitur. Cæterum quid interim pijs faciendum sit, dum mundi ingratitude cernitur aduersus uerbum hoc Euangelio monet Christus, confortans discipulos.

Pulos suos contra tanta scandala crucis & perse-
quutionis, ne animos despondeant, & ex presentis
euentu, circa uerbum ludente, æstiment Euangelij
doctrinam, sed credant futurum aliquando, ut decla-
retur hoc uerbum, fuisse potentia dei ad salutem om-
nium credenti. Est autem tota consolatio sumpta à fructi-
bus crucis, qui eam sequuntur, sed quia totum ho-
diernum Euangelium ferè in prædicatione cru-
cis consumitur, non abs re fore uidetur, eius me-
thodum hic ex uerbis Euangelistæ instituire.

Euangelista igitur definit crucem his uerbis :
Pusillum & non uideris me, & iterum pusillum
& uidebitis me, quia eo ad patrem. Est enim crux
nihil aliud, quam abstractio quædam præsentia
Christi ad tempus, & illud quidem pusillum, &
reapparitio post pusillum illud tempus, ut eat ad
patrem, & liberet nos è cruce. Et hæc duæ partes
proprie & necessario ad crucem pertinent. Nam
abstractio præsentia Christi, siue reapparitionis
spe, desperationem incutit, & succumbere facit
in cruce. Huc spectat sententia Pauli primo ad
Corinthios decimo: Fidelis est deus, qui non si-
net uos tentari, supra id, quod potestis, immo
faciet unam cum tentatione euentum, quo possi-
tis sufferre.

Item hæc uoces huc referri debent huius Euange-
lij, quæ sequuntur, mæror uester uertetur in gau-
dium. Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum. Et
spectat huc exemplum ductum à simili de muli-
ere parturiente. Qui uero ignorant alteram crucis

partē de apparitione Christi post pusillum tempus, illos oportet plane desperare & in maledictiones horrēdas incidere. Quemadmodum est videre in illis qui hunc crucis intellectum non habent, quā misere sæpe blasphemant & deos & homines, & ut peruerse accusent fortunam, cui suas calamitates adscribunt.

Causæ crucis.

Causæ crucis sunt: Beneuola dei uolūtas, charitas seu gratia, i. Pe. ij. Et sic ut hic inquit Christus: Ego uado ad patrē, id est, bñuola dei uolūtas est, ut ego per crucem glorificem patrem. Occasio crucis est ipsum Euangelium, id quod regit salus Dei cultū & damnat iudicia rationis in negotio Dei, unde commouentur hypocritæ & totus mundus cōtra pios & Euangelium, quod amplectunt. Inuitatoria causa est crucis, exemplum Christi præceptoris, qui cū ipse præceptor non potuerit sine cruce uadere ad patrem. Ergo ne discipuli possunt.

Effectus crucis & res cognatæ.

Plorare, lamentari, mœstum esse, liberari. Sic ait Christus ait: plorabitis & lamētābimini, sed mœror uester uertetur in gaudium.

Summarij loci.

1. Crux necessario uenit, ut p eam eatur ad patrem & ut glorificetur pater. Nam propter has finales causas patitur Christus.
2. Crux non durat supra uires nostras, sed ad

pusillum tempus, quoad Christus patitur & uideatur abesse.

3 Discipuli adhuc carnalibus adfectib⁹ ducunt, necdum intelligunt uerā glorificādi rationē patris, & sine cruce credūt cōtingere glorificatiōē

4 Vera glorificandi ratio ipsius patris nō intelligitur, nisi doctore Christo. Nam ratio abhorret crucē & aliā uisā glorificandi patrē credit

5 Effectus absentiae Christi alterae ipsius crucis partisiunt; plorare, lamentari &c.

6 Effectus reapparitionis seu resurrectionis Christi, alterae ipsius crucis partisiunt; liberatio, gaudium &c.

7 Quantum auxiliator sit Christus & quam res dulcis Euangelium, non intelligitur nisi per crucem, & mortificationem, teste exemplo, de Muliere parturiente.

De occasione hodierni Euangelij.

Quae hic sequuntur de secessione Christi ad pusillum tempus, extant apud Ioannem, post laetam illam concionem Christi de aduentu & missione Spiritus sancti, quem dicit in hoc uenturum, ut eum glorificet, qua glorificatione exposita, subiungit nunc Christus suam glorificationem, qua ipsum oportet glorificare patrem, uidelicet per crucem.

Pusillum & non uidetis me.

EXPLICATIO PRIMI LOCI,

¶ Primus locus propositio crucis est, qui de-

et crucem esse certissimum medium, per quod
 uult glorificari pater, Verum prodest hic scire
 causas finales crucis, & quare patiendum sit, non
 ut mereamur aliquid persequutione, sed ut inde
 glorificetur pater, cui sic uisum fuit per crucem,
 hoc est, quod ait Paulus. i. ad Corinth. i. per stultitiam
 illudere mundo & mundi sapientibus.
 Magna itaque consolatio ex hoc loco petenda uenit,
 scilicet, nos cum patimur non temere patiri,
 sed ut inde glorificetur pater, & sic eatur ad patrem,
 Duo sunt quæ omnibus pijs extenuant crucem:
 Alterum quod sciunt crucem suam esse gloriam patris.
 Alterum quod sciunt non esse aliam uiam eundi ad patrem,
 quam ipsam crucem. Mundus quia non curat uerbum Dei,
 ideo credit crucem ignominiam esse, neque credere potest
 per crucem glorificari patrem, & crucis uiam esse,
 per quam eatur ad patrem. Rursum filij Dei
 glorificantur sub spe gloriæ Dei, hoc est, ducunt se
 esse gloriosos in cruce & afflictionibus, ad Ro. 5.

Et iterum pusillum.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus huius Euangelij hic sumit
 exordium, & promittit liberationem ex reap-
 paritione Christi in cruce ne, despondeamus ani-
 mos, sed sciamus certo futurum, quod is qui pro-
 iecerit nos in crucem, & propter quem patiamur
 ipse uelit nos etiam aliquando liberare. Naturales
 quædam uicissitudines rerum naturalium docent nos,
 quam Deus non potest non exaudire nos & in reuer-

ratione, liberare. Videmus enim post noctem sequi diem, post tenebras lucem, post amara dulcia: quæ quidem vicissitudo rerum in rebus civilibus, merito nobis constitutis in periculis, animum erigere deberet, & si etiam nõ esset expressum uerbum Dei, quod eandem vicissitudinem certã esse in cruce doceret. Nec dubito quin Deus singulariter uoluerit eam spem nobis à natura insculptã, qua consolaremur nos in rebus turbulentis, rerum feliciũ subsequutione. Et Genes se sæpe hac spe erexerunt in periculis, ut apud Vergilium. i. Aeneidos: Sperate & uosmet rebus seruate secundis. Docet itaq; hic locus secundus, crucem nos expugnare non posse: & si omnem suam potentiã contra nos moueat. Siquĩdem Christus post pusillum redit, nec finit nos supra uires tentari. i. ad Corinth. x.

Videbitis me.

Videre Christum nihil aliud est, quàm in cruce experiri præfidiũ eius, Verũ reapparitio Christi in cruce non sequitur propter nostras passionẽs, sed quia Christus hic promittit se post pusillum rediturum. Et nisi ipse promississet, non sequeretur etiam, nec iuaret sperare liberationẽ.

Quia ego uado ad patrem x

Per mortẽ scilicet. Et est hic locus causa, quare iterũ discipuli uidere debeãt Christũ post pusillum temporis, quia inquit: ego uado ad patrẽ, ergo uidebitis me, id est, quia ego patior, igitur uos sentietis.

ris à patre meo liberationem. Obserua refocillationis in cruce causam esse, progressum Christi ad patrem:

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Dixerunt ergo quidam.

¶ Tertius hic locus exemplum infirmitatis seu incredulitatis in discipulis proponit, qui nō dum intelligunt post tot auditas conciones de cruce, q̄ crux sit uia, per quā eatur ad patrē, & p̄ quam uelit glorificari pater. Carnalis itaq; adfectus est credere salutem nobis contingere sine cruce, & impietatis plenus, propter quem non dubitat Christus Matth. xvi. Petrum satanā uocare. Abi post me satana, inquit, obstaculo es mihi, quia non sapis ea, quę sunt dei, sed ea, quę sunt humanum, q. d. Christus: Tu consulis mihi ex humano adfectu, quo sim mihi propitius, & quæram aliam uiam perueniendi ad patrē: Verum hæc consulendo, non intelligis uoluntatem patris, neq; ueram uiam abeūdi ad patrem. Qui igitur post me uult uenire & c.

Causa carnalis affectus in discipulis est per seua fio illa de regno Christi externo, quod sperabant futurū corā mundo gloriosum: igitur nō intelligebāt uerba Christi de cruce, exēplo apostolorū adhuc quotidie nos infirmi sumus, quęrentes alias uias glorificationis quàm crucē. Cū uero discipuli nō sint à Christo, p̄pter suā infirmitatē reiecti: quare & nobis sperandū est: post q̄ oia

quæ scripta sunt, scripta sunt in consolatione nostrâ, ut ex scriptura habeamus spem, ad Ro. xiiij.

Cognouit autem.

¶ Hæc diuinitatem Christi probat, qui etiam cogitatus hominum nouit

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Et dixit eis.

¶ Quartus locus monet humanam naturam per se aut ex se uerbum de cruce non intelligere, in causa uero est, quia crux iuxta iudicium rationis non glorificat, sed perdit potius & denegat. Nam qui coram mundo uult glorificari, oportet ut hoc potentia, magno apparatu & pompose faciat. Et hæc media sunt glorificandi in hac terra coram mundo. At in regno Christi alia res est, in quo glorificandi media plane contraria sunt illis, quibus mundus utitur, ibi pro potentia infirmitas est, pro magno apparatu, sordes, & pro pompa contemptus. Hinc fit etiam, quod sermo crucis Iudæis offendiculum fit, Gentibus uero stultitia. i. ad Corin. i. Cæterum hæc esse media glorificandi patrem, nemo capit, nisi instituat per Christum.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

Plorabitis.

¶ Quintus hic locus incipit de effectibus absentiae Christi in cruce, qui sunt ploratus, lamentatio, mæror &c Plorabitis, inquit, scilicet dum ego patior, & eo glorificaturus patrem per crucem.

Vos.

Emphasim habet, qui habetis uerbum meum, propter quod, & quo presente solet uenire crux Ioan. xv. Sed hæc omnia faciēt uobis propter nomen meum. Hoc enim occasio est crucis.

Mundus autem.

Quia caret uerbo meo, quia non nouit eum, qui misit me, Ioan. xv. Obserua causas & occasiones, ex quibus mouentur impij ad persecutionem, uidelicet carentiam uerbi & ignorantiam dei, in terra tamē gloriātur persecutores piorū in magna securitate credētes se iustos esse, & tales, qui præstāt deo cultū, dū persequuntur fideles.

Gaudebit.

Quia credit se cultum præstare deo, dum mouentur illos eradicare, qui uolunt interrumpere religionem.

Vos autem.

Alius effectus, crucis ex absentia Christi seu passione.

Sed inuocor uester.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

Sextus locus effectus reapparitionis seu resurrectionis Christi in cruce continet, qui sunt letitia & gaudium &c.

Vertetur in gaudium.

Quando uidebitis me rursus reapparere & cito resurrexisse atque uicisse satanā cum peccatis. Est enim causa gaudij accepti post crucē, reapparitio seu resurrectio Christi. Cuius uires si quis apprehendit, ille non potest in cruce perire, siquidem scit

Christum in hoc reapparuisse & resurrexisse à mortuis, ut oēm crucē tolleret &c.

Docet hic locus usum reapparitionis seu resurrectionis Christi, qui est adferre gaudium: Resurrectio itaq; seu apparitio Christi in omni cruce diligenter expēdenda est, quę nunquā poterit esse ita magna, quā nō reapparitio seu resurrectio Christi auferre possit, & pro illa gaudiū adferre. Oritur uero gaudiū hoc ex fide erga reaparitionem seu resurrectionem Christi, quę apprehēdit potentiā Chri, qua reapparuit & resurrexit potētissimus dñs sup oīa mala & pericula.

EXPLICATIO SEPTIMI LOCI.

Mulier cum parit.

¶ Exemplo probat Christus crucē sequi gaudiū. Et hic exorditur Euāgelista septimū locū, p̄ alijs obseruatu dignū in hoc Euāgelio, q̄ monet neminē posse uere intelligere Euāgeliū, & puenire ad uera gaudia adeoq; Euāgelij dulcedinē nisi prius cruce mortificatus fuerit. Quēadmodū em̄ mulier nō p̄t uere p̄cipere, quantū gaudiū sequatur partū laboriosum, nisi ipsa prius pepererit. Ita fieri nō potest, qd' q̄s uere intelligat dulcedinē, q̄ sequat crucē, nisi prius in cruce periculū fecerit. Et ut mulier nō p̄t nō maximo gaudio amplecti natū filiū post partū, Ita quoq; fieri nō potest, quin maximo ac incredibili gaudio afficiatur, qui ē cruce sunt liberati. Tandem fit, quod gaudium liberati hominis ē cruce succedat in locum nati filij.

Potro' ut à muliere iam non tollitur mæror, donec habet filium natum, ita etiam mæror nō aufertur ab hominibus, donec Euangelium habeat, quod loco filij nati est.

Studet præterea mulier summa diligētia gaudium illud unā cum filio reseruare & custodire, ne pereat & auferatur. Sic quoque curæ esse debet homini liberato è cruce & renouato p̄ nouificationem, ne per negligentiam amittat rursum iuum gaudium & ipsum Euangelium. Neque hoc negligendum est in præsentī exemplo, certo futurum in muliere partu laborante, ut liberetur, & fructum sui partus accipiat. Ita quoque certum est liberari hominem in cruce constitutum. Quamquam una mulier alia muliere nonnunquam citius, nonnunquam segnius ac tardius parit. Sic etiam unus alio lōgius & breuius uersatur in cruce. Nec tamen cū diu laborat mulier in partu, dubitat aut desperat de liberatione, ad eundem modum neq; in cruce agenti, de liberatione desperandum est.

Item mulier in partu constituta, opus habet alijs mulieribus, quæ iuuent & consolentur illā, quantū ad humana præsidia attinet, reliqua operatur deus. Sic etiā cruce vexatus nō debet contempnere media, p̄ quæ solatur deus, & finit ducere ad fidē per uerbū, alia, quæ ad liberationem pertinebunt, p̄uidebit deus. Et huius rei gratia etiam inuēta est priuata cōfessio, in qua alter alteri delegit suas anxietates, ut illis tandem me-

delā accipiat. Proprie pertinet hic locus ad mortificationem, quæ ipsissima est causa & uia, qua uere progredimur ad lætum illud Euangelium, uerum & perpetuū gaudiū, quod quale sit, tantum illi sentiunt ac intelligunt, qui prius p mortificationē seu pœnitentiā mortificati, ad Euangelium perueniunt. Aduersarij uerbi rident nos hodie, qd' multum gloriemur de Igro Euangelij nuncio. Verum illi nō intelligūt, quantus thesaurus sit Euangelium, quia nondū senserunt carnificinam Papisticam esse loco crucis, neq; unquā fuerunt uere mortificati. Ubi res dulcis est potus, qui iniuriam sitis sentit. Sic etiam dulce est Euangelium conscientijs Papistica tyrannide oppressis. Neq; nostri Euangelici hodie intelligūt uere, quantus thesaurus sit Euangelium, postquā in omni securitate sine ulla mortificatione uiuunt:

Quia uenit hora.

Mulier nō laborat partu, nisi sua hora, neq; dolorem habet. Sic nec nos ferimus crucē, nisi conficuto tempore, quando deo sic uidetur, ut probet fidem nostram per crucem. Aliās nihil potest nobis accidere, iuxta exemplum passerculorum. Matthæi cap. x.

Cum autem peperit, iam non meminit anxietatis.

Sic homo in cruce positus, cum sentit se usū & fructu resurrectionis Christi liberatum, præ

dulcedine liberationis amplius non meminit anxietatis.

Propterea.

Causa obliuionis ipsius anxietatis, quia liberatus è cruce uidet se placatum habere deum, qui iuuare, non perdere uelit, quia uidet se pro filio satanæ esse natum filium dei per Euangelium, per lauacrum regenerationis in Spiritu sancto per uerbum.

Et uos igitur.

Applicatio collationis ad discipulos.

Mœrorem habetis.

Patiente me crucem, uel ex absentia mea.

Iterum uidebo uos.

Post resurrectionē, Marci ultimo, & in reliquis Euāgelistis, pmissa hæc seruauit Christus. Iterum uidere, uoces sunt plene omnis consolationis.

Gaudebit cor uestrum.

Non inquit: corpora uestra, sed cor uestrum quod gaudet etiam, ubi corpus externe patitur. Quanquam suo tempore deus etiam cum exteris persecutionibus finem facit.

Gaudium uestrum.

Magnæ consolationis uerba, gaudium nostrum duraturum in perpetuum, q. d. Christus. Mundus cum uos persequitur gaudet, & in lætitia incedit, uerum illud gaudium ad breue tempus durabit, quum uestrum erit æternum.

Et in illo die.

Scilicet postquam resurrexero.

Non interrogabitis;

Hoc est, palā uidebitis me glorificari & p̄dicā
ti per totū orbē, ita tamē, ut etiā me nō amplius
opus habeatis hic carnaliter p̄dicando uobi s,

IN EVANGELIUM

IOANNIS .XVI. CAP. DOMI

nica Cantate.

PRæcipua pars hodierni Euangelij con-
sistit in officio Spiritus sancti explicādo,
q̄ ideo mittitur à Christo, ut regnū illud
spirituale Christi reuellet, & cæcitatem
mūdi circa hoc regnū detegat. Regnū em̄ Chri-
sti spirituale, quia in fide consistit, à mundo non
percipitur, sicut nec iustitia nec beatitudo illius;
Et mundus, quia ratione ducitur, hinc fit, quod
regnum aliud, iustitiā aliā, tandem & aliā beati-
tudinem requirat, res accedentes ad iudicium ra-
tiōis, quæq̄ uideri oculis possunt, & palpari mani-
bus. Tales itaq̄ cum sint res à ratione probatæ,
idcirco arrident mūdo, & ex hoc præbent se p̄dā-
tæ res obstacula, quorum gratia nunquam in-
telligi potest, regnū spirituale Christi. Discipuli
hic exēplar sunt mūdi, q̄ quoq̄ adhuc carnaliter
cōfidunt & sperāt in p̄sentiam Christi, quasi ideo
uenerit in hūc mundū, q̄ uelit carnale regnū ocu-
lis expositū, institueret, quare cū audiūt Christum

uelle redire ad patrem, à quo missus erat, imple-
 tur mœstitudine corda illorum, q. d. nos spera-
 bamus te hic auspicaturum regnum, & iam dicis
 te uelle ad Patrem uadere. Sic omnes nos sumus
 natura adfecti ante missionem Spiritus sancti, &
 semper somniamus carnale quippiam de regno
 Christi: At cum uenit Spiritus sanctus ille docet
 nos regnum Christi in fide ac spiritu, non in ex-
 terno dominio externi regni consistere. Tunc ran-
 dem corruet & iustitia illa, quam nos fingimus
 ante Spiritus sancti reuelationem: & iudicium
 nostrum, quo iuxta rationem iudicamus de re-
 gno Christi. Postremo & reuelantur peccata no-
 stra de incredulitate nostra aduersus Christum
 unicum saluatorē, uidentes ea peccata esse, que
 prius pro iustitia iudicauimus, ut fiduciam ope-
 rum, & similia. Venit autē Spiritus sanctus, ne-
 quis peculiarē apparitionē sibi fingat, qm̄ p̄dicat-
 tur uerbū, quod Spiritus sancti opus est. Is enim il-
 luminat nos, ducit ad cognitionem uerbi &c.

Summarij loci.

- 1 Christus uadit ad Patrē, regnum spiritua-
 le auspicaturus.
- 2 Discipuli dum tristatur, ga audiūt Christū ua-
 dere ad Patrē, ostendūt se regnū Christi nondū
 intelligere, atq; adeo phibēt se exēplaria oīum
 hoīum carnaliter de regno Christi iudicantiū.
- 3 Præcipua utilitas est discessionis Christi ad Pa-
 trē, ut mittat nobis Spiritum sanctū, q̄ intelligat
 mus regnū Christi spirituale esse, Estq; totus hic

locus descriptio officij Spiritus sancti uenientis
in mundum.

4 Res mundi, contra quas potissimum ager
Spiritus sanctus exercens suum officium, iustitia,
iudicium & peccatum sunt.

5 Media seu signa, p quæ debet cognosci Spiritus
sanctus. *Occasio huius Euangelij.*

Occasio huius Euangelij nascitur ex præcedem
tibus, in quibus confirmat Christus suos discipu
los aduersus scandala crucis, ne cum postea uide
ant se exponi cruci, animos despondeant, sed sci
ant per crucem eundum esse ad gloriã, & hanc
unicam esse uiam glorificandi Patrem, qui lon
ge alia ratione glorificari uult, quàm uel natura
humana uel ratio intelligit. Subiūgit uero Chri
stus in hodierno textu manifesta prædicatiōe, si
bi esse abeundū p mortē ad gloriam, & ut nouū
regnū auspicietur. Nā suū non erat regnū de hoc
mūdo, & ut mittat Spiritum sanctū, qui regnum
hoc Christi spirituale reuelet mundo. Propter
has duas causas Christum uadere ad Patrem hic
explicatur. Prior colligitur ex discessu Christi,
qui si hic regnum ordiri uoluisset, tunc oportu
isset illum mansisse in hac terra. Posteriorem te
xtus aperte prodit, dum ait: Ut consolator ad
uos ueniat &c.

Nunc autem uado

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Constat nunc ex causis p̄dictis, Christū ideo

nelle abire ad Patrem, ut nouū regnū ordiatur
 & Spiritum sanctū mittat. Et quū tale sit regnū
 Christi, quod nihil cōmune cum mūdi regno ha-
 beat, & ad quod intelligendū non humana sapi-
 entia, sed Spiritus sanctus requiratur. Item q̄ non
 externo apparatu & triūphis celebre sit: sed per
 mortē, & celebre fiat & paretur. Necessē igitur
 est hoc Christi regnū, prius aliud esse, quā uel
 mundus, uel sapientia carnalis somniat. Spiritua-
 le itaq; hoc regnū est, & ultra omnem intelle-
 ctum humanum positum, & quod solo Spiritu
 capiūtur, cuius autor & rex Christus est, cuius esse
 etus spirituales, cuiusq; p̄m̄ium æterna est uita.

Vadere autem ad Patrē, nihil aliud est, quā
 Christum per mortem ire in gloriam Patris, quā
 p̄m̄ium cruci Deus Pater proposuerat. Idem
 p̄m̄ium adhuc manet omnes ad imitationem
 Christi adstrictos.

Ad eum, qui misit me.

In hoc, ut reuerterer aliquando, & auspicaret
 regnū nouū ac spirituale in reuertēdo p̄ mortē.

Et nemo interrogat me.

Quia multa p̄dixerat discipulis Christus an-
 tea de cruce. Videtur nunc tamen occulte insinu-
 are, quid decessisset apostolos, cum p̄poneret il-
 lis discessum suum, quem si intellexissent, procul
 dubio interrogassent. A deo enim non intelligit
 caro uiam eundi ad Patrem esse crucem.

Sed quia hæc,

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Christus, pposuerat apostolis suū discessum ad Patrē, in hoc, ut auspicaretur regnum suū spirituale, ad quæ uerba Christi in ceperunt discipuli dolore affici, ad quæ potius exultare debuissent, si intellexissent causas discessionis. Verum ut discipuli præberent se exemplaria iustitiæ humane in intelligēdo regno Christi, hæc omnia facta sunt. Regnū mundi, potētia, uic atq; armis paratur, cuius effectus ocalis sunt expositi, quod tandem sequitur externum præmium, ut possessio regionum, urbium, castrorum &c. De his rebus, si dixisset Christus, quod magno apparatus, & aliquot millibus equitū, suum regnum incipere uellet, hæc omnia probe intellexissent discipuli, & fuissent talia illis gaudio. Qui enim homo non delectaretur tātis & tam magnificis rebus? Sed quia audiūt Christum abiturum ad Patrem, idēq; per crucem, ideo mœrore adficiūtur. Et si licet diuinare cogitatus discipulorum, in ea tunc sine dubio steterunt sententia, quod in cordibus suis omnia, quæ prius locutus fuit Christus de regno suo, pronihilo habuerint. Sunt igitur hic apostoli exēplaris loco nobis p̄fixi, q̄ quare nus caream⁹ Spiritu sancto: eaten⁹ nihil intelligam⁹ de regno Christi, gloriemur interī de nostris operib⁹ quantū uelimus.

Mœstitudo.

Non tā ga abero, q̄ ga uidetis uos carituros externis illis p̄mijs, q̄ in meo regno sperastis uos

accepturos. Consolatur quoque hic locus nos infirmos, ne desperemus statim, ubi non per omnia perfecti simus, post diu auditum Euangelium,

Sed ego ueritatem,

Q. d. uestra de regno meo opinio falsa & mendax est, Ego uero dicam uobis ueritatem, quare mihi abeundum sit, & ut intelligatis quale sit regnum meum, & quid in eo expectandum. Obserua Christum docere meliora, non reijcere aut summo iure ex postulare cum infirmis apostolis.

Expedi.

Omnia quae facit Christus, in nostram utilitatem facit, ita ut etiam uadere ad patrem, hoc est, ipsa eius mors prodest nobis, quae tamen humanitas loquendo nemini prodest.

Si enim non abiero.

Causam addit utilitatis suae abitionis, quae est missio Spiritus sancti. In hoc enim abiit Christus ad patrem, ut nouum regnum auspicaretur & Spiritum sanctum mitteret, qui exponeret hoc regnum, qui uocaret ad illud, qui fidem daret ad hoc regnum pertinentem, postremo qui conseruaret nos in hoc regno.

Consolator.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus continet utilitatem mortis & passionis & discessionis Christi ad Patrem, quod ideo abierit ex hoc mundo, quod uoluerit regnum spirituale incipere, quod inceptum nemini pro-

fuisse, nisi misisset quoque Spiritum sanctum, Nam cum regnum spirituale esset futurum, & nos carnales eramus, nullo modo illud intellexissemus. Sicut nec hodie intelligimus, nisi praesidio Spiritus sancti. Quare nostra causa meminimus Spiritum sanctum missum esse a Christo, qui ducat nos in omnem ueritatem, hoc est, reuelat peccata nostra, quae naturaliter nobis inhererent, nec tamen pro peccatis agnoscimus: scilicet non credere in Christum, prodat iustitiam nostram coram Deo summam iniustitiam esse, tandem ostendat sanam iudicatum esse per reuelatum Euangelium, quae omnia nemo intellexisset, nisi Christus Spiritum sanctum misisset, quem in hoc terro loco certo uenturum promittit, qui etiam uenit in die Pentecostes, sicuti legitur Actorum, i. Et sic oritur hic locus descriptio officiorum Spiritus sancti. Consolator uocatur Spiritus sanctus ab effectu seu officio, quod eius officium sit & quidem perpetuum, quoad durat regnum hoc spirituale consolari conscientias hoc in mundo.

Mittam eum ad uos.

Mittitur Spiritus sanctus, non acquiritur nostris uiribus, Et ut iam missio Spiritus sancti donum Christi est, ita quoque reuelatio peccati, iustitiae &c. effectus Spiritus sancti.

Et cum uenerit ille.

Subiicit nunc res Euangelista, contra quas exercebit Spiritus sanctus officium suum, ad expe-

diendum à Christo susceptum .

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Tria obstacula hic recenset Ioannes, q̄ per officium Spiritus sancti amouenda sunt, ut spirituale hoc regnum intelligatur, uidelicet peccatum, quod est nō credere in Christum, quod natura nemo intelligit, & nisi intellectum, non patet aditus ad regnum Christi: Ignorantia ueræ iustitiæ, quæ Deo placet, quam quoq; ex se nemo capit neq; potest præstare. Et iudiciū quo nō intelligimus natura iudicatum esse satanam, reuelato Euangelio. Hæc tria obstacula in omnium hominum animis radicatus hærent naturaliter omnibus implantata, quæ nemo ex se intelligere aut suis uiribus tollere potest. Quare ad hæc & intelligenda & tollenda, promittitur in hoc Euangelio Spiritus sanctus. Porro quia regnum Christi in mundo circa homines uersatur qui sunt peccatores, neq; aliter nouerunt à natura quàm peccare, colere propriam iustitiam, & iudicare suo more de Euangelio. Igitur iam nō suadet Spiritus sanctus dum facit sua officia, quo ex mūdo abeas, ne sit tibi occasio peccandi, neque uult iustitiam civilem non esse iustitiam coram mundo, aut iudicium humanum in rebus humanis. Sed docet te, ut uere cognoscas, quid sit peccatum. Quisq; enim per se fingit hoc uel aliud peccatum esse, sicut id satis experti sumus sub regno PAPAË. At accedente Spiritu sancto & arguente nos per uerbum, nouimus tunc

Illud peccatū esse, quod nemo antea pro peccato iudicauit. Sit scimus nunc peccatū esse, nō credere soli Christo iustitiæ nomine, quā ante missionem Spiritus sancti omnes ignorauimus. Ad eundem modum de iustitia & iudicio loquendum est, quæ duo prorsus nō cōsiderauimus ante reuelationem Euangelii, per quod arguit Spiritus sanctus mundum. Et ferre tamē potest Spiritus sanctus iustitiam civilem & iudicium humanum, modo in regno Christi scias esse aliam iustitiam, quæ fide erga Christum paretur: aliudque iudicium, quo iudicatur de regno satanæ ac hostibus Christi superatis.

De peccato, quia &c.

Seipsum exponit Christus, quid uelit intelligi per peccatum: Nimirum incredulitatem contra se, quæ sola damnat, sicut etiā sola fides in Christum seruat. Papiſtæ traduxerunt hunc locum suo more ad incredulitatem Turcarū, & nescio ad quam infidelitatem hominum longe à nobis populorū. Sed meminissent se in hac parte plus peccare quā Turcas, quia uideri uolunt Christiani, & interim suis operibus sine fide in Christum laborant iusti fieri. De hoc peccato mundus nihil nouit, & dum per uerbum reuelatur incredulitas in Christum, fit, quod pro ridiculo habet, neque credit hoc peccatum esse, ideo etiā persequitur prædicatores exaggerātes ac ostendentes hoc peccatum per uerbum,

De iustitia.

Ut reuelet & detegat iustitiã nostrã ex nobis ipsis paratam coram deo nihil ualere. Est aut iustitia nostra seu ex nobis parata, quæ ex nostris operibus, sine expresso dei uerbo cõflatur in hoc, ut p illã iustificemur coram deo. Hęc quia ex honestatis fontibus, a deo q̄ ex illis operibus, quæ certa persuasione creduntur esse cultus dei pro- manat, ideo a nobis magno in precio habetur.

Quia uado.

Causam annectit, quur arguet Spiritus sanctus mundum de iustitia, quia inquit: ad Patrem uado, hoc est, nouũ regnum auspicaturus, in quo ualebit coram deo alia iustitia, quam uos imaginatis. Vadere enim ad Patrem nihil aliud est, quàm nouum regnum auspicari, in quo ualeat alia iustitia, quàm ea, quam mundus pro uera iustitia tenet. Mundus causa suæ iustitiæ ex operibus & illis quidẽ honestis, & sepe in uerbo præscriptis habet.

Regnum uero Christi, suæ iustitiæ autorem habet ipsam fidem in Christum, quæ est donum Spiritus sancti. Porro hanc iustitiam non nouit mundus, igitur persequitur eam in credentibus. Est aut mūdus hoc in loco omnes illi, qui extra Christum seu fidem in illum, querunt iustitiam.

Et post hac non uidetis.

Scilicet p̄sentialiter. Obserua Christi regnũ ne quidem in corporali sua p̄sencia consistere.

De iudicio.

Iudicium simpliciter uocat cæcitatem illã humanam, qua probat mundus natura regnum & opera satanæ. Habet enim mundus corruptum iudicium ex lapsu Adæ, ita quod non uidet, uti mancipium satanæ, quæ probet deus, quæ non. Item, qui post reuelatum etiam Euangelium ad huc probet satanam cum suis operibus. Cæterũ satan Princeps dicitur respectu regni seu ducatus, quem potentissimum habet, opibus, gloria, potentia, & omnibus alijs rebus, quas probat naturaliter mundus ornatum, quas res omnes iudicauit & uicit Christus, unã cum ipso satana. Cernuntur uero primum iudicatæ & uictæ, quando reuelatur Euangelium. Huc pertinent loci scripturæ de gloriosa uictoria Christi, quæ per Euangelium propagatur. Quod satan iudicatus est, unus è effectibus Euangelij est. Ponit uero Euangelista principalem effectum tanũ ipsum diabolum, sub quo comprehendit reliquos, peccatum, mortem, mundum, & omnia mundi.

Princeps mundi iam.

Hoc est, satanæ regnum per Euangelium iam reuelatum est. Iudicatus enim & uictus diabolus statim est, cum Christus lætum illud Euangelij nuncium, quod fugat satanam, finit per Spiritum sanctum in cordibus per uerbum prædicari, ideo addit particulam iam.

Adhuc multa habeo.

Scilicet de cruce & eius gloria. Obserua nunc quā ita perfectos esse auditores uerbi, quin semper adhuc opushabeāt multis, de quibus admo-
neantur successiue. Siquidem simul & semel nō
possunt omnia intelligi, & tenet cognitio dei p-
fecta certos suos gradus & successiuos, sicuti pa-
ter ē parabola de semine proiecto in terram, ac
sensim atq; sensim excreſcente.

Sed non potestis portare modo.

Propter infirmitatem uestram, cui nunc mo-
inſeruire oportet. Sic infirmis conscientijs præ-
dicatores, primum lac præbent, inde cibos soli-
diores. Potuisset uero Christus permiscuisse in-
firma cum solidis, nisi utilitatis gratia maluisset
hunc in docendo seruare ordinem, & Spirituſan-
cto suum officium relinquere, quod est confortare & erudire à die in diem conscientias.

Cum autem uenerit ille.

Iuxta meam promissionem,

Qui est Spiritus.

Descriptio Spiritus sancti à naturali suo offi-
cio procedēte in eos, in quibus operatur. Et hoc
est ducere in ueritatē omnem, glorificare Chri-
stum & exponere regnū eius. Dicitur uero Spiri-
tus sanctus Spiritus ueritatis ab effectu seu offi-
cio, quia ducit in omnem ueritatem, & facit ue-
races, qui ipse natura est uerax, ad oīē ipsa ueri-
tas. Hæc adhuc pertinet ad officij locum, & doc-

rent Euangeliū intelligi sine Spiritu sancto non posse.

Ducet uos in oēm ueritatē.

Non in Papistarum hominum figmenta, quæ ipsi inuenerunt sub prætextu huius textus, quasi successores & uicarij Christi, ea complentes, quæ hic Christus reseruauit Spiritu sancto. Si uerum est, Papæ officium esse, adimplere hæc, quæ omni sit hic Christus propter infirmitatem discipulorum, sequitur Papā Spiritum sanctum esse, quæ adimpleretur omnia dicit Christus, aut ad minus Vicariū Spiritu sancti, non Christi, de quo gloriatur absurde. Veritatem opponit hic Christus humanis traditionibus, ut figmentis, quæ non sunt ueritas.

Non enim loquetur.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus, pponit signa, per quæ cognoscitur Spiritu sanctus, ne inani gloriatiōe illorū deciperemur, qui suas traditiones sæpe etiā impias forent sub prætextu nominis ipsius Spiritu sancti, cōscientijs pposituri: Ideo uoluit hic Christus ita diligenter suis coloribus depingere Spiritu sanctū, certo sciens aliquando futurum, quod Papa foret sibi uēdicaturus officium Spiritu sancti in complendis illis rebus, quas hic Papistæ somniant propter infirmitatem discipulorum omisisse Christum. Verū nihil omisit Christus, neq; misit Spiritum sanctum, ut noua doceret, sed ut tantum exponeret illa, quæ prius docuerat, sicut sequitur.

A semetipso.

Non loquetur aliud uerbum, sed locutū à me
 uerbum exponet. Diuersum facit Papa, qui nō
 exponit uerba Christi, sed aliud à uerbo Christi
 alienum adfert.

Et quæ futura sunt.

De Euangelio propagando in Gentes.

Ille me glorificabit.

Exponet, clariorē reddet, & illustrabit. Cōtra-
 ria facit Papa, qui obfuscat Christū & doctrinā.

Quia de meo accipiet.

Aetiologia glorificationis sumpta à medio, p
 quod glorificabit Spiritus sanctus Christum, hoc
 ipsum uerbū est, sicut inquit, de meo accipiet, id
 est, meo uerbo glorificabit me. Potest & aetiolo-
 gia duci à necessario. Quia natura non intelli-
 git uerbum, neq; regnum Christi. Idcirco pro-
 pter infirmas conscientias quæ uerbum & re-
 gnum Christi spirituale non intelligunt, accipiet
 Spiritus sanctus illud uerbū, per quod & regnum
 de Christo annuntiabit alijs atq; exponet.

IN EVANGELIUM

IOANNIS .XVI. DOMI-

nica Rogationum.

O

CCASIO temporis uidetur Papi-
 stis ansam præbuisse ordinandi hoc
 Euangelium in præsentem Domini-
 cam. Et cū nos è Gentibus conuersi

fimus, à quibus & multas ceremonias contraxi-
 mus: uerisimile est & hanc consuetudinem à Gen-
 tibus ad nos peruenisse, quo olim consueuerunt
 Gentes uernali tēpore preces fundere frugum
 præsidibus & illis sacrificare pro conseruatione
 frugum, ne iniuria tempestatum perderentur.
 Quare cum textus hodierni Euangelij petiti-
 nis mentionem faciat, & oratione impetrentur
 tempestates serenæ: Ideo uoluerunt ueteres hoc
 Euangelij cum tempore conuenire. Verum per
 ueritas superstitiosorum hominum tandem, si-
 cut in reliquis omnibus bonis ac pijs institutis,
 & hic se magistrum declarauit, honestum uete-
 rum institutū & supra modum laudabile ac ne-
 cessarium in horredum abusum successu tempo-
 ris detorsit, ita quod hæc feriæ à ueteribus rogati-
 ones appellatæ apud nos merito nunc Bachana-
 lia & Lupercalia festa appellentur, in quibus ore
 precatur Deus, mente interim plane impia &
 crapulosa existente. Sublato itaq; abusu, hoc fe-
 stum nihil mali habet, sed est necessarium & ual-
 de utile, quo Deus precibus nostris motus, di-
 gnetur sua benedictione, sparsas in terram sege-
 res excrescere nostrisq; cū fructu ad horrea redi-
 re. Vt enim in omnibus rebus semper opus est
 benedictione domini, sine qua exarescunt & pe-
 rebunt cuncta: Sic quoq; circa fruges illa opus ha-
 bemus, ne satan aeris princeps, pro potenti suo
 imperio, tempestatibus iniquis frugibus noc-
 eat, nosq; ob frugum interitionē postremo ad

desperationē & maledicentiam adlgat.

Porro ut semel pro dignitate exponam, quid sit oratio, quę eius causę, qui fructus, qui tandem finis eius, accingar pro uirili absolute de his rebus differere, & ut uere orare discatis, & ut melius textum Euangelij de oratione intelligatis. Quantum ad uerba attinet, quibus nos uti uult Christus inter orandum, de his alias serpe egimus, & quę quisque per se tenet. Nunc uero non satis est scire, posse murmurare uerba, ac ordine illa recensere, nisi quoque & usum eorum probe scias, qui potissimum consistit in cognitione auctoris & fructuum orationis.

Autor itaq; qui instituit orationem, filius dei est, quia uoluit nos proponere Deo patri omnes nostras calamitates, quę nobis tam in rebus corporalibus, quàm spiritualibus accidere possunt. Motus uero fuit Christus ad instituendam orationem: Primum nostris necessitatibus, deinde iustitia nostra, qua quid potissimum oraremus ignorabamus. Ut igitur à nostris necessitatibus liberaremur, & sciremus, quid orare deberemus, præscripsit nobis uerba orationis, & executorē Deum Patrem proposuit. Sicut aperte docet ca. vi. Matthęi, in quo Christus cum concionem de deponendis curis pro uictu alijsq; necessitatibus finisset, subiicit orationem. q. d. Christus: Si habueritis necessitates, ne sitis solliciti, sed tantū orate, & sentietis liberationē à patre. De quo orationis effectu audietis in hodierno Euāgelio, in

his uerbis: Quæcunq; petieritis, dabit uobis &c. Vnde etiã necessitas iure principalis causa post Christũ appellabitur, quæ nos ad orandũ propellit. Et tum quoq; uere orabitur, quando necessitates præcedunt urgentes ad liberatorẽ deum, inuocatione gaudentem. Iuxta illud: In uocata me in die tribulationis, & glorificabis me &c. Verum cognito autore Christo & causa impulsua ad orandum ipsa necessitate, proxime scire refert, adhuc duas causas esse ad petendũ aliquid à Deo Patre impulsiuas: nimirã, mandatum seu promissionem Christi iubentem nos orare, simul ac promittentẽ exauditionem, & fidẽ erigentem se erga promissiones factas de exauditione, & accipientem petita. Nisi enim Christus iussisset nos orare, & pmississet exauditionẽ, nullus sequeretur oratiõis fructus, sed q̃a ille iussit orare, & pmissit exauditionẽ: igitur oramus certa in fide nos liberatũ iri ab oibus calamitatib⁹, & accepturos petita omnia. Quare cũ orare uelimus, hæ tres p̃dictę impulsuę causę semp̃ p̃cedere debẽt orationẽ. Necessitas, q̃ urget: mandatũ Christi seu p̃missio, quorũ alterũ iubat orare, altera p̃mittit exauditionẽ, & fides q̃ certo credit se exaudiri, & impetrat exauditionẽ. Has uero causas necessario semper concurrere, adeoq; requiri ad orationẽ impetratricẽ, exempla patrum ubiq; in scripturis testantur. Sic Iosaphat. ii. Paralipo. xx. cum audisset multitudinem Gentium aduenturam, totus se fide coniecit ad orationis p̃grãdia, & exauditus est à deo & liberatus. Heze. iiii.

regum. xx. iisdem causis præcedentibus, exauditus est à deo. Effectus orationis est, exaudicio seu liberatio, quæ sequitur preces nostras, non propter ipsum opus, aliàs exaudicio esset ex opere operato, sed propter promissionem Christi, quam annexuit mādato, quo iussit orare. Ait enim nobis. De hoc effectu in præsentī Euāgelio agit Christus, & ut alliciat nos ad orationem, & ostēdat, quā non potest non sequi liberatio inuocantes deum per orationem in nomine Christi. Nomen Christi medium est, atq; adeo ipsa per se, in qua & propter quam deus exaudit nos.

Finis uero, seu res cognata orationis, est perfectum gaudium, sicut inquit in hoc Euāgelio Christus, ut sciamus nobis Deum Patrem placurum esse propter illū, in cuius nomine oramus, quicq; orare nos iussit. Qui autem Christum non nouit, neq; orat in nomine eius, is hunc finē, seu rem cognatam orationis nunquam sentit in conscientia sua, atq; adeo frustra orat.

Siquidem deus non exaudit, nisi orātes in nomine Iesu. Ergo si ex prædictis ad orationem necessarijs causis orauerimus, quo deus defendat ac conseruet nostras segetes à satana & illius infidijs, non erit dubium, quin fruges nostras saluat retinuerimus.

Summarij loci.

In cruce nullum est præsentius remediū ipsa oratione: igitur iubet Christus orare & promittit

in exauditione, & quia iubet & promittit, ideo exaudimur.

2 Effectus orationis exauditione, & acceptio illarum rerum, pro quibus petimus.

3 Finis orationis est, ut gaudium nostrum sit perfectum, hoc est, ut habeamus tranquillam conscientiam & simus certi, quod pater nobis placatus sit, & quod nos porro exaudire velit.

4 Reperit missionem Spiritus sancti & officium eius, quod consistit in exponendo Christo seu Evangelio, quod caro per se non intelligit.

5 Fructus agniti Christi & Evangelij per Spiritum sanctum reuelati atque expositi, est in omnibus exaudiri nos a patre. Neque opus esse ulterius, quod hic in mundo praesens, pro nobis oret Christus.

6 Praesumptio hypocritica est in apostolis, qui statim iactant se credere.

De occasione hodierni Evangelij.

Hodiernum Evangelium occasionem accipit ex praecedentibus, in quibus egit Christus de cruce sua & abitione, propter quam apostolos dicit uenturos in motorem, sed ut habeant, ad quod confuturi possint interim, orationem loco presentissimi remedij subicit: Amen amen dico uobis, quicunque petieritis &c.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Cōciones Christi de cruce subinde repetuntur in Euāgelistis, & quia Christus sepe facit men-

tionem crucis: igitur oportet ipsam crucē & rem
 utilē & necessariā esse: quemadmodū etiā à no-
 bis sæpissime audiuistis, quod nō sit alia glorifi-
 candi Patrem ratio, quā illa, que fit per crucem,
 neq; aliud medium perueniendi ad futuram ui-
 ram, idēq; exemplo Christi, qui cū esset dei filius,
 tamen non potuit redire ad Patrem, nisi per cru-
 cis uiam, ut sic quoq; omnes, qui ad eternam glo-
 riam transcēdere uelint, iuxta illud in Actis: Per
 multas tribulationes oportet nos ire in regnū ce-
 lorum, persecutionem patientur. Verum quia
 crux amara est carni, neq; credere potest crucem
 esse uiam ad Patrem, idcirco detrectat crucem,
 han cōq; glorificandi Patrem rationē stultam iu-
 dicat, ac quærit sine uerbo dei aliam sine dolore
 & anxiate liberam. Sicut Petri exemplum docet
 Matthæi. xvi. qui increpat Christum uolentem
 pati, atq; per crucem abire ad Patrem, inquit:
 Propitius tibi sis domine, nequaquam erit tibi
 hoc. Sed quale responsum ibi audierit Petrus,
 neminem latet, ut qui paulo ante confessor Pe-
 træ nominabatur à Christo, postea satan diceba-
 tur: unde etiam liquet, si alia esset glorificādi Pa-
 trem uia, quā ea, quæ cruce fit, non increpat-
 set Christus Petrum, ex humano affectu consu-
 lentem Christo meliora cruce.

Urget autem Christus ubiq; crucem & præ-
 dicat illam certo futuram, ne quum ueniat ali-
 quando, deterreantur apostoli & animos deij-
 ciant, sed ita tamen urget Christus crucem, ut

tamen addat liberationem.

In hodierno uero Euāgelio addit Christus medium, p̄ quod impetratur liberatio è cruce, uide licet ipsam orationem, qua proponimus deo in Christo omnes nostras necessitates, à quibus & liberamur propter mandatum, quo iussit Christus nos orare, & propter promissionem exauditionis. Et ne dubitemus nos fortassis non exaudiri propter absentiam Christi, addit in præcedentibus de cruce Euangelista: Et in illo die me non interrogabitis quicquam, q. d. Christus: Et si ego corpore præsens apud uos amplius nõ fuero, hæc tamen arma uobis relinquo contra omnia genera tentationum, ut ad orationem confugiatis, & nihil nocebit uobis.

Sequitur textus.

Amen amen.

Iuramentum addit seriæ promissioni, idè maioris certitudinis gratia.

Patrem.

Ad quem omnes petitiones dirigendæ sunt. Pater adoratur, filius iubet orare, & in filio oramus exaudimurq̄, Spiritus sanctus iuuat infirmam nostram in orãdo, ut exaudiamur ad Romanos. viij. Anabaptistæ quia omnes suas orationes tantum dirigunt ad patrem, neglecto Christo, ideo necessarium est eos non exaudiri.

In nomine meo.

Quia ego iussi, quia ego sum, per quã & pro-

pter quem exaudit pater. In nomine Christi orare, est non obliuisci famæ eius, iustitiæ &c. Sicut illi orât, qui credunt se exaudiri propter sua opera, propter suam iustitiam &c.

Dabit uobis,

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Effectus orationis in nomine Christi factæ exauditio est, quæ semper necessario sequitur orationem in fide factam, idq; propter mandatum Christi, quo iussit orare, & propter promissionem, qua exauditio nẽ promisit. Sæpe tamen fit, quod hic effectus orationis, uel non statim, uel prorsus non sequitur. Vtrumq; in speciẽ promissioni Christi contrarium. Hoc igitur sciendum est, uel ideo produci exauditio nẽ, ut mora exerceatur fides nostra, uel prorsus negari eã, quia nõ expedit nos exaudiri. Moses Deute. iii. orans non exaudit a Deo, ideo uero nõ reijcit a deo, quẽ postea ostẽdere iubet in cacumẽ Pharaan: Quare neq; dilatatio, neq; negatio exauditiois, iræ diuinæ signa sunt, ut quidã ex abiectioe animi impia in necessitate sibi psuadent, sed utilitatis notæ sunt, ne quũ in hac uel in illa causa exaudiret nos Deus, inde cederet exauditio illa in magnum aliquod nostrum malum.

Hactenus non petistis.

Mea præsentia fulci, qua prospectum uobis fuit in omnibus rebus, & si qua re opus habetis

istis, a me perijstis illā & accepistis. Alludit Christus rursus ad crucem suam, qua sibi abeundum est ad patrem.

Petite & accipietis :

Scilicet in posterum, quum ego a uobis sublatus fuero, & nunc ut me presente periculum faciat & experiamini propter me exauditionem certam esse.

Vt gaudium uestrum.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Finalis orationis causa est, ut gaudium nostrū perfectum sit, hoc est, ut certo sciamus nos exaudiri & exauditos porro habere aditum ad patrem sub triquilla conscientia & gaudente se ita tenere placatum patrem, qui in nulla necessitate deserere uelit, sed ubiq; iuuare & eripere ex omnibus periculis. Tale gaudiū perfectum ubiq; in Psalmis reperitur, ubi Dauid semel exauditus, audet bona conscientia & sub certa exauditionis spe porro accedere Deum, ut Psal. iij. Cum inuocarē, exaudiuit me Deus iustitię meę &c. Et paulo post rursus ex certa fiducia exauditionis factę, incipit denuo inuocare. Miserere mei & exaudi orationem meam. Gaudium perfectū uocat Christus respectu imperfecti, quale est gaudium, quo quis sentit quidem in animo & nouit, quod Deus sit misericors & qui exaudire uelit: interim tamē q̄ Christo caret, uel quia per opera aut propter opera uult exaudiri, idcirco nunq̄ habere potest perfectum gaudiū, hoc

¶ Dominica

est, certā persuasionem de exauditione, aut conscientiam certo de exauditione statuentem. Si quidē hic unicus est fructus cogniti Christi, qđ sciamus nobis placatum esse Deum patrē propter Christum, propter quē solum, qui non statuit se exaudiri, sciat aliās quantumuis velit patrem misericordem esse, nunq̄ tamen possidebit perfectum gaudium, hoc est, consciētiam certo statuentem apud se de exauditione & beneuolā Dei uoluntate, sed talis consciētia semper fingit sibi iratū Deum esse propter dubitationē, quæ adhæret operibus ut imperfectis & immūdis.

Hæc per prouerbia.

Quæ docui uos hætenus de cruce, de oratione ad patrem, de gaudio perfecto propter placatum Patrem, & de alijs rebus. Vult autem significare Christus, omnem suam doctrinam hætenus fuisse discipulis prouerbia, quia carni obsecurū est Euangelium & non percipitur, nisi docente Spiritu sancto, quem hic ut aliās sepe, nuncius promittit Christus.

Veniet tempus.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Promittit denuo Christus Spiritū sanctum & nobile illud tempus, in quo Spiritus sanctus debet cæcitatem à cordibus discipulorum auferre atq; exponere eis Christum, quem natura nemo ex se intelligere, neq; doctrinam eius percipere potest. De officio Spiritus sancti in declaran-

do ac exponēdo Christo, in principio huius capituli, xvi. docuit Euangelista.

Veniet tempus.

Cum misero uobis Spiritum sanctum.

Per prouerbia.

Vt Euangelium nō sit uobis prouerbiū, officio Spiritus sancti adscribendū est, qui illuminat cæca uestra corda, q̄ intelligāt Euāgelium.

Loquar uobis.

Hic in terra docendo uos præsentialiter.

De patre.

Exponit aperte quid intelligi uelit per prouerbia: Nimirum doctrinam de uoluntate patris, à Christo nobis propositam, hæc ipsum Euāgelium est, scilicet, q̄d Deus nobis placatus sit, quod nobis omnia dare uelit, quæ ab eo petimus in nomine filij. Hæc doctrina mūdo prouerbiū est, qui nunq̄ apud se certo statuere potest, q̄d Deus illi recōciliatus sit in Christo. Igitur opus est Spiritus sancto, q̄ nos doceat hæc doctrinā de uoluntate patris uere intelligere, quiq̄ certos nos faciat de beneuola Dei patris erga nos uoluntate.

Annunciabo uobis:

Per Spiritum sanctum. Hoc enim utitur Christus post suam glorificationē & assumptionem in cælum, ut exponat nobis omnē ueritatē, ducat nos in omnē ueritatē, & expleat suum officium in docendo, simulq̄ glorificando Christo, ut supra in principio huius capituli decimi sexti.

In illo die.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

¶ Quintus locus cogniti per Spiritū sanctum Christi atq; reuelati commoda & fructus continet: uidelicet ut is, qui intelligit Christum praesidio Spiritus sancti, amplius non opus habeat praesentia Christi, ad impetranda ea, quae cupit a deo Patre. Ipse enim Pater, quia amat discipulos & sectatores Christi: igitur in omnibus exaudit illos, etiam tum quando Christum corporaliter hic in terris praesentem non habet: ita uero non intelligendus est hic locus, quod interpellatione Christi apud patrem amplius non egeant praesentiam, imò maxime egent, & ideo sedet Christus ad dexteram Dei Patris, ut pro illis intercedat, defendat atq; tueatur eos. Porro amor Patris erga creaturas, non fit propter nostra opera: sed propter amorem ac fidem in Christum, quae dona Spiritus sancti sunt maxima.

Petetis.

Quia sublato spōso lugebitis, q̄ luctus praebit uobis occasionem petendi in nomine meo.

Rogaturus.

Hic in terris.

Ipse enim Pater.

Causam addit ab inuiti, seu non necessario, q. d. non est opus, ut amplius pro uobis orē, quia ipse Pater uos amat.

Quia.

Aliam causam addit amoris patris erga discipulos, quod natus est ex amore & fide in Christum. Est insignis hæc causa quod nos diligit pater: Item quod nos exaudire uelit, quia nos diligimus Christum & in illum credimus. Ab antithesi omnes odit pater neque exaudit illos, qui non amant Christum, sed præ Christo opera sua amant & qui non fidunt illi, sed operibus suis.

Quod à Deo exierim.

Ursuam. Nam in hoc egressus est Christus in mundum à Deo patre. Credere Christum à Deo exire, est credere Christum in hoc uenisse ut seruet. Commendatio personæ & officij Christi ab autore suæ missionis seu functionis.

Exiui à Patre.

Repetit suam uocationem, ut confirmet fidem discipulorum de Christo conceptam.

Et ueni in mundum.

Nimirum ut seruarem illum. Frustra enim non exiit. Quomodo iam Christus uenerit in mundum, docet locus ad Philip. ij. Qui cum esset æqualis Deo, semetipsum inaniuit serui forma assumpta

Iterum relinquo.

Expedita uocatione mea, ad quam missus sum diuinitus.

Et uado ad patrem.

A quo missus sum. Dicunt ei discipuli.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

Præsumptio magna est in discipulis, qui ex

humana persuasione seu potius hypocrisis fratrum
 persuadent sibi, & quod omnia probe intelligunt
 & quia fidei mentionem fecerat Christus erga
 se, quod fidem quoque perfectam habent. Sed uana
 & hypocritica tantum opinio est persuasio
 illa, non fides, quam etiam postea Christus re-
 probat, uaticinans aliquando futurum, quod ex-
 periantur discipuli, qualis sit persuasio illa & quod
 possit in tentatione. Duo docet hic locus, Christi-
 stum ferre non posse persuasionem ex humana
 opinione de se aut uerbo conceptam: Item per-
 suasionem fidei in tentatione non subsistere.

Ecce nunc aperte.

Videlicet te exisse ad patrem & te aliquando ad
 eum rediturum esse, quæ quidem uerba per se
 aperta sunt.

Nec prouerbiū ullum.

Explicant discipuli, quid dicunt aperte loqui
 Nimirum plana uerba dicere. At Christus patrem
 loqui sine prouerbijis intelligit, sentire prædicta
 de patre apud animū per Spiritum sanctum. Sic
 sapientibus mundi quantum ad uerba & structuram
 orationis pertinet, tota Biblia illis aperta
 est. Verum credere ea, quæ Biblia in se continet
 & sentire illa uera esse apud animū, hoc donum
 Spiritus sancti. Idcirco inquit Christus ueniet
 tempus & annuntiabo uobis per Spiritum sanctum
 scilicet ea, quæ opinamini uos nunc probe intel-
 ligere & credere.

Vt quis te interroget.

Commendatio potentie Christi hypocritica, Sensus uero est huius loci, quia tu scis omnia. Ergo non opus est, ut quis te interroget. Tu enim priusquam interrogatus ab aliquo, nosti cogitatus hominum.

Per hoc credimus.

Quia scis oia, ideo credimus te à patre exisse. Quæ sequuntur, pertinent ad coherentiam textus, docent autem in summa, persuasionem fidei in tentatione non subsistere.

IN EVANGELIUM

IOAN. XVI. ET .XV. DOMI-

nica à Paschate. vi. Exaudi.

PRO more habet Christus, & inter docendum subinde lætis ac dulcibus cõcõonib⁹ intermiscet amara de cruce, uel eã, ob causam, ut tales sibi auditores pareret, & lætari possint & ferre, p̄ ratiõem temporis adeoq; p̄ diuina bñuolentia crucem, & aduersa. Tales em̄ milites ex utraq; parte exercitati eõ facilius hostiũ insultus patiuntur, & in lætis nõ superbiũt ultra modestiã, siquidẽ natura nobis innata est uis quẽdã, quod nescimus nostris adfectibus rã in lætis, q̄ aduersis tẽperare, teste etiã Poeta: Nescia mēs hoĩum fati sortisq; futuræ, Et seruare modũ rebus sublata secundis. Quare ut compescat Christus hanc naturalẽ incõtinentiã propter adfectus in apostolis, nedũ ultra mo-

dum gaudentes, obliuiscantur gratiæ aliorumque beneficiorum dei, ac securi fiant: Igitur subinde Christus de cruce disputat, quæ fidelissima res cognata est Euangelio, pertinens ad confessionem fidei, qua palam coram omnibus testamur, & doctrinam, quam sequimur, & ipsam fidem ueram esse. Et ne dubitent discipuli in cruce constituti, quod minus sint curæ deo, ideo Christus præmonet illos, ut cum uenerit ipsa crux, tanto libentius illam ferant minoribus cum timore.

Deinde quo discant autorem crucis Deum esse, qui proijcit in adflictiones per contemptum, ut aliquando cum gloria eripiat. His uero rebus non armatus in cruce, facile cogitur desperare, postquam humanus animus nunquam potest acquiescere cruci, tanquam rei bonæ & necessarie ad gloriam. Natura enim humana tunc bene de se actum putat, quando illis gradibus ascendit ad gloriam, quibus mundus utitur, ut gloria gloriam pariat, & homines prepotentes eleuet alios. At in regno Christi Christo omnia diuersa accidunt, in quo contemptus parit gloriam, in quo personæ contemptæ eleuant & moliantur duce se ad glorificationem. In summa tales audicores & imitatores requiruntur ad regnum Christi, quale est ipsum regnum unum cum rege, ut sint aulici, qui in hoc regno seruiant, sub rege Christo, qualis est ipse rex: nimirum contempti & ignobiles in oculis mundi. Et disputat Christus de cruce in alijs locis, quæ præcedunt hodiernum Euangelium, à suo

exemplo, & regni sui ad apostolos, ut sciant se eadem experturos, quæ ipse quotidie experitur à mundo, quo sic sit eadem fortuna & regis & aulicorum. Aestimandi itaq; sunt omnes aulici & subditi huius regni à causa efficiente, atq; adeo à duce Christo, qui in hoc uenit in mundum per contemptum in forma serui, prædicans uerbum crucis, quo aliquando abiret in gloriam nõ cessuram ad confundendas res & psonas oēs, quæ uidentur in mūdo aliquid esse. Esa. xxix. & xxxiij.

Porro ad ferendam crucem nihil eque necessarium est, quàm ut simus bene fundati in uerbo, ac certi de doctrina, nam qui de doctrina incipit fluctuare in cruce, ille difficulter subsistet. Est enim omnium maximū offendiculum, uerbum in cruce ex euentu & persecutione, & non ex seipso metiri, unde etiam saepe monet Christus discipulos suos, ne animos deticiant in tentatione, sed erigant se uerbo, quod in nostrā cōsolationem scriptū est, ut sp̄e habeamus, ad Ro. xiiij. sic quoq; in hodierno Euāgelio cōtra scandalā crucis apostolos uerbo armat, q̄ potuissent apostolis obuiam uenisse ex obliuione uerbi, inquit: ut cum uenerit hora, eorū reminiscamini, quia ego dixi uobis, reuocās illos ad uerbū, quo præserte nõ est salubrius remediū in cruce, quo uerbo sublato, nõ est aliud, quod ita facile adigat ad desperationē, scilicet nõ habere uerbū, uel de uerbo dubitare: igitur præmunit diligēter Christus in hoc Euangelio discipulos, ne de uerbo uacil-

lent, quodq; conseruent, promittit illis Spiritum sanctum, qui ex proprietate uocabuli cōsoletur & ducat eos in omnem ueritatem, hoc est, conseruet in uerbo, atq; magis ac magis illud eis aperiat, tandem in conscientijs perhibeat illis testimonium de Christo ac ueritate uerbi. Magnæ sane consolationis hæc sunt, crucē præcedere Spiritum sanctum, pugnantem pro nobis, ne propter scandala crucis, aut despondeamus animos aut prorsus resiliamus à uerbo. Idcirco qui hoc Spiritu armati accedunt ad crucem, illi nunquā possunt auelli à ueritate, etsi illis etiam moriendum sit pro uerbo. Sic omnes martyres armati Spiritu sancto accesserunt ad crucem & substiterunt: Aliàs sine Spiritu sancto impossibile est, posse hominem uel minimū etiā æquo animo participare se crucē ferre, aut cōtinere se in cruce à dubitatione de uerbo. Siquidē humanus animus semper metitur uerbū ex euentu præsentis, & sic iudicat de uerbo, ut sunt euentus, qui sequuntur uerbū, aut ludunt circa uerbum.

Summarij loci.

- 1 Officia Spiritus sancti sunt: consolari in cruce, ducere in ueritatē, & perhibere de Christo testimonium, hoc est, obsignare & certos reddere nos, quod simus filij Dei & hæredes Christi, ad Romanos, viij.
- 2 Ut iam Spiritus sanctus testatur in cordibus de Christo & ueritate uerbi. Et discipuli restan-

etur per prædicationem de Christo in auribus
auditorum, Acto. i.

¶ Præmonet Christus de uerbo, ut confirmetur
apostoli uerbo, contra scandala crucis. Solo
enim uerbo seruamur in cruce, non alijs rebus,
ideo reuocat discipulos ad uerbum Christus, cū
inquit: Hęc locutus sum &c. Et postea: Sed hæc
locutus sum uobis, ut cum uenerit hora &c.

¶ Hic locus species aliquot crucis recēset & hy-
pocrisim ac ignorantiam impiorū psequutorū cau-
sas facit, quibus promouentur impij ad psequendū.
Et est hic locus descriptio quēdā, quales sint per-
sequutores ueritatis, & prædicatorū ueritatē an-
nunciantū, nimirū hypocrite ignorātes deum.

Textus.

Cum autem uenerit &c.

Hęc de Spiritu sancto obiter intermiscet Eu-
angelista, inter duas cōciones de cruce: Altera fi-
nitur ca. xv. altera incipit, xvi. ut inculcet necessi-
tatem Spiritu sancti in cruce, sine cuius præsi-
dio nemo subsistere potest.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Natura sicuti supra diximus, estimamus uerbū
dei ex eūtu. Hinc quæ uidemus tristē esse doctri-
næ de Christo exitū: igitur sepe incipimus, imō sem-
per de uerbo dubitare, aut prorsus deserere illud,
quasi nō uera sit illa doctrina, quæ multa iactitat de
regno dei, cū nihil min⁹ uideat subsequi quæ regnū et
liberatio, regnū esse iuxta iudiciū ratiōis loquēdo
alijs medijs parat, quæ per crucē. Cōtra hoc scādaliū

mittitur Spiritus sanctus, de cuius officijs hic dicit sputat Euangelista, ut confirmet doctrinam Euangelij in cordibus discipulorū. Antithesis docet, quā nihil sumus sine Spiritu sancto, & quā nihil possimus in rebus spiritualib⁹ sine illo. Hic uocat nos ad uerbum, illuminat, dat fidem & in fide conseruat.

Paracletus.

A consolando dictus. Est q̄q̄ consolari unum ē præcipuis Spiritus sancti officijs.

Quem ego mittam.

Vt nō est meriti nostri uenire Spiritum sanctū, ita non est meriti nostri, q̄ conseruemur ab illo.

Spiritus ueritatis.

Ab effectu, qui ducit in ueritatem, ut infra capite. xvi. Etiam qui est ipsa ueritas. Secundū hic ponitur officium Spiritus sancti ducere in ueritatem. Et quia ipse ducit in ueritatē, sequitur nos mendaces esse & nihil ueri in nos habere. Ducit autem in ueritatem, dū exponit Christum, dum Christum glorificat, facit illustrem & reddit clariorē, ut intelligamus illum, quem natura inuelligere non possimus, ut infra. xvi. cap.

Qui à Patre procedit.

Non à Papa, non à peruerso aliquo Antichristo, qui se Spiritum sanctum in manu habere iactitat, ut illum cōmunicet, quibus uelit.

Ille.

Emphasim habet, q. d. Christus, Ille & nō alius

Testimonium perhibebis.

Tertium & precipuum officium Spiritus sancti est perhibere de Christo testimonium. Id quod Paulus vocat ad Romanos. viij. testari in cordibus nostris unam cum Spiritu nostro, quod simus filij dei, heredes dei, & coheredes Christi. Et addit ibi Apostolus, id quod ualde quadrat ad partem hodierni Euangelij intelligendam. Siquidem simul cum eo patimur, ut & unam cum illo glorificemur. Appellatur uero hoc officium precipuum Spiritus sancti, quia illo adimit nobis Spiritus sanctus dubitationem ex animo, de doctrina certos nos facit, tandem obsignat nos in conscientijs de hereditate per Christum adepta. De hoc officio Spiritus sancti proprie ait Paulus ad Roma. viij. Postquam uero hoc officij subit Spiritus sanctus, necesse est ab antithesi in nobis omnia incerta esse, dubia & instabilia, ita quod circa doctrinam Euangelij fluctuemus, illi credere ex animo nesciamus, postremo nihil minus speremus, quam futurum aliquando, quod post hanc uitam per Christum, & illum quidem contempnum, aliam habituri simus.

Quia & uos testes estis.

EXPLICATIO SECVNDI LOCL

¶ Progreditur Euāgleista à Spiritu sancto conscientiarum seu animorum teste, ad discipulos, quos quoque testes sunt & doctores, sed tantum aurium suorum auditorum. Hi enim externa prædicatione

replet quidem uerbo aures hominū, & testantur
 de Christo, adeoq; de hæreditate nō cessatura in
 futuro seculo. Vt autem conscientie per prædi-
 carū ab illis uerbū consolentur, opus est Spiritu
 sancto cordium p̄dicatore, Ideo tamē prædicta
 discipulorum officia nō sunt contemnenda, quæ
 ubiq; cōmendat scriptura & maxime Euangeliz
 dum de uocatione & missione apostolorum ad
 prædicandum agunt, ut Mar. vi. Matth. x. Pau-
 lus de his officijs multa dicit ad Roma. x. Item
 Acto. i. Apostoli testes uocantur ex ore Christi,
 inquit in Hierosolymis, sed etiam in uniuersa tetra &c. Hæc
 officia in discipulis p̄dicatoribus in uniuersum
 p̄p̄modum damnant contra manifestum uer-
 bum dei, ipsi anabaptistæ, qui externam prædi-
 cationē inuulē esse adfirmāt, soli spirituali reue-
 latione contēti, quorū errorē confutat Paulus
 ad Ro. x. insigni illa cōmendatione externi uer-
 bi, quod spargitur p̄ p̄dicatores & testes Christi
 in aures hominum. Porro Spiritus sanctus nō in
 aurib; docet, & p̄hibet testimoniū: uerū in cordi-
 bus, & uerbum seu testimonium per p̄dicatores
 sparsum in aures (non tamen sine Spiritu sancto,
 postquam docere uerbum, donum illius sit) in
 corde radices agat, accipiatq; incrementum, hu-
 ius officij gratia, proprie dicitur Spiritus sanctus
 sanctificare, hoc est, audita p̄ externam p̄dicatio-
 nem in animis auditorū uiua facere: de hoc offi-
 cio loquitur Apostolus prima ad Corinthios. iij.

Deus autem dat incrementum.

Quia & uos testes estis.

Ab effectu seu officio ad testandum in uniuersa terra, iuxta illud: In uniuersam terram exiuit sonus eorum. Et Acto. i. ij. & .iiij. Cuius nos testes sumus &c.

Quia ab initio.

Aetiologya subiicit, quae inclusam habet rationem formalis causae, quales sint testes apostoli. Nimirum tales, qui ab initio cum Christo fuerunt & ideo certi ac indubitati testes, & quia cum Christo ab initio uixerunt, sequitur nunc occasio materiae, de qua testari debent, uidelicet de illis rebus, quae ab initio de Christo & audierunt & uiderunt.

Nihil enim aliud est, quia mecum ab initio estis, quam quia in hoc mecum ab initio fuistis, ut audiretis uerbum meum, de quo nunc & restabimini. Est hic finis testimonij omnium praedicatorum, ut de Christo seu uerbo eius testentur, qui finis apud seculum prius obfuscarus erat, & humanis traditionibus adulteratus, quam restabatur praedicatoribus alijs de alijs atque alijs rebus, neglecto Christo.

Caput 16.

Hae locutus sum uobis.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus praemonitionis est Christi de cruce continet, quod ideo subiungitur officio Spiritus sancti & testimonij apostolorum, quod in cruce ad nullum aliud

præsidium confugiendum sit, quàm ad uerbum, ad quod reuocat hic Christus discipulos, dū præmonet de cruce, inquit: Hæc locutus sum uobis &c. Hoc uerbum solum iuuare potest in cruce seu tentatione & præterea nihil. Opera quia nunq̄ faciunt certū ac tranquillum animū propter dubitationē qua semp dubitat, an p̄ nra opera satisfiat Deo, quæ quia iudicantur reconciliationi Dei imparia: igitur in cruce seu tentatione non iuuant, sed potius exulcerant animos & augent tētationes. Scandalum uero de quo hic monet Christus est illud offendiculum, q̄ ē cruce deferendi uerbū aut male de illo suspicandi: quod non est aliud maius inter omnia genera scandalorum, cum aliquis ex euentu iudicat uerbū aut opera Dei, non uerbum ex se aut opera ex se ipsis. Sic Iudæi cū uerterint oculos ad cōtemptram personam Christi & ad sermonem crucis, relicto ipso uerbo, factum est, quod in illud scandalum inciderint, ē quo ne hodie quidem, qui ex illis adhuc sunt superstites egredi possunt. Itē offendiculū & Gentibus merientibus uerbum ex euentu accidit, quod illis Christus unā cum uerbo stultitia sit facta .i. Chorinth. i. Est itaq; tale hoc scandalum ē cruce petatum, quod semel in animum prolapsum non facile derelinquitur, sicut testantur Iudæorum exempla, quibus illud scandalum adhuc hæret in animis.

Hæc locutus sum uobis.

Reuocat Christus ad uerbū discipulos, quod solummodo seruat in cruce.

Vt ne quid offendamini.

Vt persistatis in cruce, neq; propter crucem deseratis me, ac uerbum meum. In summa, offendiculum crucis tale est, ad quod requiritur Spiritus sanctus: quemadmodum sæpe dixi, & diligenter hoc monet Paulus per omnes suas epistolas, semper optans illis, ad quos scribit, Spiritum sanctum, ut persistent in cruce.

Alienos à Synagogis.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Recenset quartus locus aliquot species crucis, quibus primum persequi incipiūt osiores uerbi, & postremo desinunt, & sub his reliquas intelligit Euangelista. Additæ uero sunt huic loci causa impulsuæ, quæ commouent osiores uerbi ad persequendum: uidelicet hypocrisis & ignorantia Dei ac Christi, cum interim illi miseri homines in speciem de Deo patre & Christo multum gloriantur. Quare etiam hic locus recte describit istos persequutores, quod sint homines hypocritæ, ignorantes Deum Patrem & Filium Christum, imò dum persequuntur uere pios, credunt se cultum præstare Deo. Et hic cultus sub hypocrisi tectus decepit omnes persequutores ab initio mundi. Sic Israel occidens prophetas, nō credidit se male aut impie facere, sed quia illi loquebantur contra ceremonias & requirebant

iustitiam fidei erga uenturū Christum, ideo ini-
ciebāt eis manus. Similiter hodie fit, quia opera-
rii uident se negligi cum operibus suis prae iusti-
tiae fidei in Christum praedicatione: Igitur mouē-
tur ad persequendū pios bona intentione, ut ser-
uent in Ecclesia cultum Dei, quem ipsi finxerūt
sibi ex humana persuasione sine uerbo Dei. Ve-
re itaque hic docet Christus causas persecutio-
nis esse hypocrisim & ignorantiam Dei.

Alienos à Synagogis.

Alienatio à synagogis praeludium est mortis
seu occisionis, quam mors seu occisio, ut postre-
mus effectus tandem sequitur.

Videatur cultum praestare Deo.

Id est, uindicare cultum Dei ab interitu. Sed
hi uindicatores nihil minus intelligunt, quā quod
sit Dei cultus, qui non in externis traditionibus
aut ceremonijs consistit, uerum in puritate ani-
mi fide ornari.

**Et haec facient uobis, quia nō
nouerunt patrem neque me.**

Hoc est, ideo persequētur uos, quia amatis &
praedicatis iustitiam fidei, à Deo patre in Chri-
sto positam, quam ignorant persequutores hy-
pocrita.

Quod ego dixerim.

Ad confirmandum uos uerbo.

IN EVANGELIUM

IOANNIS CA. XIII. DO

minica Pentecostes.

IN hodierno Euangelio, quia promittitur Spiritus sanctus, ideo ad has presentes ferias, hic textus Ioannis, quem modo legimus ab antecessoribus nostris ordinatus fuit. Id enim, quod hic Christus de Spiritu sancto promittit, in hodierno die Pentecostes completum est, quo uenit Paracletus ille sæpe antea à Christo promissus, expediens suum officium, consolando, docendo, & suggerendo apostolis omnia, adeo quod alijs linguis locuti sint, & uberrimo omnium rerum spiritualium intellectu repleti, ad testandum de Christo, cuius debebāt esse testes, annunciando Euangelium, non solum Hierosolymæ, uerum etiam in uniuersa Iudæa, Samariâq; denique usq; ad extrema terræ. Hoc itaque die Pentecostes, effecti sunt ueri testes Apostoli per Spiritum sanctum, qui in animis docet, illi uero in auribus, uterq; de uno Christo testificant. De his pluribus agam ubi dabitur textum in Actis exponere. De Pentecoste aut festo, quæ sit & quæ eius usus, post tractationem Euangelij disseram, quod sane multa & necessaria documenta continet.

Et quia in hoc Euangelio mentio fit dilectionis nostræ erga Deum, peperit hoc Euangelium apud Papistas horribile illam hæresim, quæ est de opere operato ex dilectione nostra, quæ causam

faciunt iustificationis nostræ, quanquã attribuunt nostris uiribus, inquit enim, scriptũ est: Si quis diligit me &c. quod si dilectio hæc non esset iustificationis nostræ causa, neque nostris in manibus, non sic absolute de illa fuisset Christus locutus, qui quidem error, ut non est unius hominis, ira non habet unam tantum hæresim comitem, sed infinitas alias, adeoque tales, quæ concessæ aut non animaduersæ saltem, causas nostræ iustificationis in uniuersum obfuscant, imò prorsus evertunt. Et quanquam ualde uerissimile est rationis iudicio, dilectionẽ, seu opera nostra causam efficientem esse iustificationis, quia in reconciliationibus humanis, homines inter se, non alia re, quã operibus & beneficijs mutuo præstitis, ad ponendam suæ amicitia, seu reconciliationis fundamenta utuntur: tamen hoc iudicium rationis natura implantatũ, uerbo dei corrigendũ est, quod docet nobis ex gratia & dilectione dei offerri promissionem de Christo, quam promissionem, ubi fide apprehendimus, & iustificamur & simul incipimus diligere & deum & Christum, accepto & Spiritu sancto, qui efficit in nobis dilectionem deo Patri & Christo conuenientem, quam describit Apostolus priore ad Timotheum primo. Caritas ex puro corde, & conscientia bona, & fide nõ simulata, quæ dilectio donum Spiritus sancti est, in nullius hominis uiribus ante Christum fide susceptũ, qui postea donat Spiritum sanctum talis dilectionis informa-

torē. Et de hac dilectione hic loquitur Christus, nō quam ex nobis habemus, tanquam opus nostrum, sed ut donum, quod ut non est nostrum, aut ex nobis, ita quoq; illud, nec perficere nec seruire possumus sine Spiritu sancto autore istius dilectionis. Hanc uero dilectionem, quam Spiritus sanctus nobis infundit post susceptionem ex gratia propter fidem in Christum, sequitur etiam postea, id quod hoc loco promittit Christus, ut ad Patrem ueniamus, & apud illum mansionem faciamus. Constat itaq; ex hoc loco Papias falsissime disputare de dilectione, tanquam causa efficiente iustificationis aut reconciliationis nostræ, imō eas nō intelligere, hic quid sit dilectio, aut de qua loquatur Christus: loquitur uero de dilectione infusa p̄ Spiritum sanctum, quam infundit illis, qui iam fide receperūt Christum, alioqui dilectio nostra non solum non est causa iustificationis nostræ, sed est ipsissimum peccatū, iuxta illud, ad Romanos decimo quarto: Quicquid sine fide fit, peccatum est. Placet ergo deo dilectio nostra, quando fide in Christum sumus reconciliati deo Patri.

Summarij loci.

1 Diligere Christum, & seruire sermonem eius, certæ sunt notæ dilectiōis dei erga nos, & quod sumus templa seu mansiones dei. Et e contra nō diligere Christum, neq; seruire sermonem eius, certæ sunt notæ, nos non diligi à Patre, nec esse nos templa, seu mansiones Patris.

2 Promittitur Spiritus sanctus, ne credant discipuli, diligere Christum & seruire sermonem eius, esse suarum uirium opera. Is enim docet omnia & suggerit omnia, ut uere diligamus Christum & seruiamus sermonem eius.

3 Effectus, qui sequitur diligentes Christum & seruantes sermonem eius, pax est conscientie, quam Christus dilectus relinquit nobis. De hac uide Apostolum ad Roma. v.

4 Consolatur Christus & confortat apostolos contra scadala crucis, & reuocat illos ad uerbum, ne eius abitione per crucem ad patrem offendantur, sed credant atque erigant se fide erga reditum eius. Non enim abiit Christus, ut deleat, sed ut auspiceret nouum regnum & redeat.

De occasione hodierni Euangelij.

Hodiernum Euangelium de dilectione nostra, & ut seruiamus uerbum Christi, quae res tanquam certae notae sunt dilectionis dei erga nos, & quod sumus mansiones patris seu templa. exordium sumit a responso Christi ad Iudam Apostolum interrogantem Christum, quare se discipulis suis aperiat & non mundo. Respondet illi Christus: Si quis me diligit, sermonem meum seruiabit, & Pater diliget eum &c. Quasi dicat Christus: Tu Iuda cupis a me scire, quare uobis me aperiam & non mundo.

Scias itaque hanc esse causam, quia uos diligitis me, & uerbum meum seruatis, creditis uerbo meo &c. Et ex hoc, quia diligitis me & seruatis uere

bum meum, cognoscere debetis, & uos à Patre meo diligit, & quem nunc diligit pater meus, ille ueniet ad Patrem, & mansionem apud illum faciet.

Sí quis me diligit.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Ex quo Christi respõso ad Iudam nunc apertum est, quos diligit Pater, & qui sunt mansiones & templa Patris, nimirum illi, qui diligunt Christum & credunt uerbo eius, quæ duæ res in speciem uidentur causæ esse iustificationis nostræ, aut dilectionis dei erga nos. Item, ut simus mansiones & templa dei. Verum cum Ioannes paulo ante docuerit diligere Christum esse præcepta eius seruare. Seruare autem præcepta Christi nemo uere potest, nisi qui habet Spiritum sanctum. Hic uero non contingit, nisi Christus illum dederit, igitur oportet nos à dilectione dei incipere, quæ dilexit nos prior in unigenito filio suo. i. Ioã. iiii. & progredi ad dilectionem nostram erga Christum, quæ non præcedit dilectionem dei, sed quæ illam sequitur. Quid ergo hic sunt dilectio nostra erga Christum, & seruare uerbum eius? Responsio: Hæc res notæ sunt iustificationis nostræ, dilectionis Dei erga nos, quæ dilexit nos prior in Christo, & sunt res illæ certissima signa, ut cognoscamus nos esse mansiones & templa Dei.

Sunt autem hæc duo, diligere Christum & seruare uerbum eius, res ita cognatæ, quæ à se

Separari non possunt. Qui enim Christum diligit, sine dubio seruabit & uerbum eius. Et e contra, q̄ uerbū seruat, sine dubio & Christū diliget.

Si quis diligit me.

Scilicet hac dilectione à Spiritu sancto donatus. Loquitur enim Christus hic de dilectione uera, quæ puro fit corde, & quæ trahit originem ex dilectione patris in Christo præcedente, quæ donum Spiritu sancti est, quam perficit Spiritu sanctus. Ridiculum est disputare de dilectione nostra, neglectis causis. Ioann. i. epi. ca. iiii. causas nræ dilectionis fideliter & aperte monstrat.

Sermonem meum seruabit.

Seruare sermonem Christi effectus est dilectionis Christi, qui testatur de uera dilectione. At hic qui effectus est, aliâs causa est, ut dicturus de dilectione erga Christum, ordiendum est à uerbo. Hoc audicium efficit fidem, fides apprehendit Christum, Christus dat Spiritu sanctum, hic dilectionem ex corde porfluentem in nobis gignit. Ad hunc modum examinatus textus nihil periculi habet. Et Ioânes pro suo more subinde implicat causas & effectus, sæpe extra ordinem ponit, ut hoc in loco, in quo nihil esset difficultatis, si textus sic staret: Qui sermonem meum seruauit, diligit me. Et obserua hic diligere Christum, & seruare uerbum eius simul coniungi, ne credas illos posse diligere Christū, qui eius uerbum non habent. Et mundus uidet diligere

Christum, cum tamen uerbum Christi non habeat. Item hypocritæ gloriantur de dilectione Christi, interim corrupto & adulterato uerbo.

Et Pater meus diliget eum.

Hic q̄ diligit Christum & seruat uerbū eius, ille ex his rebus certus est, se quoq̄ diligi à patre. Diligit nos, quia præuenit nos dilectione sua, & manet erga nos in sua dilectione, modo nos diligamus Christum & seruemus uerbū eius. Loquitur hic Ioannes de dilectione Dei patris, quæ propter Christū & uerbū eius statuimus nos diligere à Deo. Papistas sefellit inuersio effectuum & causarum, ideo crediderunt nostræ iustificationis causas incipere in dilectione nostra.

Ad eum uenimus & mansionem apud illum faciemus.

Id est, ex eo q̄ diligitis Christū, & seruatis uerbum eius, certo statuetis uobis esse placatū patrem, & q̄ sitis mansiones & templa illius. Certo autem de his rebus nemo statuere potest, q̄ has ex suis principijs, sua dilectione & operibus meretur. Nam incertissimum semper propter nostrā imperfectionem, utrum nostra dignitate aut operibus placeamus deo.

Venire ad Patrem, est propter Christū, quē diligis, & cuius uerbum seruas, certo statuere, tibi patere aditum ad Patrem, nec uenit quisquā ad Patrem, nisi per filium, iuxta illud: Per Christum habemus accessum ad Patrem. Mansionē

uocat hic Christus, quod Apostolus priore ad Corinthios ca. iij. templum appellat, ubi inquit: *Circumstantiæ*, quæ in templū seu ædificium incidere possunt, hic omnes probe excutiendæ sunt. Deus inhabitor est, qui pro sua uoluntate, demolitur, quæ uult, ædificat quæ uult, purgare sinit domū seu templum suum, quanquā ipse non purgat, curam gerit sui templi, ne iniuria imbrium aut tempestatum pereat &c.

Qui non diligit me.

Antithesis, qua separantur pñ ab impijs, & tēpla dei à non templis dei. Ut enim nos certi sumus, quia diligitur Christum & seruamus uerbum eius, quod nos simus tēpla dei, & quod diligamur à Patre. Ita incerti sunt, qui non diligitur Christum & uerbum eius non seruant, an sint tēpla dei, & an diligantur à deo. Et hæc de certitudine nostra, & incertitudine impiorum. At quis hic obijcere possit: Hypocritæ audiunt uerbū, nū igitur sunt tēpla dei? Respondeo negatiue: Hypocritæ etsi audiūt uerbū, tamē q̄ nō diligūt Christū, igitur nō possunt tēpla dei esse.

Hæc locutus sum uobis.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI

¶ Egit Christus in contextu primi loci de notis seu signis, ex quibus fideles cognoscunt se diligī à deo Patre, & quod sint mansiones dei, p̄sertim ex quibus agnosci debent p̄ alijs infide-

libus, & ab illis separari. Nunc occupatione qua
dam Christus subiicit hunc locum de promissio
ne Spiritus sancti & officijs eius, ne discipuli, qui
audiunt diligendū esse Christū & eius uerbū ser-
uandum, persuadeāt sibi, quod tantas res præ-
stare possint, quales sunt dilectio Christi & ob-
seruatio uerbi eius, quæ sane nemo præstabit si-
ne Spiritus sancti præsidio. Includuntur uero hæc
duo, quæ Christus signa esse uoluit dilectiōis dei
erga nos, & quod templa Dei sumus, in uocem
omnia. Si enim omnia docebit Spiritus sanctus
apostolos, & suggeret illis omnia, ne dilectio no-
stra erga Christum & obseruatio uerbi eius ex-
clusionem patientur, quæ præcipuæ sunt res,
quæ Spiritus sancti auxilium requirunt. Nec po-
test fieri, ut quis uere diligat Christum, aut ser-
uet uerbum eius, nisi prius è Spiritu sancto rena-
tus nouos motus animi conceperit. Vnde & Spi-
ritus sanctus appellatur, ut ea, quæ in nobis im-
munda sunt & non sancta, sanctificet, mortua
in nobis uiua efficiat.

Hæc locutus sum uobis.

De dilectione erga me, & ut seruetis uerbum
meum, quæ præcipua sunt capita in regno meo,
scipua signa, quibus cognoscetis uobis esse pla-
catum Patrē. Hæc emphasim habet, quasi dicat
Christus, ne aliam doctrinam expectetis, imò
ex hac iudicabitur alias.

Apud uos manens.

Præsentialiter docens uos hæc. Argumentū hic latet ab autoritate, ut: Ego Christus hæc locutus sum uobis. Ergo alia dogmata his contraria non suscipietis.

Paracletus autem ille

Paracletus nomen officij, sicut & Spiritus sanctus. At alterum Christus præmittit alteri, ut cōsolatoris nomine mœstos propter discessum suum discipulos consoletur.

Qui est Spiritus sanctus.

Exponit Christus, quem uocat paracletum, nimirum Spiritum sanctum, qui & consolari debet discipulos & sanctificare simul, hoc est, illuminare ad omnem ueritatem, & consolando cōtra scandala crucis eos cōseruare. Promissio hæc Spiritus sancti ostendit etiam eos, qui exemplo discipulorū aliquandiu auditores fuerūt uerbi, tamen imperfectos esse & carnales, nisi Spiritus sanctus accedat & sanctificet illos.

Obserua duo præcipua Spiritus sancti officia sanctificare animos & consolari.

Nomine meo.

Propter me. Patrem & causam Spiritus sancti nota, idēq; missionis seu pcessionis gratia. Io. xv. Christus dicit se missurum Spiritum sanctum.

Ille uos docebit omnia.

Quid hic audio? Sciunt ne discipuli omnia, qui ad tam longa tempora fuere cū Christo? Sa-

ne docēdi erant per Spiritum sanctum, sine quo adhuc imperfecti, & carnales erāt discipuli, qui nec glorificationem Christi per crucem, neq; regnum Christi intelligebant. Docere est hic sanctificare & uiuida reddere ea, quæ didicerāt a solo à Christo. Litera adhuc erant discipuli, igitur opus habebāt Spiritu sancto uiuificatore, iuxta illud: Litera occidit, spiritus autē uiuificat. Docere non est nouam doctrinam proponere, sed doctrinam à Christo auditam interpretari & ad spirituales intellectum enarrare.

Omnia.

Nihil excludit, ut scias apostolos in regno Christi nihil intellexisse sine Spiritu sancto.

Et suggeret.

Reuocabit uobis in memoriam omnia, quæ docui uos, quanquam suggerere, hic nō tā est in memoriam reuocare, quā admonere diuina quadam potentia.

Suggerendi uocabulo exprimitur oscitantia nostra & inscitia naturalis in rebus dei.

Quæcunq; dixi uobis.

Spiritu sanctus nō docebit noua aut diuersa dogmata à doctrina Christi, sed tantum interpretabitur spiritualiter doctrinam Christi & ducet ad rectum intellectum, quem natura nos ignoramus, etiam auditores uerbi seu doctrinæ Christi.

Pacem relinquo uobis.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus hodierni Euāgelij agit de effectu, qui sequitur dilectionē Christi & obseruationē uerbi eius. Sequitur inquā, nō ppter opera aut merita discipulorū, sed q̄a hic relinquitur eis à Christo, hic effectus pax est cōscientiæ, quā scimus nos habere in Christo & propter Christū placatū Patrē: nec hoc tantū quietiori tempore, uerum etiā in afflictionibus, in quibus ducimus nos gloriosos esse, iuxta illud ad Roma. v. Gloriamur sub spe gloriæ dei, nec id solum, uerum etiam super afflictionibus &c.

Oporret itaq; hanc pacē, de qua hic loquitur Christus lōge aliā esse, q̄ ea est, quā mundus habet, qui in afflictionibus nō potest gloriari, nec statuere, q̄ deū, p̄pitium habet, imò obruit deū cōuictis & iudicat afflictiones esse signa diuinę irę.

Cæterum quia pax conscientię effectus est, qui sequitur credentes propter Christum, iam origo huius pacis quærenda est. Operarij hanc pacem habere non possunt, quia ex operum imperfectione irritantur magis & perturbantur. Vnde opera causa huius pacis nō sunt. At quæ tandem illius causa est? Respondeo: Ea est fides in Christum, quæ statuit deum sibi placatum esse propter Christum, hæc non opponit merita, non opera, non dignitatem, sed apprehendit gratuitam p̄missionem, ex qua certa est hæreditas, & in qua reuera cessant omnes cruciatus conscientię, quib⁹ exagitur propter de-

lita, quæ propter Christum condonata, efficiunt conscientiam tranquillam & requiescentem, quam tranquillitatem seu requiem conscientie uocat hic Christus pacem, quã Apostolus ad Romanos. v. effectum fidei facit per Christum in iustificatione acceptum. Ait enim: iustificati igitur fide, pacem habemus erga deum, per Christum dominum nostrum &c.

Hac pace solari se debent conscientie in omni genere afflictionum, ceteræ, quod deus curam illorum habet: estq; hæc occasio huius loci de pace, ut sit apostolis, quo consolentur se in periculis, indubij se habere deum placatum, alioqui sine hac pace statuunt conscientie in persecutionibus constituræ, quod reiectæ sint à deo. Gentium philosophiæ egregie hortantur ad constantiam in aduersitate, sed quod magnifice præscribunt, neq; ipsi neq; alij præstare possunt, in causa est, quæ caret hac pace, de qua hic loquitur Christus.

Pax nihil aliud hic sonat, quam tranquillitatem conscientie certo statuentis se habere placatum deum. Relinquo, non tantum nunc, uerum etiam in posterum.

Vobis, qui habetis uerbum meum, qui diligitis me, qui seruat is uerbum meum.

Mundus hanc pacem habere non potest, quia prædicta non habet.

Pacem meam do uobis.

Expolitio, meam emphasim habet, ut scias ibi esse solum hanc pacem, ubi ipse Christus est.

Paulus ad Ro. v. hoc expressit, cum inquit: Pacem habemus per dñum nostræ Iesum Christū. Et uerbo do idē insinuat. Nam Christus est huius pacis autor.

Non quomodo mundus dat.

Occupatio explicās de q̄ pace loquatur Christus & commendans causas pacis, quā mundus dare non potest, & quia nō potest, ergo nouit hanc pacem, sed aliam pro uera pace constituit, scilicet externam, quam ipse proponit sibi certū diuinæ beneuolentiæ signū, uerū fallitur.

In particula quomodo forma pacis proponitur, quæ diuersa est à forma mundi, qua ille dat pacem. Collatione exaggerat hic utriusq̄ pacis formam. Præterea quomodo non tam formales causas quā efficientes abscondit,

Ego do uobis.

Ambo pronomina emphasim habent: Ego insinuat causam pacis, uobis personas acceptabiles pacis.

Ne turbetur cor uestrum.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Hic locus cū præcedenti cohæret, ut causa & effectus. Nā apertū enthymema hic est: Ego do & relinquo uobis pacem: Ergo ne turbetur cor uestre. Continet uero hic locus insignē consolationem, ne discipuli propter scandala crucis, animos abijciant, postq̄ audiunt Christum abiturum per crucem ad Patrem. Proponitur uero

consolatio in ipsa cruce, ut sciamus, crucē & consolationem esse in regno Christi necessario res cognatas: ideo inquit Christus: Vado & uenio ad uos. Porro cū contra scandala crucis, non sit presentius remedium, quā uerbum, quare reuocat discipulos ad uerbum. Ait enim: Audistis enim quod ego dixi uobis: uado & uenio ad uos Et quia reuocat ad uerbum, simul ad fidem effectum uerbi incitat, unde subiicit, Et nūc dixi uobis prius q̄ fiat, ut ubi factum fuerit, credatis.

Monet quoq; hic locus de fragilitate humanę naturę in cruce, quę non ualet se erigere, nisi uerbo adiuta, quod docet crucem esse diuinę beneuolentię signum, & quod fidem parit.

Ad mundum hęc doctrina nō pertinet, qui & turbatur in cruce, & gaudere non potest, neque credere crucem esse bonę Dei uoluntatis certissimum signum.

Ne turbetur cor uestrum.

Nota effectum pacis à Christo relicte, nō turbari corde in cruce. Interim fortis exēplo etiam Christi, homines exhorrescūt crucem & turbantur propter crucē. Turbari corde in cruce est scādalizari in corde, ita q; ex aduerso euentu iudices uerū uerbū non esse uerbū uerū, est dubitare de ueritate uerbi, est indignari Deo, est opinari Deū nobis iratū esse, est omnes uerbi effectus & p̄missiones in dubiū uocare. Ab antithesi, nō turbari in corde, est uerbū nō ex euentu iudicare, est nō dubitare de ueritate uerbi, est gaudere in

cruce, sicut hic inquit Christus: Si diligereis me, gauderetis, est non irasci Deo in cruce, est patientem esse in cruce, est statuere Deum in cruce nobis amicū esse, imō crucē certissimū signum iudicare benevolentiaē Dei &c. De his formis ferēdi crucē scribit Apostolus. ij. ad Col. i. Ad omnem tollerantiā & patientiā cum gaudio. Ad Phil. ij. Omnia facite sine murmuratione. Iacobi. i. Pro summo gaudio ducite fratres mei &c. Ad Ro. v. Gloriantes in afflictionibus.

Turbari in cruce, est cōtra uerā formā crucis peccare. Non turbari, est formā crucis retinere.

Cor inquit non corpus, quod naturaliter turbatur. Sic p̄ij in ipsis afflictionibus cordibus lætis esse possunt, & reuera sunt, qui pacem Christi in conscientis habent.

Neq̄ formidet.

Alter effectus pacis à Christo relicte non formidare,

Audistis.

Reuocat Christus ad uerbum, ut leues discipulos à mœrore & formidine. Nā prædicta mala, iuxta commune prouerbium, minus feriunt.

Quod ego dixi.

Causam formidinis & mœroris notat.

Vado.

Nouum regnum auspicatorum & patrem meum glorificaturus. Hoc uadere causa est mœroris & formidinis in apostolis. Mirum fuit apq̄

stolos sic offendi cruce seu abitione Christi ad patrem, cum utilitatem abitionis audiunt, Ac quid mirum? Sic nos omnes natura adfecti sumus, quod illud uadere cōsideramus, neglectis cōmoditatibus, q̄ ex cruce profluūt, q̄lia sunt: glorificatio magnifica, liberatio gloriosa &c.

Et uenio ad uos.

Obserua cognationem crucis & liberationis: Nam ideo uadit Christus, ut redeat: Ideo proijciuntur p̄ in crucem, ut rursus liberentur.

Si diligeretis me.

Timor & formido non sunt in charitate, i. loannis. iij. Ergo dilectiōis effectus seu res cognate sunt: gaudiū & lætitia. Imò formido signum est diffidentia, qua diffidis Christum non rediturum. Est q̄ hic locus inuersio, qua inuertit Christus argumētum rationis in discipulis, uidelicet se non abiturum, ut deserat, sed ut redeat & iuuet.

Gauderetis.

Propter sequētia commoda, quæ ex mea abitione accipietis, qualia sunt: liberatio, adeptio eternæ uitæ, missio Spiritus sancti &c.

Quia pater me est maior.

Videlicet respectu officij & legationis, uel ad discernendas personas & officia, nō respectu essentia. Quia pater maior me est, id est, quia pater debet per me glorificari, & ego iuxta officium meum deo illum glorificare.

Et nunc dixi uobis.

Reuocat Christus discipulos ad uerbum, quo solentur se interim propter abitionem eius.

Priusquam fiat.

Abitio mea ad Patrem.

Credatis.

Scilicet me rediturū ad uos, uerbi mentionem fecerat Christus, igitur recte subiicit nunc fidem ut uerbi effectum, complexio hic fieri debet causæ & effectus, ut sit sensus huius loci: Verbum locutum uobis ad fidem uos erigere debet, & uos uerbo credere debetis.

Posthac non multa loquar uobiscum.
Hic præsentialiter & humana uoce.

Venit enim.

Causa quare nō multa posthac loquetur Christus cum discipulis.

Princeps mundi.

Inimicus meus, qui insidiatur calcaneo meo Gene. iij. Princeps mundi ab effectu dicitur factus, quia precipit mūdo, quæ uult, regit mūdum & trahit, quo uult pro arbitrio.

Et in me non habet quicquam.

Hoc est, etsi ueniat princeps mundi, tamē ego certus sum me uicturū. Terret, quia principem mundi uenturum prædicit. Consolatur rursus, quia inquit: Et non habet in me quicquam, To-

tius Euangelij uis in his uocibus expressa est.

Sed ut cognoscat mundus.

Consolatio, qua Christus primū se, deinde & discipulos consolatur. Nam et si ueniat princeps mundi, tamen non est desistendum a uocatione, ut minus compleamus uoluntatem Patris, quæ semper pluris facienda est, quam omnes persecutores aut cruces. Ideo inquit Christus: ut cognoscat mundus, quod diligo Patrē, id est, quam quam coram mundo res stulta & ridicula uideatur, per crucem querere glorificationem Patris, tamen ut cognoscat mundus, quod diligo Patrem, & quod per crucem recta uia sit ad Patrē, idcirco mandatū, quod dedit mihi Pater, facio.

Diligit Patrem Christus, quia seruat mandatum Patris. Enthymema est hic locus:

Ego seruo mandatum Patris,

Igitur diligo Patrem.

Item.

Ego diligo Patrem,

Ergo facio mandatum eius.

Nota coherentiam & cognationem dilectionis & obseruationis mandati Patris. Item nota dilectionem erga Patrem esse signum custodiæ mandati. Et e contra: Mādatum intellige de uia glorificandi Patrem per crucem.

Appendix de seſto Pentecostes.

Restat nunc paucis usum huius festi enarrare. Legitur in Actis cap. ij. quod in die Pentecostes

cum discipuli unanimiter congregati essent in eodem loco, factus sit sonitus de caelo repente, tanquam impetu uenientis flatus uehementis & repleat rotam domum, ubi erant sedentes discipuli. Et uisæ sunt illis dissectæ linguæ uelut igneæ &c. Quæ omnia uno die Pentecostes contigerunt discipulis. Verum cum omnia tum uerba tum exempla, quæ in scriptura extant, in nostram doctrinam & usum sint præscripta, ut ait Apostolus ad Roma. xv. igitur nunc ea, quæ in Apostolos fecit Spiritus sanctus in die Pentecostes, sic in nostrum usum trahemus.

Primum ut sciamus nos hoc festum non more Iudæorum aut propter Iudæos seruare, quibus Pentecostes seruanda erat data propter memoriam liberationis ex Aegypto, sicut & Pascha, teste. xvi. ca. Deute. Sed ideo seruare, ut meminimus Spiritum sanctum hoc die Apostolus ex promissione Christi missum, omnibus credentibus Christo mitti, in hoc, ut ducat credentes Christo, in omnem ueritatem, exponat illis Christum, suggerat eis omnia. Ioann. xiiij. faciat eos discretis & ignitis linguis loqui, sedeat super illos, & repleat omni gratia, ut alijs loquantur linguis, testetur in cordibus eorum, quod sint hæredes Dei, & cohæredes Christi, confirmet eos contra scandala crucis, uiuidos reddat ac spirituales, qui in Spiritu & ueritate operantur fructus Spiritus placentes Deo, regat & defendat ad uitam æternam. Quos postremos effectus Spiritus sancti cõ-

elufit Lucas sub his, dissectis, ignitis & alijs linguis loqui, & repleti Spiritu sancto, hoc est, nouas fieri creaturas, quæ & efficaciter consentunt uerbum coram omnibus, & omnia, quæ faciunt, uere faciunt & spiritualiter sine hypocrisi iuxta illud. ij. ad Corin. iij. Vbi spiritus domini est, ibi libertas, ibi tollitur uelum &c.

Propter has itaq; res magnas meditandas, Pentecosten, seruamus, ut sciamus nos non esse orphanos à Christo relictos, sicut ipse inquit Ioa. xiiij. Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos &c. Et uenit hodie per Spiritum sanctum, quem misit apostolis & fidelibus omnibus.

Primum repletorem & datorem omnium spiritualium munerum. Siquidem in hoc ascendit Christus in altum & captiuam duxit captiuitatem, ut dona daret hominibus psal. lxxij. hoc est, Spiritum sanctum mitteret credentibus, qui duceret eos in omnem ueritatem, & dispartiretur dona hominibus, quibus edificetur Ecclesia, ornentur & conseruetur. Deinde ut tutorem & rectorem omnium credentium, quos tuetur Spiritus sanctus, defendit, regit & consolatur, ne à cognita ueritate, & ab accepta per fidem in Christum hereditate, recidant.

Impetratur uero Spiritus sanctus hoc ordine. Verbum auditum parit fidem, Fides apprehendit Christum, Christus dat Spiritum sanctum.

IN EVANGELIUM
IOANNIS .III. DOMINI-
ca Trinitatis.

NON credo inter omnia Evangelia quæ per annum leguntur & recitantur pro publicis cõcionibus, esse aliud & utilius & cõmodius ad præsentem Ecclesiæ faciem, ac est hodiernum de Nicodemo. Hic em̃ suo exemplo docet quàm nihil fere intelligunt de uera Euangelij cognitione, qui quàm peritissimos se esse Euangelij putant, omniaq; perfectissime in negotio pietatis intelligere.

Si uero libet causas huius iustitiæ exploratas habere, respiciendum est ad duplex regnum: Alterum mundi, Alterum Christi: quæ quidem regna, cum diuersas iustitias habent, hinc fit, quod ratio & conatus nostri alteram sibi uendicent, alteram omnino intactam relinquunt. Illa uero, quæ ratio intelligit & nostræ uires aliquo modo prestare possunt, eiusmodi est, quæ in uoluntate hominis cõsistit, eatenus tamen, quatenus diabolus uoluntatem nostram uiresq; nostras nõ impediatur.

Cum igitur de iustitia disputatur, quæ est in regno Christi, statim adest ratio, quæ nunc mundanã ac ciuilẽ iustitiã aliquo modo ad effectum apprehendit, et credit præter hæc nõ esse quocumq; aliam gratiore deo, quia in mûdo optima est, et à qua sicut Cice, lib, i, Officiorũ boni atq; iusti uiri appellatur.

tur. Et est reuera optima ac oīum uirtutum præclarissima, teste Aristote. v. Ethicorū, neq; cū hē spero neq; cū Lucifero cōferenda. Eā & comendat scriptura, uocans illā carnis iustitiā, ad quā retinendā cōstituit deus magistratū, ad Ro. xiiij. Præterea habet hæc iustitia hic in mūdo sua præmia, quibus deus benedicit illis, qui hæc sequuntur & efficiūt. In hac hæret iustitia, in hodierno Euāgelio Nicodemus, igitur neq; uerā iustitiam intelligit, neq; causas eius, imò cū audit de causis perueniēdi ad hæc iustitiā, & offenditur & absurdam iudicat institutionem Christi.

Nec hodie mūdos, imò sapiētissimi quicq; mūdi, exemplo huius Nicodemi, possunt ab offendiculo alleni esse, & nō absurdā iudicare Euāgelij doctrinā, postquā audiūt etiā, pponi iustitiā in regno calorū, diuersam à iudicio rationis & potestate nostrarū uiriū. Porro q̄a ratio nō capit ea, quę dei sunt, quare certū est, rationē & omnes, q̄ rationis iudicio nituntur, iustitiā regnū calorū non intelligere, exemplo Nicodemus est, Princeps Iudeorum, procul dubio uir in lege dei peritus & prudēs, q̄ tamen ueram iustitiam non capit, neq; causas eius. Cōcludo itaq; ueram iustitiam mundo esse incognitā, quā nemo intelligere potest, nisi qui renatus per Spiritum sanctum fuerit. Hic iuxta suum officium, Ioannis capite decimo sexto ostendit mundo causas huius iustitię, et simul monstrat ueram iustitiam quam cœpit Christus et instituit per suum ua-

dere ad Patrem. Nec hic solum ostendit huius iustitiæ causas, nec solum monstrat hanc uerã iustitiam, sed simul suppeditat uires noscendi & apprehendendi illam, Vnde et Christus ad intelligendam hanc iustitiam, et ut perueniamus in illud regnũ, in quo est hæc iustitia, inquit in hodierno Euãgelio: Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum cælorum, hoc est, neq; regnum cælorum neq; iustitiam illius regni intelligere.

Est uero nunc ea iustitia, quæ renascendo per Spiritum sanctum paratur, gratuita remissionis peccatorum imputatio, quam impetrat fides. Ab hac iusti coram deo appellantur, et habet rectorum Spiritum sanctum, et premia uitæ æternæ, tanquam comitem seu rem ex promissione dei cognatam.

Regnum autem, in quo ualet hæc iustitia est spirituale, in quo regnat Deus Pater unã cum Christo in conscientijs per Spiritum sanctum & uerbum ad impetrandam illam iustitiam & ad accipiendã uitã eternã, & in quo credẽtes regnãt beneficio Christi regis in Satanã, peccatũ, mortem &c. De hac tandẽ iustitia & de hoc regno monet in hodierno Euangelio Christus, & docet, quæ sit uia perueniendi in hoc regnum & ad hanc iustitiam, quæ duo nemo à natura intelligit neq; capit, quantum uis exemplo Nicodemi peritus. Præterea hærent Nicodemi hæc questionēs contra regnum Christi & iustitiam eius

in natura in omnium hominum animis semper. Quo modo potest homo nasci, cum sit senex? Nunc potest in uentrem matris suae iterum introire, et nasci? hoc est, num amplius aliquid requiritur, ut introeamus in regnum dei, quam noscere Christum esse ex rebus externis, aut historiae notitia? Nonne satis est, ea iustitia esse praeditum, quam nos ex nobis praestamus? Nunc quid deus in negotio iustificationis amplius a nobis poscit, quam posse nostrum? His & similibus quaestionibus hodie obuiam itur Euangelicę iustitię.

Summarij loci.

- 1 Non satis est ad ingrediendum in regnum caelorum, & ut intelligas ueram iustitiam, noscere Christum, audire uerbum & amplecti, nisi & renascaris per Spiritum sanctum, sine quo omnia sunt mortua & litera. Exemplar est Nicodemus.
- 2 Non renati per Spiritum sanctum, nondum sunt in regno caelorum, quamuis se inesse putent. Et cum tales audiunt uere disputari de regno dei, non possunt, nisi rationis argumenta adferre. Exemplar est Nicodemus.
- 3 Quę res sunt necessariae ad renascentiam & ut perueniamus ad regnum caelorum, aqua & Spiritus.
- 4 Commune & perpetuum iudicium Christi est de non renatis per Spiritum sanctum, quod nihil intelligant de regno Dei, & causis in illud perueniendi.
- 5 Regnum dei & iustitiam eius, unā cum uia

perueniendi in illud regnum, & ad ueram iustitiam, nemo intelligit, nec esse potest in illo regno neque iustitiam illius regni acquirere, nisi e Spiritu natus quis fuerit .

6 Etiam admoniti de regno Dei & uera eius iustitia: Item de medijs perueniendi in illud & ad illam, tamē non ita statim intelligimus regnum illud, iustitiam & media illius regni. Exemplar est Nicodemus, secundo argumentans ex rationis iudicio contra hoc regnum, contra hanc iustitiam, cōtra hæc media. Inquit enim: Quomodo possunt hæc fieri ?

De occasione hodierni Euangelij

Ioannes in præcedentis capituli sine multis in Christum credidisse scribit, uisis eius miraculis, unde & uerisimile est Nicodemum ex eorū numero fuisse unum, qui Christi miraculis persuasi, crediderunt uerbo. Sed quales sunt causæ huius fidei, talis quoque est fides. Quid em̄ aliud est, hæreretantum in signis & miraculis Christi externis, nisi Christū historiali quadam & uulgari fide apprehendere, quam etiam satan habet & omnes hypocritæ, qui exemplo Nicodemi norunt Christum à Deo esse, esse filiū Dei, potētem &c. Sic enim inquit satan. Mar. v. Quid mihi tecum est fili Dei altissimi? Hypocritæ nihil crebrius personāt, quam domine domine, Christe fili dei &c. Quare hic distinguendum est inter duplicem fidem, alterā historialem seu uulgarem alteram ueram & illam, quæ est singulare Dei

dei donum. Itē inter duplicia regna, alterū Chri-
 sti, alterum satanæ. Et inter duplicem iustitiam,
 alteram civilem seu politicam, quæ rationis iu-
 stitia est, alteram, quæ ualet coram deo & iustitia
 est cordis. Fides uulgaris seu Nicodemica, regnū
 in quo uersantur Nicodemi & iustitia, quam Ni-
 codemi pro uera iustitia putant, hæc inq̄ omnia
 habere, nōdum est uersari aut esse in regno celo-
 rum, sed tantum sunt persuasiones, quæ dā mor-
 tuæ & ciuiles, quæ ad regnum dei spirituale non
 quadrant.

Erat autem homo.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus hodierni Euangelij obserua-
 tu dignus, est descriptio quædam illius fidei & iu-
 stitiæ, quam homines habent ante renascentiam
 per Spiritum sanctum, & propter quam putant
 se esse in regno cælorum, rationis iudicio persua-
 si. Verum cum ratio non intelligit ea, quæ ualent
 in regno cælorum, non est dubiū, quin ratio fal-
 sa tantum persuasione lactet suos Nicodemos, ut
 opinentur se habere ueram fidem, quam tamen
 non habent, imō non possunt habere, & ut arbi-
 trerur se tenere ueram iustitiam, quam tamē mi-
 nime tenent, tandem ut iudicent se esse in regno
 cælorum, à quo adhuc procul absunt.

Quare certum est Nicodemos non esse ueros
 Christianos, etiam si notitiam aliquam Christi
 habeant, credāt aliquo modo uerbo, amplectan-

tur illud, confiteantur, admirentur, & dicant: Nemo potest hæc signa facere, q̄ tu facis, nisi fuerit cum eo deus. Etiam si habeant illi rationis iustitiam, persuadeat q̄ sibi, quod sint in regno cælorum: Hi Nicodemi post omnia illa coguntur audire: Quod natum est ex carne, caro est, q. d. Christus. Nicodemi omnibus illis uirtutibus præditi, quales sunt: historialis fides aut notitia Christi, iustitia ratiois, & esse nomine in regno cælorum, tamen caro sunt, hoc est, mortua membra, quæ nondum intelligunt, quæ sit fides uera, quæ sit uera iustitia, & quod regnū dei Spirituale, quæ autem ut intelligas, opus est renascentia, quæ fit per Spiritum sanctū, qui ex carne facit spiritum ex hominibus carnalibus, spirituales, ex mortuis uiuos, ex hypocritis ueros credentes, historiali fide addit ueram fidem politicæ iustitiæ, ueram iustitiam &c. Et tales Nicodemi renati per Spiritum sanctum, audiunt postea, quod natum est ex spiritu, spiritus est.

Concludo itaq̄ ex hoc loco primo, non satis esse ad ingrediendum regnum cælorum, hoc est, ut intelligas & habeas ea, quæ sunt in regno cælorum, noscere obiter Christum, historiali fide prædicum esse, confiteri uerbum, commendare potentiam uerbi, possidere civilem iustitiā &c. nisi per Spiritum sanctum renascaris.

Damnat hic locus maximam partem Evangelicorum, qui hodie audiunt uerbum, credunt uerbo, confitetur uerbum exemplo Nicodemi,

in renascētia per Spiritum sanctum, in summa
securitate & persuasione uana.

Erat homo ex Phariseis.

Antequam Euangelista procedit ad acta Christi
& Nicodemi, præmittit diligentem descripti-
onem personæ Nicodemi, ut illius iusti Pharisæi
& in speciem magni commendatoris Christi,
cæcitatem & ignorantiam exaggeret, nobis in
doctrinā, ut sciamus homines ante renascētia
quanto sunt iustiores Pharisæica & ciuili iustitia.
Præterea quanto sunt prudentiores & sapienti-
ores, tãto minus intelligere in negotio pietatis.

Ex Phariseis.

Commendatio Nicodemi à genere professio-
nis, q. d. Ioannes. Pharisæus erat Nicodemus: Er-
go Pharisæica iustitia præditus, iustus est &c.

Princeps Iudæorum.

Non tam in scriptura doctor legis, quàm ma-
gistratus in populo.

Venit.

Commendatur studium religionis ueræ co-
gnoscendę in Nicodemo. Et sicut Beda scribit, ut
plenius disceret myſteria fidei.

Nocte.

Circumstantia temporis exaggerat studium
audiendi uerbum in Nicodemo, & simul timo-
rem seu pudorem insinuat.

Rabbi scimus.

Captat Nicodemus beneuolentiã à psona Chri-
sti & unã confitetur Christi officiũ, qd est docere,

& simul commendat dona Christi & eius potentiam. Hęc confessio in speciem magna est & pia, quę tamen non ducit in regnum cęlorum, quia sine renascentia fit.

Nemo enim.

Confirmat Nicodemus ætiologia, qđ Christus à Deo uenerit. Est autem hęc confirmatio à ratione & carne sumpta. Nam prorsus hoc carnale argumentum est, quo hęret Nicodemus in externis signis & miraculis tantum, quibus probat Christum à Deo uenisse, interim negligit doctrinam Christi & effectus illius internos, quos per uerbum sentiunt conscientię per Spiritum sanctum renatę ad uerā iustitiā, & ex qua statuunt conscientię se placere Deo.

Amen amen dico tibi.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus hodierni Euangelij ē precibus locus, hic se aperit, in quo uidemus ex Christi responso, nondum esse in regno cęlorum, qui Nicodemi sunt, hoc est, qui receperunt uerbum, qui credunt illi, qui confitentur illud, norunt Christū propter externa miracula esse filiū Dei &c. sine Spiritu sancto. Tales uero quia persuasionē ducuntur, quod propter res prædicatas sint in regno cęlorum: igitur cum audiunt uere disputari de regno Dei & de rebus ad hoc regnū pertinentibus, & opponunt se argumentis rationis contra eos, qui de regno Dei & iustitia eius uere

disputant. Ratio enim absurdam indicat doctrinam Christi de pietate, nec immerito, post quod nihil in regno Dei sit, quod ratio intelligere possit. Verum omnia argumenta rationis, quæ contra veram doctrinam de regno Dei & eius iustitia opponi possunt, inefficacia sunt & puerilia, adeo, quod hic Nicodemus pharisæus & civili iustitia iustus, etiam princeps Iudæorum, non solum sedet ridicule cum suis argumentis, sed etiam stulte. Et talia hodie iudicanda sunt omnia argumenta, quibus iustitiarum operum & sapientes mundi obuiam eunt spirituali regno Christi & iustitiæ veræ. Cæterum argumenta Nicodemica naturalia sunt, in omnibus hominibus hærentia, quæ nautra non possunt aliter respondere Christo docenti de vera iustitia, quam hic responderet Nicodemus: Quomodo potest homo nasci &c. Et quatenus homines non patiuntur se erudiri à Christo de vera iustitia, manent extra regnum Dei. Quemadmodum Iudæi, quos accusat Apostolus ad Ro. x. cum ait: Testimonium enim illis perhibeo, quod studium Dei habent, sed non secundum scientiam. Nam ignorantes Dei iustitiam, & propriam iustitiã quærentes constituere, iustitiæ Dei non fuerunt subditi. Sic Nicodemus sic multi hodie sapiētes, prudētes & civiliter iusti ac probi homines, humanarum ceremoniarum ac rituum studiosè custodes, exēplo Iudæorum studium Dei habent, sed non secundum scientiam. Nam ignorantes iustitiã Dei, & alteram

illam civilem & politicam defendentes atq; ap-
probantes, ad ueram iustitiã non pueniunt, nec
sunt in regno Dei. Amen.

Iurat Christus in re seria & uera: Item quæ ali-
ter esse non potest.

Nisi quis,

Indefinita pro uniuersali. Loquitur enim hic
Christus omnibus hominibus uolentibus ingre-
di regnum cælorum.

Natus fuerit è supernis.

Per Spiritum sanctum intus in corde, hoc unũ
medium est, per quod renasci oportet, alterum
addet porro Christus in sequenti loco, ipsam a-
quam, hoc est, baptismum, qui est signum rena-
scentiæ. Locus communis hic tractari debet de
renascentia, quæ non est corporis lauacrum, aut
ablutio partis ipsius naturæ, sed est lauacrũ seu
ablutio, qua abluitor & renascitur totus homo,
etiam qua purgatur ea, quæ in homine sunt o-
prima, uirtutes præclarissimæ: Item uulgaris opi-
nio & in speciem pia de Christo seu pietate co-
gnitio, qualis est cognitio Nicodemi de Christo,
Paucis definita renascentia, est totius natiuita-
tis nostræ purgatio & sic omnium earum rerũ,
quæ à natura nobis innatæ sunt cum uirtutes tũ
uitia. Cause renascentiæ sunt & media ex uerbis
Christi sequentibus, aqua seu baptismus & Spi-
ritus sanctus. His addi potest uerbum, quo ceu
certo gradu itur ad renascentiam. Partes renæ-

scientie duę sunt: Mortificatio, quę aqua significatur & uiuificatio, quę Spiritus sancti donū est.

Effectus renascentię esse possunt, omnia bona opera tam primę quām secundę tabulę, quę scriptura alias fructus spiritus appellat, ut ad Galatas. v. Et placent Deo hęc opera, quia spiritus sunt, quia uiua sunt, quia amplius nō sunt litera. Hos effectus renascentię uno hoc comprehendit Christus, uidere regnum Dei.

Non potest uidere regnum Dei.

Hoc est, uere intelligere Deū, & ea quę sunt in regno Dei. Videre metaphorice ponitur pro intelligere. Regnū Dei ut causa ponitur pro omnibus rebus, quę pertinent ad hoc regnū, uel metonymice pro rebus, quę continentur in hoc regno, quales sunt: iustitia uera, quam regno Dei adiicit Matthęus capite. vi. ubi inquit: Primum querite regnum Dei & iustitiam eius &c. remissio peccatorum, fides, uita eterna &c.

Dicit ad eum Nicodemus.

Obserua hic puerilia argumenta, quę ratione prudentes uiri & iustitia ciuili iusti obijciunt spirituali regno Christi & uerę iustitię.

Quomodo.

Ratio offenditur forma renascentię & causis, quas in se habere credit. Nam statim cum audit ratio proponi iustitiam, opponit illa suas uires ut causam præstandi iustitiam. Exemplum cęcitatis & ignorantię in Nicodemo est, qui cum

credit se multum intelligere in pietatis causa, nihil intelligit, immo ne prima principia, quibus itur ad pietatem ueram. Argumentum prorsus carnale est in ipsa ratione probabile, sumptum ab impossibili. Porro ratio suas habet confirmationes in rebus ciuilibus non contemnendas. At alia est ratio in regno dei, in quo agitur de spiritali regeneratione.

Amen amen.

Iurat Christus in re seria & certa. Declarat Christus suo responso, causas seu media & formam renascentiæ, ut certum reddat Nicodemũ, de qua renascentia loquatur, non quidem de illa carnali, sed spiritali, quæ ex aqua, ut signo certa est, & ex spiritu uiua.

Philãthropiæ exemplum in Christo, qui non statim errantem & infirmum Nicodemũ reijcit.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius hic locus exponit quid sit è supernis nasci. Docet enim de causis renascentiæ, & rebus necessarijs atq; gradibus, quibus itur in regnum dei.

Hæ autem res sunt, aqua & Spiritus sanctus. Aqua baptismus est, signum renascentiæ per spiritum factæ & gradus, quo itur ad renascentiam. Si quidem renascentia incipit à mortificatione, qua significamus totam humanam naturam in nobis absorberi & extingui.

Spiritus sanctus rursus uiuificando inflammatur

& uiuacia facit corda, testatur in cordibus nos esse hæredes Dei & cohæredes Christi, per quæ statuimus nobis remitti peccata nostra, & deũ Patrem nobis reconciliatum, & donatos nos uitæ æterna. Spiritus sanctus rãdem generat in cordibus novos morus, qui in Spiritu & ueritate seruiũt deo uiuacibus & beneplacẽtibus operibus.

Docet hic locus simpliciter neminẽ posse introire in regnum dei sine mortificatione & regeneratione per Spiritum sanctũ. Item sine illis rebus neminem intelligere ea, quæ sunt dei. Nã in omni renascentia, cuius partes sunt: mortificatio & uiuificatio, hæc duo necessario concurrũt, ut id, quod prius est, per mortificationem abrogetur, & aliud, quod nouum, in abrogati locum succedat. Prius significat, quod sumus ante renascentiam. Nouum, quod sumus renati. Noui autem facti sumus in regno dei, & uere habemus iustitiam huius regni & omnia illius bona.

Tibi.

Emphasim habet, q. d. Christus, tibi dico, qui confiteris me à deo uenisse, & tamen ignoras causas perueniendi in regnum dei.

Natus.

Hæc natiuitas abrogat priorẽ, in qua à natura sumus nati, quæ plena est peccatis.

Ex aqua & Spiritu.

Ex mortificatione & uiuificatione, quarũ reum autor est Spiritus sanctus, hic arguit per uer

bum & ducit in mortificationem & rursus uis fide in Christum erigit ad uiuificationē mortificatos. Aqua seu baptismus ut signum proponitur, spiritus post ponitur, qui efficax est in baptismo per uerbū. De necessitate baptismatis, quantum illa se extendit in Catechismo discimus.

Non potest introire in regnum.

Id est, intelligere ea, quæ sunt in regno Dei, aut in ueritate sine hypocrisis præstare.

**Quod natum est ex carne
caro est.**

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Exordium hic sumit quartus huius Euangelij locus, qui communi & perperua durate sententia damnat in uniuersum totum hominem cum omnibus suis etiã optimis & in speciem pijs uirtutibus, cum omnibus suis uiribus, ante renascentiã, qui per se non ualet ingredi in regnum cælorum, non intelligit illud regnū, non potens est in illud peruenire. Et continet hic locus causam per antithesin adiectam, qua probat à necessario Christus oportere nos renasci, modo uelimus in regnum Dei ingredi & illius regni thesauros intelligere, Caro enim natura non potest aliter de Deo & regno eius sentire, quam carnaliter. Hinc quicquid obijcit caro aduersus regnum Dei, hoc illi naturale est. Et quæadmodum nunc caro à natura ante renascentiam nihil intelligit in regno Dei, sic homo renatus per

Spiritum sanctum omnia intelligit, iuxta illud: priore ad Corinthi ij. Ea, quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus dei. Item spiritualis homo diiudicat omnia. Item ad Romanos capit. viij. Qui Spiritu dei ducuntur, hi sunt filij dei, hoc est, intelligunt ea, quæ in regno dei Patris sunt.

Carnem hic intellige totam humanam naturam. Et quod hic Christus carnem uocat, Apostolus priore ad Corinthios capite. ij. animalem hominem dicit.

Spiritus est, quicquid per Spiritum sanctum in corde uiuit.

Ne mireris.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus occupatione annectitur precedentibus, alioqui Nicodemus obijcere potuisset, neque se neque quenquam uisum posse hanc renascendi uiam intelligere. Quapropter reuocat Christus occupatione hac Nicodemum à suis cogitationibus, ne sit sollicitus de causis renascentiæ, quæ non sunt uires nostræ aut conatus, sed ipse Spiritus, qui regenerat nos per uerbum, & facit nos aptos ingrediendi in regnum cælorum, & ut intelligamus iustitiam illius regni &c.

Excludit hic locus omnes uires nostras in causa regenerationis, & proponit unicum Spiritum sanctum per uerbum regeneratorem.

Ne mireris.

Occupatio.

E supernis.

Supernali & cælesti & spiritali modo.

Vbi Spiritus uult spirat.

Similitudini inclusus est totus hic locus. Et autem similitudo sumpta à natura uenti, docens hominem natura ignorare renaſcentiæ cauſas aut quomodo ſit ingrediendū in regnum Dei. Item probans Spiritum ſanctum conuertere hominum animos per uerbum, non aliter atq; uentus per ſonitum operatur. Accommodatio ſimilitudinis, quam hic Chriſtus negligit, facile accommodari poteſt, obſeruata tantum modo natura uenti, quæ in his duabus rebus conſiſtit, quantum ad præſentem ſimilitudinem attingit, ut ſcias uentum ſpirare ubi uult. Sic Spiritum ſanctum regenerare, quem uult. Item uenti naturã eſſe, ut audiatur & non uideatur. Sic Spiritum ſanctum inter regenerandum per uerbū auditur quidem, ſed non uidetur.

Coniungit Chriſtus uentum & uocẽ: Ventus non uidetur, quanquã auditur uox eius. Ita Spiritum ſanctum non uidetur, quanquã interim auditur uerbū, per quod operatur Spiritum ſanctum in renaſcentibus. Et ſicut uentus & uox, quæ de uento auditur, ſeparari non poſſunt, ita nec Spiritum ſanctum & uerbum.

Sed neſcis unde ueniat, & quò uadat.

Aduerſatiua hæc ſentẽtia proprie probat nos natura non intelligere cauſas renaſcentiæ, aut

quomodo sit ingrediendum in regnum dei. Vt enim ignoramus, unde ueniat uentus & quo uadat: ita ignari sumus causarum renascētiæ, unde moueatur illæ causæ, & inter agendum quas feriant. Sic Spiritus sanctus unde moueatur ad regenerandum per uerbum nescimus, & cum regenerare per uerbum incipit, quos regenerabit, ignoramus. Sane hoc certum est, ex nostris operibus aut meritis Spiritum sanctum ad generandam per uerbum non moueri, sicut nec uentus ad suum flatum per nos & nostra mouetur. Præterea etiam incerti sumus, quas personas per prædicationem uerbi, quo regenerat Spiritus sanctus, ferire uelit.

Interim non ignoratur, quod sit uentus neque nascitur, quod uenti natura sit flare, & inter flatum uocem ædere & uocem illam audiri. Quare non sumus ignari esse quidem Spiritum sanctum, cuius officium est regenerare, & hoc ipsum facere per uerbum audibile.

Prodest hic quoque accepta occasione ex præsentis similitudine, uerbum & Spiritum sanctum seorsum concipere. Vt enim sonitus seu uox uenti diuersum quiddam est à uento, quanquam res coniunctæ, ita & Spiritus sanctus & uerbum seorsum concipi debent, quanquam interim res coniunctæ, quæ ab inuicem diuelli non possunt.

Sic est omnis.

Accommodatio similitudinis à uenti natura ad hominem renascentem seu renatum.

Quomodo possunt hæc fieri.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus proponit in Nicodemo exemplum tarditatis, in intelligendo regno dei, in iustitia uera intelligēda, & in capiendis causis seu medijs renaſcentiæ, Nicodemus enim admonitus à Christo de regno dei & ipsa renaſcentia & causis eius, tamē adhuc parū aut nihil de his rebus intelligit, secundo argumentans ex iudicio rationis contra regnum dei & renaſcentiā, qua puenitur in illud dei regnum. Stultitiæ uero exemplam est in Nicodemo, q. postquā admonitus à Christo de regno dei & renaſcentiæ causis, quod eas ad uentū naturam ignoremus, tamen porrò loquitur: Quomodo possunt hæc fieri?

Docet hic locus, nos etiam admonitos quidē ueritate uerbi, tamen statim non intelligere oīa, nisi interna eruditio accedat p̄ Spiritum sanctū, qui faciet nos omnia intelligere.

Tu es magister.

Acerba increpatio in Nicodemū nō uolētem acquiescere ueritati, q. d. Christus: Tu q. aliorum doctor esse uis in uera religiōe, & interim ignores principia, q. bus itur ad uerā religionē cognoscendam.

Amen amen.

Christus cognitione sua certa & indubia, quā ip̄ scit firmā esse, cōfirmat p̄dictam doctrinā. Nē mūdus in testē sup̄ hanc doctrinā uocari nō potest, q. ea eā ignorat. Est itaq. hæc doctrina Christi

si uera, nõ ga hic, uel ille de ea testatur, sed quia
Christus pclamirat eã certã & ueram esse:

Si terrena.

Hoc est, q̄ ad uos homines terrenos pertinent
& quæ sunt in uobis & circa uos, qualia sunt: ca-
ro, uentus &c. ut: qd' natũ ex carne, caro est &c.

Et nemo adscendit.

Locus hic est ab impossibili ductus, exaggerãs
bñficia Christi et suppressõs merita nostra. Do-
cet enim nos per solũ Christũ seruari, exemplo
serpentis exaltati, quem cum læsi inspicerent, re-
stituti fuerunt sanitati.

Appendix de festo Trinitatis.

Fortassis non erit ineptum et de festo Trini-
tatis pauca dicere. Ex sacra scriptura certum est,
unum esse deum, Deut. v. Audi Israel, deus tuus
unus est. Ast quia scriptura tribus deitatẽ ac di-
uinam essentiam adtribuit. Patres personæ uoca-
bulum propter multos errores uitandos, inue-
nerunt. Hinc ad discernendas diuine essentię per-
sonas Trinitatis appellatio in Ecclesiã irrepsit,
qua significamus, non tres inæquales personas,
sed personas indiuiduæ essentię & substantiæ co-
æquales. Et quantum ad huius festi usum atti-
ner, uoluerunt nostri antecessores, certum existe-
re in ecclesia tempus, quo liceret de trium illa-
rum in diuinitate æqualium personarum officijs
agere, ne sicut in imperitijs uidere licet, confunde-
remus officia.

Satis uero est imperitoribus hoc officiorum
discrimen tenere, quod deus Pater omnia crea-
rit & ordinari, ut salui fieremus. Deus filius sal-
uos nos fecit, Deus Spiritus sanctus sanctificet &
conseruet nos in salute per Christum accepta.

IN EVANGELIUM
DOMINICA .I. A TRINITA-
tis Lucae, xiiij.

Hodiernum Euāgelium parabola est,
quæ accommodata ad naturam uer-
bi & mores hominum, intellectu non
est difficilis. Sic enim comparatum est
cum Euangelio, quod sit gratuita prædicatio, ni-
hil non boni promittens omnibus, qui illud re-
cipere non grauātur. Siquidem parata est cœna,
in qua nihil desideratur, nihil à nobis requiritur
amplius, nisi ut ueniamus, & lautissimis illis ser-
uis, ad non peritura gaudia fruamur.

Mundus uero ad oblatum Euangelium & ma-
gnam illam atq; lautam cœnā stertit, nihil illam
curat, tandem uenire recusat.

Ratio autem est tantæ negligentiae, quia mun-
dus in suis iustitijs cum saturo uentre incedit, se-
curus uiuit & alia atq; alia præfert magnificæ illi
cœnæ. Et quia inuitati ad hanc cœnā rogant ser-
uos, ut eos excusent coram domino inuitante
ad cœnam: uerisimile est Christū hic loqui de il-
luitantem, neq; cœnā, ad quā inuitatur, tamē ali-

as atq; alias res præponunt domino ac cœnæ, & venire recusant. Tales inuitati hodie sunt, q; propter priuata commoda negligūt Euangelium, aut quia aliàs suis iustitijs saturi sunt.

Hęc itaq; est fortuna uerbi, quod cum nequeat improbari à multis, tamen propter priuata commoda aut, pprias quasdam iustitias negligitur.

Porro Euangelium præsens triplicium hominum recusantium ad cœnâuenire, mentionem facit, Primi sunt, qui venire recusant propter diuitatem & possessiones augendas, Hi enim uilam emerant. De his sæpe aliàs meminit scriptura, cum docet de impedimentis ad recipiendum uerbum & cõseruandum, quæ ex studio pecuniæ seu diuitiarum & potentiæ proueniunt.

Merito autem præponuntur hi recusatores cœnæ alijs, quia studium diuitiarum sicut Apostolus inquit ad Thimotheum sexto posterioris epistolæ, radix est omnium malorum, & facit suos sectatores idololatrias & à fide abducit.

Item facillimam præbet studium pecuniæ, suis cultoribus occasionem, aut non recipiendi, aut negligendi uerbum etiam susceptum, quare non inconuenienter dixit Christus Matthæi decimo nono: Amen dico uobis: Diues difficile introibit in regnum dei &c. non quod impossibile sit, unde & Christus correctionē adiicit: Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem quod diuites atq; illi omnes, qui student poten-

riæ & dignitatibus, etiam ubi uerbum receperit, tamen esse infrugiferos agros, hoc est, qui tantum audiunt uerbum uacuum & inane, quod propter spinas illas & studia huius seculi in diuitibus suffocatur, teste parabola de seminante, Matthæi decimo tertio.

Secundum genus hominum recusantium uenire ad cœnam, eorum est, qui propter iuga bonum, hoc est, propter curam uictus, negligunt ad paratam cœnam uenire. De his proprie docet capite sexto Matthæi, multis argumentis refertum, quæ docent curam uictus non admittere uerbum. At enim ibi Christus, ubi fuerit thesaurus uester, illic erit & cor uestrum, Item nemo potest duobus dominis seruire &c. Et quia Christus Matthæi. vi. capite, ita diligenter de cura pro ui. abijcienda monet, igitur oportet cura illa profunde inhæreat mentibus hominum, sicut & reuera inhæret. Nam quis non iudicat honestissimum esse curare pro liberis, coniuge, familiis &c. Collige itaque ex his & similibus argumentis, quæ pro se habent homines uictus curiosi, ductis ab honestate & ex ipsis naturæ legibus non esse minimam occasionem negligendi cœnam hanc ipsam curam uictus, quippe qua honestatem excusantem curam illam habet.

Tertium genus hominum esse potest, qui ad cœnam uenire detrectant, qui cura domestica & rei familiaris abstrahuntur a uerbo, quæ cura & ipsa honestatis argumenta præ se fert, Quis

enim non honestum esse putet uxo rem ducere
rem familiarem curare? &c.

Obiectio.

At omnes homines tribus illis impedimen-
tis irretiti detinentur, quis ergo ueniet ad illam
cœnam? Frustra ergo cœna illa parata est.

Responsio.

Ut maxime saturi illi uentres non ueniunt ad
paratam illam cœnam, tamen sunt, qui ueniunt:
nimirum famelici illi & pauperes peccatores, de
quibus Christus loquitur Matthæi quinto. Bea-
ti, qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Item sentiunt
se cœna illa ad refrigerium egere. Hi ueniunt ad
cœnam & fruuntur huius cœnæ delictis ad tran-
quillitatem conscientiae & ineffabilia gaudia.

Alij interim, qui ad hanc cœnam uenire recu-
sant, iusto dei iudicio excœcantur a deo, quod ne-
detur quidem illis gustare de hac cœna. Exem-
plum habes in Iudæis, qui inuitati ad paratam
hanc cœnam, uenire neglexerunt, quare etiam
ablatum fuit ab illis regnum dei, & datū est Gen-
tibus facientibus fructum eius, Matth. xxi. hoc
est, recipientibus oblatam gratiam.

Summarij loci.

i Euangelium, regnū dei, gratia &c. quæ hic
Christus cœnā uocat paratā, non cōtingunt no-
bis propter merita aut opera nostra, sed gratui-
to. Est enim parata cœna, tantum ut nos inui-

tati ueniamus & delicijs illius cœnæ fruamur.
 2 Maxima pars mundi negligit oblatum Eu-
 angelium, idq; propter priuata commoda tan-
 tum, quæ tamen honestatis aliquam speciẽ præ-
 tendunt, qua neglectores illi se excusare molun-
 tur, sed frustra propter hypocrisim.

3 Hypocritæ recusantes uenire ad cœnam, cõ-
 ram uocantibus prædicatoribus aliquo modo
 se excusare possunt. Nec quicq; contra possunt
 prædicatoribus, nisi ut domino renũcient respon-
 sa uenire ad cœnam nolentium. At dominus est
 qui perspicit hypocrisim in corde, quæ & postea
 hypocritas iusto suo iudicio deserit ac reijcit.

4 Iustum iudicium Dei est, Iudæos hypocri-
 tas nolentes uenire ad cœnã deiici, & recipi Gen-
 tes peccatores ex misericordia, ad Romanos
 undecimo. Matth. xxi.

De occasione hodierni Euangelij.

Occasio hodierni Euangelij trahitur ex uoto
 illius, qui mensæ acubebat & dicebat: Beatus qui
 manducabit panem in regno celorum. Sic enim
 omnes ex natura desideramus beatitudinẽ, quã
 absentem cupimus, oblatam uero contemni-
 mus. Et huic uoto responderet nunc Christus se-
 quente parabola, ut ducat illum ad uerbum reci-
 piendum, in quo uera beatitudo inuenitur.

Homo quidam erat.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus definitionem cõtinet Euang.

geli, quod nihil aliud est, quam cœna magna & parata, ad quam uocat Deus multos, ut edant & bibant, hoc est, accipiant dulcissimos Euangelij fructus, tranquillitatem conscientiae, pacem, gaudia &c.

Et est hæc definitio Euangelij ex primo hoc loco apprehensa, plena omnis consolationis, ut sciant afflicti & miseri peccatores, qui non habent, uel iustitiam propriam, uel opera, quæ opponant domino; imò si talia haberent, tamẽ audiunt læta & parata hac cœna, nihil amplius requiri, nisi ut nude uentiant. Illis itaq; afflictis & miseris peccatorib; proponitur hic gratuita cœna, gratuitũ Euangeliũ, tandẽ & gratia gratuita. Quia inqt hic seruus: Venite, parata sunt omnia &c. Multa circa hunc locum dici possunt de præparationibus uanis & inanibus. Item de causa paratæ cœnæ, q̃ misericordia Dei est, non opera nostra. Valẽt hic quoq; propter imperitiũ uulgus commodius instituẽdum, similitudines sequentes. Quemadmodum enim ab omnibus iudicaretur stultus, qui in Rhenum aquam deferreret, aut ad summas diuitias uitrea quædã metallalla, aut ad instructissimam cœnam fercula aliquor. Ita bis stultus iudicandus est, qui ad paratissimã Euangelij cœnam, parat aliquid de suo adferre, cum illa nobis adferat, non ipsi illi,

Homo ille, Deus est pater, qui ad Hebr. i. extremis temporibus, hoc est, sub hac cœna, nobis locutus est in seruo suo Christo, id est, in con-

tempta & humili persona coram oculis hominum, ad Phil. ij. Qui cū esset in forma Dei &c. semetipsum inaniuit forma serui sumpta.

Cœna hæc alijs atq; alijs nominibus appellatur in prophetis, nunc pactum nouum, nunc fœdus nouum, ut Ezech. xxxvi. nūc lux magna, Esaia. ix. Apparare uerbum, gratiæ & misericordiæ est. Nam hæ sunt huius cœnæ causæ, quarū & diligenter meminit Apostolus ad Ephesi. i. & ad Roma. viij. ix. x. xi.

Cœnam magnam.

Vocabulis cœnæ paratæ exprimitur gratuitū Euangelium, significatur gratuitū effectus Euangelij, gaudium, pax conscientiæ, trāquillitas &c. Cœna breuis esse solet: Ergo Euangelium occasio est tantum, Cœna parata non facile restauratur: Ergo apprehendendum est Euangelium in tempore. Cœnā sequitur nox: Ergo qui negligunt Euangelium, excæbuntur. Magna appellatur hæc cœna, respectu legis, quæ erat parua cœna, pro certo populo Iudaico. Euāgelica cœna magna est.

Et uocauit.

Ex gratia.

Multos.

Respectu Iudæorum, qui primi uocati sunt. Hi cū uenire recusarēt ad cœnā, cœpit hæc cœna p singulari & peculiari Iudaico populo apparta, fieri uniuersalis & cōmunis cœna, p omnib.

Misit seruum suum.

Non dicit seruos suos, quorū homo ille multos misit sub lege admonens & inuitans Iudæos ad paratam cœnam. Sed dicit seruum, ut intelligas Deum patrem nouissime inuitasse Iudæos per suum filium, ad Hebrę. i.

Hora cœnæ.

In nouissimo tempore, ad Hebrę. i. Est autem nouissimum tempus, quod pater sibi in filio proposuerat secundum præfinitionem seculorum, ad Ephesi. i. Hic uero Christus adhuc inuitat ad cœnam usq; ad extremum diem per prædicatores uerbi testacea illa uascula. n. ad Corinth. iiii. Horam cœnæ Apostolus aliàs plenitudinē temporis, aliàs præfinitionem seculorum, aliàs nouissima tempora uocat.

Inuitatis.

Per prophetas.

Venite, quia iam parata sunt.

Adhortatio, ut ueniāt ad cœnā, ad quam inuitati erant Iudæi per prophetas. Obserua nihil amplius requiri a Iudæis nisi ut ueniant. Et quia nudum uenire postulat Christus, tacite ostendit omnem conditionem dignitatis aut operum, in hac cœna excludi. Magnum pondus inest uerbis. Quia iam parata sunt omnia. Habent enim singulæ uoces singularem emphasim.

Et cœperunt simul.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus describit impedimēta & cau-

las recusantiū Iudæorū ad nuptias uenire. Et quā
quā triplicia sunt impedimēta illorū hoīm, tamē
ad unum quoddā genus referri possunt, hoc est,
ad priuata commoda, quæ nō in ciuili quidē bo
no uiro laudantur, sicut Cicero lib. i. Officiorum
docet. Verū quia impedimenta illa, propter quæ
maxima hominum pars negligit paratam illam
cœnam, honestatem, aliquo modo excusatricem
habent: Ideo coram hominibus aliquid ponderis
ris præ se ferunt, qui aliter iudicare non possunt,
quām honestum esse augere dignitatem, tenē
dere ad honores, augere bona, curare pro liberis
& coniuge, agere curam rei familiaris &c. Et re
uera mererentur dicta aliquam excusationem
nisi præceptum esset: primum quærite regnum
dei. Et nisi prior tabula foret præponenda poste
riori. Nam uillam emere non est peccatum, sicut
nec iuga boum emere, & uxorem ducere.

Ast talia opera facere, & præ studio illo
rum negligere uerbum, hæc impietas est, quan
quam hypocrisis & honestatis argumentis recta,
quibus hypocritæ cupiunt se excusatos. Inde nunc
colligo naturam hypocritarum, qui semper ni
tuntur sua præponere uerbo, idēq; honestatis spe
cie. Sic enim dicunt. *Es ist doch noch ein
erlich feyn dingk / vmb die kirchenn
gepreng.*

Villam emi.

Villa curam significat augendi honores, po

tentiam, possessiones, bona &c.

Necesse est.

Excusatio à necessario palliata honestate.

Exire.

Exire & uidere studij & adfectuū uerba quæ
testantur cor ad uillam appositum.

Rogo te.

Hypocrisis seria, quia rogar.

Iuga boum emi.

His signatur studium & cura uictus.

Eo ad probandum.

Probare studij & adfectus uerbum.

Rogo te.

Hypocrisis non damnantis cœnam, tamen ue
nire recusantis.

Vxorem duxi.

Hæc curam rei familiaris notant.

Ac reuersus seruus.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus docet exempla Christi ad pa
trem reuersi, quid possint prædicatores contra
hypocritas, qui honestatis argumentis se ad cœ
nam uenire excusant. Cogere hypocritas exem
plo Christi neq; possunt neq; debent. Et fortassis
fieri potest, quod quidam simplices prædicato
res honestate uicti, excusationes hypocritarum
accipiant. At Deus, qui intuetur corda, & cui no
ta est hypocrisis, non decipitur ab hypocritis.

Quid ergo ad istas excusationes facient praedicatorum? Respondeo: Ad dominum reuerti possunt, & queri de contemptu uerbi, proponere honestatis excusationes, quarum praetextu credunt Hypocritae se securos fore. Interim propter ingratiudinem recusantium uenire ad cenam, praedicatorum non abijcient suas uocationes.

Tunc iratus paterfamilias:

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus locus iustum dei iudicium proponit in Iudaeos, qui propter priuata commoda ex hypocrisis contempserunt oblatum Euangelium. Et a contrario misericordiam & gratiam dei ob oculos ponit in Gentes, quae cum non essent populus dei, ex misericordia populus dei factae sunt. His cena Euangelij grata & simul iucunda fuit. Pertinet huc locus, i. ad Corinthios, i. non multi sapientes &c. Prodest hic exaggerare Gentium infidelitatem & abiectiorem ex .ij. capite ad Ephesios, Alieni a Republica Israelis, a testamenti promissionis. Item incutiendus est timor Gentibus, ne inflentur in gratiam susceptae. Nam si deus naturalibus rationibus non pepercerit, nec infirmitatibus parceret, ad Romanos undecimo. Item adhortanda sunt Gentes ad gratiarum actiones pro tanta gratia.

Dixit seruo suo.

Christus adducit Gentes, ad Ephesios, ij. nunc

autem per Christum Iesum uos, qui quondā eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinē Christi &c.

Exi.

Cito.

E populo Iudaico.

Circumstantia temporis commendat magnitudinem gratiæ.

In plateas & uicos ciuitatis.

Sine respectu loci. Obserua in ciuitatis uoce emphasim esse, ut scias quosdam ex Iudæis seruos, de quibus uide xi. caput ad Romanos.

Pauperes ac debiles.

Sine respectu personarum. Paupertas, debilitas, claudicatio & cæcitas infirmitates sunt tam corporis, quàm animæ, urgētes ad cœnā uenire.

Et adhuc locus.

Cœna Euangelij nunquam tam multos admittit ad se, quin semper locū adhuc habeat.

Exi in uias & sepes.

Hoc est, ad Gentes, quæ non sunt in plateis et uicis ciuitatis, sed extra ciuitatem, alieni à Republica Israelis, ad Ephesios, ij.

Et compelle.

Compellere non est hic uolentiæ uocabulū quod gladijs aut armis fit, uerum uerbis. Et sicut Apostolus inquit ad Timotheum. iij. epistola. ij. Prædica sermonem, insta tempestiue & in tempestiue, argue, increpa &c. Et Matthæus cap. v. Sermo uester sit salsus cōditus, Cōsolatorius

locus pro peccatoribus, quo sciant se à Christo deo non pelli propter suam infirmitatem, ut etiam durioribus uerbis eos cogi uelit, quodāmodo ad Euangelij cœnam.

Dico autem uobis.

Iustum dei iudicium in neglectores Euāgelij.

Quod nemo uirorum illorum, qui uocati sunt, gustabit.

Qui uocati fuerūt & uenire recusauerunt. Gustabit, hoc est, ne minimas meæ cœnæ delicias sentiet. Voco autē delicias oēs illos fructus, quos confert credētibz Euāgelij, quales sunt: remissio peccatorū, pax cōscientiæ, gaudiū ppter placatū patrē &c. Disce hic, quale sit iudiciū impiorum, quales pœnæ, nimirū nō gustare neq; sentire Euāgelij fructus. Et contra uita æterna est, illos gustare & sentire.

**IN EVANGELIUM
DOMINICA .II. A TRINI-**

tate, Lucae cap. xvi.

Nihil difficultatis est in hodierno Euāgelio, modo scias hic duas inæquales psonas cōferri, Altera diues est, altera pauper. Altera ppter præsentis uitæ multa bona in oculis mundi fortunata atq; beata: Altera ppter illorū bonorū carentiam infortunata atq; infelix iudicio mundi.

Diues typus illorum est, qui in hac uita propter prosperam fortunā, secure uiuunt extra tē-

mōrē Dei, cordib⁹ adhærētes diuitijs, in quas & confidūt, quasq; & colūt ut idololatrę pro Deo qui liberare potest in necessitate. Horū frequētes personant uoces: Anima habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude &c. Sed magna hæc & cęcitas & securitas est, sic à diuitijs dementari & captiuari, ut à rebus, quę a deo non possunt à morte & ira Dei liberare, quod sæpe occasionem mortis & diuinę irę se præbēt, quas sequitur tandem non cessans etiam iudicium, sicut hic uidemus in exemplo huius diuitis, qui beatum se putauit in tāta opum copia, & tamē post obitū suum, in tartarum delatus est tormentis agitandus.

Lazarus uero pauper illorum est typus, qui in hac uita præter uerbum nullas diuitias habent, & si quas habent, in eas tamen nō fidunt, soli uerbo credunt, quo erigunt se in cruce & angustijs constituti, certi in animis, quod aliquādo sint habituri æternam uitam. Hac spe solātur se, neq; finūt se ab illa ullis offendiculis abstrahi, q̄ sciūt hanc esse glorificādi patrē uia, exemplo Christi pati & simul cū Christo per crucē glorificari. Preterea sciunt & experiuntur etiā in ipsis afflictionibus, uerbū & si contemptū, tamē esse sibi uirtutem & potentiā ad salutem, ad Ro. i. Hi quia sequuntur humile & contemptū uerbum in oculis hominū: igitur & ipsi cotemnūtur à mundo, iudicantur infelices & à Deo deserti. Nam mundus uerbum ex euentibus præsentibus meretur

quare non potest credere illud esse potentiam & uirtutē Dei ad salutem omni credenti. Oritur autem tam peruersum mundi iudicium ex iustitia & ignorantia ueræ beatitudinis & causarum eius. Nam beatum iudicat mundus, qui hic secunda fortuna fruitur, qui hic ab omnibus commendatur, in oculis est omni populo. Et quem admodum tales homines nunc iudicat beatos, sic à contrario infelices damnat Lazaros, non tantum coram hominibus, uerum etiam coram deo.

At summa hæc impietas & ignorantia est mundi, sic iudicare de fidelibus,

Stultitia uero est, argumentari in hunc modum: Diues, quia possidet multa, induitur purpura & bysso, epulatur quotidie splendide: Ergo coram deo acceptus & beatus est diues.

Temerarius est mundus, qui iudicat de beatitudine Lazarorū, quam tamen non intelligit. Ita enim colligit mundus:

Lazarus mendicus est & hulcerosus:
Igitur non est deo curæ.

Hæc mundi iudicia expertus est & Christus in cruce pendens, cum loquuntur illi: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si uult eum. Et David Psalmo tertio audiuit: Non est spes ei in Deo suo. Item Psalmus. cxliij. Beatus populus, cui hæc sunt &c. Respondēt p̄ij per castigationem: Beatus populus cuius est dominus Deus eius.

Difficile est in tam peruerso mundi iudicio posse se pios persistere, & ut non offendantur illo iudicio & similiter iudicent de uerbo. At difficilius est, in tam iniquo mundi iudicio posse aliquē intelligere, qui sint uere beati, qui non, qui uere diuites, & qui secus. Iudæi ignorātes hunc intellectum factus est Christus illis offendiculū, Genti- bus uero stultitia. Vere beatum dicit Psalmogra- phus Psal. cxi. qui intelligit super egenū & pau- perem hoc est, qui pauperes & abiectos coram mundo, non ex paupertate & contemptu, sed ex uerbo aestimat, quod habent.

Pertinet ad illustranda hæc initium. v. capitis apud Matthæum de beatitudinibus, ubi Chri- stus ab antithesi de utriusque regni beatitudinibus disputat, id est, mundani & cælorum.

Postremo ostendendum nunc est, quādo ma- nifestum fieri soleat, ut cognoscantur, qui hic ue- re fuerūt beati. Illud manifestabūt pericula mor- tis in hac terra. Post hanc uero uitam, euentus, qui sequeretur. Nam in hac uita, cū homines pro- miscue uiuunt, non facile dinoscuntur uere bea- ti à non beatis. Quanquam illi, qui se ex favora- bili fortuna beatos putant, etiam in hac uita pro- iecti in pericula mortis, experiantur, quā nihil sit fiducia in diuitias, & quā non possint opes consolari in necessitate.

Qui autem hoc non sentiūt hic, tamē in mor- tis hora & post mortem sentient, exemplo di- uitis & Lazari pauperis. Tum enim beati huius

mundi, cum hoc diuite clamabunt ad Abrahamum: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum &c. quibus respondebit Abraham filij recordamini, quod receperitis bona uestra in uita uestra. Item cum uidebūt Lazarum contemptum in hoc mundo & in beatum sedere in sinu Abrahę, atq; adeo omnes pios prorumpent in has uoces, cum impijs illis ad infernum derisus, quorum meminit liber Sapientię cap. v. Hi sunt, quos habuimus aliquando derisui, & in similitudinem improprij, Nos insensati uitam illorum æstimabamus in saniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum &c. Non quod sic ore loquentur impij, sed sic in conscientijs erunt adfecti.

Summarij loci.

- 1 Diuites & felices huius mundi, fruuntur summis delitijs, in summa securitate, sæpe in summo odio & cõtemptu dei, idq; ad æterna supplicia. Exemplar est huius parabolę diues.
- 2 Pauperes, humiles, infelices & contempti in hoc mundo, propter uerbum quod sequitur in summa calamitate uiuentes & in uera fide ambulantes, post hanc uitam habebunt æternã. Exemplar est Lazarus

Homo quidam erat.

EXPLIC. PRIMI SUMMARIJ.

¶ Felicitas hæc mundi est, exemplo huius di-

uitis indui purpura & bysso & epulari quotidie splendide. Et dicitur felicitas mundi, non quod omnes homines ea ex æquo fruantur. Reperiunt enim quamplurimi in hoc mūdo, qui etiam ipso Lazaro sunt pauperiores, uel saltem æquales illi, sed quod hanc felicitatem intelligat & pro uera felicitate probet. Et licet quidam pauperes sint in mundo, tamen adfectent in animis illam felicitatem & approbent, sæpe pro summo bono iudicent.

Athæc felicitas & res, e quibus illa oritur, per se non sunt peccata, sed præclara Dei dona, quæ ex benedictione domini subueniunt. Idcirco non est iudicandus hic diues, quasi ideo damnatus sit quia uestiit se purpura & bysso, & quia quotidie splendide uictitauit. Nam res illæ unâ cum uictu, bonæ dei creaturæ sunt, in usum hominis creatæ. Verûga istis rebus corde adhæsit diues, istas res magis curauit, quam deum & uerbum eius, in istis rebus se cure uixit, cum odio & contemptu dei: Quare hæc res ut bonæ dei creaturæ propter abulum cesserunt diuiti in exitiũ. Et huc abulum creaturæ Dei bonæ, passim damnat scriptura, ubi illis uerbum Dei præfert & à fiducia illarum dehortatur, ut Mat. xix. i. ad Timo. vi. Eccl. xiiij. Beatus diues qui inuentus est sine macula & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia ac thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in uita sua &c.

Cordis iraq; appositio in diuite & fiducia in diuitias, unâ cum contemptu & odio Dei in magna

securitate, causæ fuerūt damnati diuitis'. Nam tales res aduersantur primo p̄cepto prioris tabule quod fiduciam soli Deo tribuit, excludit uero creaturas.

Porro quæ nunc præmia sequantur illam infidelitatem animi ex multis scripturæ locis certum est, & monet de illis hic euētus diuitis appetitissime, & si quem laterent illa præmia, is colliget ab antithesi ea à uita æterna, quæ credentibus promittitur in loco, qui sonat: Qui credit in me habet uitam æternam. Illa præmia Lucas hic uocat tormenta, Christus Matth. xiiij. nominat ploratum, stridoremq; dentium, hoc est, uehementissimam irrequietudinē consciētiarum. Ab antithesi uitæ æternæ erunt præmia illa infidelitatis, luctus, mœror, tristitia, afflictio. Apoca. xxi. Nam Deus ab oculis piorum absterget omnem lachrymam. Sentire peccatum, mortem, iram, Dei &c. Esaiæ. xxi. Et mors deuorabitur, scilicet pijs &c.

Diues'.

In uoce diuitis emphasis est, q. d. Christus. Diues erat homo ille: Ergo à regno dei alienus: Ergo à charitatis operibus peregrinus. Item notat uox diuitis res omnes cognatas, quæ in cadunt aut ludunt circa diuitias, ut fiducia in diuitias, appositio cordis, auaritia &c.

Qui induebatur purpura.

Notat luxum in persona diuitis, qui cum ipse

in suam personā nullis sumptibus parcit, interim negligit proximum pauperem. Alias his creaturis Dei bonis uti possumus sine peccato.

Mortuus est autem & diues.

Quia totum Euangelium hodiernum partitus sum in duo summaria collatione duarū personarum: Alterius damnatæ, Alterius seruatæ. Placuit contextum ad diuitem pertinentem prius absoluerē antequam de Lazaro agam.

Mors postremus uitæ finis, occasio est, qua iuratur ad reuelationem filiorum Dei, quam auidē expectant omnes creaturæ, ad Romanos. viij. ut palam fiant filij Dei &c.

Diuitiæ, dum nō angimur morte, uitam proponunt, ueniente autem morte, non possunt liberare neq; à temporali neq; ab æterna morte.

Ac sepultus est.

Diligenter describit Euangelista omnem euentum & circumstantias circa diuitem ludentes, ut uanitatem diuitiarum ostendat, quæ neq; à morte neq; à sepultura liberare possunt.

Atque in tartaro sublati oculis.

Hæc ad adfectus internæ conscientiæ referenda sunt, quæ tum primum expendit, quàm male confisa sit diuitijs in hac uita, & quàm nūc non possit ab illis liberari. Et Gentes conscientiam irrequietam pro summo malo iudicauerunt, te-

ste Cicerone, qui consciētiā mille testes uocat.
Tartarum seu infernum appello respectu uitæ
æternæ, quicquid non est uita æterna.

De certo loco non possum sine aperto uerbo
disputare, sufficit mihi esse tartarū seu infernum,
in quo carnificantur impij conscientij, omni ir-
requietudine & tranquillitate.

Cum esset in tormentis.

Tormēta uoco simpliciter omnia ea, quæ nō
sunt in uita æterna, ut cruciatus, anxietates, inge-
tudes, intranquillitates, ploratum, stridorem
dentium, luctum, lachrymas, afflictiones, tristi-
tias, priuari facie Dei, sentire mortē, peccatum,
iram Dei, satanam &c. Quæ omnia sentient con-
scientij impij. Neq; hic imaginabimur aliquid
terrestre. Vt enim uita gterna est ultra omnem
humanum captum, aut humana omnia. Marci
xij. Cum enim a mortuis resurrexerint, neq; cō-
trahent matrimoniū, neque nuptum habebunt
&c, hoc est, nihil terrestre aut carnale erit in ui-
ta gterna, ita & tormenta ultra omnem huma-
num sunt captum.

Videt Abraham.

Vt diximus hæc oīa referēda sunt ad adfectus
consciētiæ. Videt Abraham, id est, cogitat de fide
Abrahæ, quam habere debuit diues in hac uita,
exemplo Abrahæ.

Eminus.

Sine spe aliqua præsidij. Nam hoc est, eminus
videre.

Et Lazarum in sinu eius.

Sinum Abraham recte dixeris uitam æternam &
necquid est in illa uita, ut gaudiū, tranquillitas
& requierudo conscientie, uidere faciem dei &c.

Videt Lazarum in sinu Abraham, id est, cogno-
uit Lazarum esse in uita æterna, & frui illius de-
licijs, exemplo Abrahamæ fidelis.

Certum est ex exemplo huius diuitis sensum
aliquem mortuis esse post hæc uitam, & sicut hic
diues sentit sua tormenta, ita pios sentire sua gau-
dia & uitam æternam, in qua & propter fidem
obdormierunt. Reuelabitur autem uita æterna
in nouissimo iudicio perfecte à facie ad faciem.
Sicut & iudicium & tormenta impiorum, qui in
infidelitate obdormiuerunt, manifesta buntur
aperius & horribilius in die iudicij.

Qui uero negant mortuis inesse sensum, illi aut
negabunt exemplū diuitis, aut probabunt exem-
plum diuitis significatorie dictū de sensibilitate
in iudicio primum proditura.

Et ipse clamans.

Ad adfectus conscientie refer hoc clamare, quæ-
sic diues adfectus fuerit in sua conscientia, quæ-
si clamaret.

Pater Abraham.

Ridiculum est diuitem nunc petere ab Abra-

hamo solatia, cuius fidē in hac terra nō curauit apprehendere. Ridiculum quoq; est solatia à Lazaro petere, quem in uita contempfit.

Vt intingat in aquam.

De cruciatibus conscientiaē hic agitur, ideo per aquam nihil externi hic intelligi debet, sed refrigerium conscientiaē & liberatio à cruciatibus. Alludit Christus aqua & lingua ad hominem siti propemodum enecatū, qui refrigerij gratia, aquam petit.

Extremum digiti sui.

Agnoscat diues in conscientia sua magnitudinem gaudiorum in uita æterna, ut credat sibi iuari posse, etiam minima uitę eternę particula.

Quia crucior flamma hac.

Apertus locus mortuos impios sentire sua tormenta.

Dixit autem Abraham.

Id est, tale responsum Abrahę sentit diues in sua conscientia, uel sic loquentem Abraham.

Fili.

Norat hic uocatiuus aliquam commiserationem, quam facile admittent mortuis pijs, qui illis sensum non adimunt.

Recordare quod receperis.

Felicitas mundi, quia carnalis est, & durās tan

tum donec sumus in mūdo, idcirco carnalia sua
& mūdana tantum præmia haber.

Et Lazarus mala.

Felicitas seu beatitudo piorum, quia nō est de
hoc mundo, igitur in hac uita fere nulla corpo-
ralia habet præmia, & si quæ habet, tamen cru-
ce recta sunt. Post hanc uero uitam, primum in-
cipiunt præmia piorum cumulose respondere pl-
is ad perpetua gaudia.

Nunc autem hic solatio utitur.

Acceptit præmia ueræ beatitudinis post hanc
uitam promissa. Solatiū effectus est euitæ eterne.

Tu uero cruciaris.

Cruciari præmium mundanæ felicitatis seu
beatitudinis post hanc uitam. Et est cruciatus ef-
fectus inferni, qui opponitur effectibus uitæ eter-
næ. Et cruciaris uerbum sensum aliquem mor-
tuis tribuit.

Et super hæc omnia.

Docent hæc sequentia post hanc uitam non re-
stare mortuis pœnitentiam, neq; quicquam pro-
sidiij illis expectandum à pijs. Damnat hic locus
Papisticum purgatorium, præterea monet in fi-
de mortuos non damnari post hanc uitam,

Nos & uos.

Emphatica pronomina.

Hiatus.

Accōmodat Euāgelista se, sicut & antea dixi, in

hac parabola, ad captū nostrū. Describit em̄ hic interstitiū inter pios & impios, quasi inter illos murus quidam sit aut uallis, qui eos separet.

Hiatus est executio promissionis de uita æterna pijs, & de tormentis, impijs immutabilis.

Qui uolunt.

Et uerbum uelle tribuit mortuis sensum.

Rogo ergo.

Qui mortuis sensum concedunt, hi non mirantur diuitem pro uiuis orare. Qui em̄ sensum concedit mortuis, is adfectus illis non admet. Estq; hæc oratio diuitis uotum perturbatæ conscientia, ut respiciant alij, & non contēnant uerbum, cum offertur illis audiēdi illud occasio.

Mosen & prophetas habent.

Hoc est, uetus & nouum Testamentum, ex quibus uolūtas dei discenda est, & ne ad locum cruciatus fratres tui perueniant. Sic & Christus in Ioanne dicit: Scrutamini scripturas. Multa docet hoc responsum: Primum uoluntatem dei non esse discendam à mortuis. Quemadmodum & Moses prohibet Deute. decimo octauo: Ne querat quis à mortuis ueritatem. Hoc enim abominatur dominus &c. nec sine causa. Est em̄ scrutari ueritatem à mortuis non esse contentum uerbo, id quod peccatum est contra secundum præceptum.

Item scrutari ueritatē à mortuis, est alia media

ponere, quàm prædicatores, per quos deus uult
 uerbum prædicari, Nec refragatur exemplū Sau-
 lis. i. Samuelis cap. xxviij. Qui reiectus à domi-
 no & plane impius in corde, præsidio ueneficæ
 Samuelem propheta exuscitavit à mortuis, hoc
 est, personam quandam uoce & facie referentem
 Samuelem.

Item docet hoc Abrahamæ respōsum, præter scri-
 ptum uerbum non aliud expectandum neq; au-
 diendum esse, ne si angelus aut spiritus à mortu-
 is resurgeret.

Item monet pultrones illos spiritus, quos ex-
 cogitarūt Papistę meras satanę imposturas esse.

Non pater Abraham.

Argumentatur diues ex suis adfectibus, qui
 cum ipse in uita non curauerit Mosen & pphe-
 tas, ita & fratres suos facturos credit, posse autē
 illis iuari, si quis è mortuis ad eos mitteretur.
 Urget satan ipsum diuitem, ut contra apertā le-
 gem in Deutero. de non inquirenda ueritate à
 mortuis, loquatur. Nec mirum, ut enim diues in
 uita sua adfectus fuit, nec uixit simplici uerbo
 contentus, ita post uitam loquitur atq; sentit.

Si Mosen.

Egregia uerbi cōmendatio, quod qui non cu-
 rat, aut spernit, aut non uult uerbo contentus es-
 se, is sane nullis alijs medijs ad credendum uel ad
 suscipiendam ueritatem mouebitur. Est em̄ uer-
 bum Dei non exiguum medium ducendi ad ue-

ritatem: quippe potētia & uirtus dei, ad Romam nos primo.

Restat nunc alteram huius Euangelij personam tractare, & contextum ad hanc pertinentem absoluerē.

Erat autem quidam mendiculus.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

¶ Secundus locus, in quo uenit tractanda persona Lazari, proponit nobis ob oculos uiuam quandam imaginem in Lazaro, omnium piorum & istius fortunæ, quam experiuntur p̄ in hoc mundo, & post hanc uitam. Qui exemplo Lazari in hoc mundo calamitosi sunt, & tales, quorum deus uideretur oblitus esse, aut quibus aparet deus iratus. Verum hęc iudicio mundi magna non perturbāt pios, qui sciūt in cruce ipsam glorificationem consepultam esse, & se p̄cipua præmia habituros post hanc uitam in æterna uita, ut aliquando perueniant in sinum Abrahæ. Non ergo calamitosi aut miseri sunt, sed quia uerbo credunt exemplo Abrahæ, quod uitam æternam seu sinum Abrahæ ex promissione, ut rem certo cognatam habet.

Imprimis itaq; explicanda ueniunt in Lazari persona, quæ in hoc mundo piorum felicitas sit. Deinde quæ sint futuræ post hanc uitam felicitatis piorum causæ. Tertio, quæ sint illius felicitatis præmia. Venit & patientiæ exemplum in Lazaro obseruandum, qui nō legitur ullo mo

do diuiti succensuisse, uel illi improperasse diuitias, uel inuidisse diuiti de diuitijs.

Mendicus.

Mēdicitas una est ex rebus Euāgelij cognatis.

Lazarus.

Typus omnium piorum tam in hoc mundo, quam post hunc mundum.

Qui iacebat.

Hypotiposis felicitatis Lazari. Jacere extremā contemptus uox est.

Hulcerosus.

Hoc uocabulo notatur crux Lazari & exaggeratur crucis magnitudo.

Cupiēns saturari.

Nō negligit Lazarus quæcunq; uictus mediā, ne tēter Deū. Innuir tacite Euāgelista mentione micarū, quod Lazaro frustū panis negatū sit.

Sed & canes.

Hæc adduntur in confusionem diuitis. Euāgelista meminit infelicitatis Lazari, non ut meri tum eleuet, sed ut conditionem piorum in hac uita ostendat.

Accidit autem ut moreretur.

Per mortem itur ad gloriam & iudicium.

In sinum Abrahamæ.

In uitā æternam, in qua exemplo Abrahamæ patris, qui est pater credentium filiorum omnium

recipiuntur pñ tanquam in sinum paternum.
 Accommodat se nostro captui Euangelista,
 Reliqua supra exposuimus,

IN EVANGELIUM
 DOMINICA .III. A TRINITA-
 tis, Luca. xv.

IN hoc Euangelio ponitur nobis ob oculos in signe exemplum mansuetudinis & beneuolentiæ Christi erga nos miseros peccatores & oues perditas, quibus solū hoc Euangelium in solatium proponitur. Nam pharisæi & scribæ proprijs iustitijs excæcati, nō modo non participant cum hoc Euāgelio, sed prorsus non intelligunt illud, imō cum uident Christum peccatoribus impartire iuum Euangelium, murmurant & inuident illis gratiam.

Conferuntur autem in hoc Euangelio duo hominum genera: Peccatores & Pharisæi iustitiarij, qua collatione apertum fit, qui sint proprie, ad quos Euangelium atq; adeo Christus pertineat. E contra, qui sint, qui illud cōtemnāt, alijsq; de uera iustitia inuideant.

Hæc duo hominum genera perpetuo durant in Ecclesia, in qua prædicatur Euangelium. Pharisæi credunt propter suam ex lege iustitiam se ad Christum pertinere, putant Christum Messiam, & uirum bonum & iustum, in hoc uenturū, quo consortia bonorum & iustorum sola uisitet, amplectatur & amet, q̄ quia non facit Chris-

rus, ideo offenduntur Pharisei, & iudicant Christum talem esse, quibus cum uiuit. Qualem uero nunc iudicant Christum, talem æstimant & doctrinam.

Sic hodie iustitiarum suam ex humanis sepe traditionibus sequentes iustitiam, quia uident pauperes Euangelizare, & communem turbam amplecti Euangelium, offenduntur, nec credere possunt Euangelij doctrinam, quæ hodie pura docetur, esse à suspitione alienam.

Oritur autem pharisaicum hoc offendiculum potissimum ex ignorantia uerbi testantis de officio Christi seu Euangelij, quod pauperibus promittit gratiam, & quod non habentibus adducit bona, teste Esa. cap. lxi.

Ad hoc officium reuocat Christus Phariseos in hodierno Euangelio, ut recedant à peruerso suo iudicio, & Christum non ex commercio aut personis, quibus cum uiuit, æstimant, sed ex officio, quod in scriptura expressum est, & promittitur pauperibus, tanquam perditis ouibus, quas oportet Christum ex officio adducere.

Sic hodie, si iustitiarum à suis argumentis è ratio nisi iudicio depromptis, uerterent oculos ad uerbum dei, & discerent, propter quos præcipue uenit Christus, forsassis modestius iudicarent de nostra doctrina, quam peccatores ira auide arripunt. Prudenter uero huius mundi fastidiunt. Sic enim uisum est deo, ut sapientiam sapientum perderet & prudentiam prudentum, Esa. xxix, Vt perstulentiã

prædicationis saluos faceret credētes. Pertinet
 huc primum cap. ad Corinth. i. episto. Vocari &
 huc debet Apostolus ad Ro. ix. qui docet huma-
 nam iustitiā & p̄bitatem Israelitas nō facere po-
 pulū dei, neq; ut p̄ximiores sint Christo, q̄a ex le-
 ge iustitiā habēt. Est enim misericordia Dei cau-
 sa electionis, ex qua & Gentes uocatae fuerunt,
 hoc est, miseri ac nudi peccatores, nullā proprie-
 am iustitiā habentes. Hi inquam miseri pec-
 catores recipiuntur à Christo, cū illis cibū capit
 Christus, propter hos se uenisse testatur sequen-
 tibus parabolis. Et hi agnoscunt Christū, confu-
 giūt ad Christū, credūt illi &c. nullis proprijs iu-
 stitijs, nullis operibus impediri, qui Christū non
 ex rationis iudicio, non ex consortio, nō ex cir-
 cumludentibus euēribus iudicāt, sed ex uerbo
 p̄clamante philanthropiā Christi neminē à se re-
 quos Christ⁹ ex suo officio recipit, oues & drach-
 mę p̄ditæ. Vt em̄ ouis in solitudine errās, ex se re-
 dire ad gregem aut pastorem suū nō potest. Nec
 drachma amissa ad pristinum suū possessore. Ita
 peccatores nō quæsitī à Christo pastore & legi-
 timo possessore in suis peccatis perire coguntur.

Verum & reperta ouis à pastore, manet o-
 uis. Et drachma reperta, manet drachma. Ita
 nec conuersi quidem ad ueram pœnitentiam,
 totam suam naturam exeunt, sed semper ma-
 nent infirmi. Sæpe etiam rursus aberrant, &
 tamen à pastore reinueniuntur. Vt autem ouis

non aberraret rursus & drachma se nō perdat, oportet pastorem rueri ouem, & Mulierem custodire drachmam.

Plura adhuc alia à natura ouis & drachmæ & alijs circumstantijs colligi possunt, quæ optime quadrant ad miseros peccatores. Sic ouis simplex animal est. Ouis facile aberrare potest, ouis patiens est, ouis omnium animalium stultissima, teste Plini. li. viij. ca. xlix. Oues agnoscunt uocem sui pastoris, facile sequuntur pastorem &c.

Drachma nummus est, qui per multorum hominum manus uolitat, à multis iudicatur, effigiem sui domini gerit, nō libenter amittitur à suis possessoribus, amissa summo studio inquiritur, Non quæsitā obducitur rubigine & teritur.

Vnde sumptæ sint hæc due parabole & cur nō grauioribus uocabulis hic utatur Christus, quæ sunt ouis & drachma.

Parabolæ, quibus hic utitur Christus sumptæ sunt à nostra natura. Sic enim omnes adfecti sumus à natura, ut cum perdiderimus aliquid, sit etiam illud qualecunq; solemus aliarum rerum omnium obliuisci, quæ adhuc saluas à perditione habemus, & hoc ipsum, quod amisimus, diligentissime quærere, & ex reperto, quod amisum erat, plus gaudere, quàm de reliquis omnibus bonis, quæ non amiseramus.

Utitur uero Christus in hac parabola ouis & drachmæ uocibus & non grauioribus, ut ostendat

datea maxime docere uulgus, quæ à ciuilibus rebus sumpta sunt.

Summarij loci.

1 Euangelium missum est propter peccatores restantibus id ubiq; prophetis, adeoq; idipsum Christo predicante: hoc legitur nuncium cum audiunt peccatores, accedunt ut audiant Christum & oblatam gratiã. Estq; hic locus impulsua causa peccatorum omniũ ad audiendũ Euangeliũ.

2 Christus accedentes ad se peccatores benivolẽter ac benigne accipit, & hoc facit ex suo officio, quia missus est ad infirmos peccatores. Esai. xliij. & lxi, & commendat hic locus philanthropiam Christi erga peccatores. Verum iustitiam quia propter suas iustitias, statuunt ex merito Christum ad se tantum pertinere, alieni à Charitatis operibus, inuidet nudis peccatoribus philanthropiam Christi. Et quales huius Euangelij pharisæi & scribæ sunt, tales sunt omnes iustitiani in mundo.

3 Officium Christi est, querere & suscipere peccatores, & hic usus est utriusq; parabolę.

4 Resipiscencia à peccatis ad Christum passio rem, gratissimũ Deo opus est, super quo etiam angeli in cælis gaudent.

Accedebant autem.

EXPLICATIO PRIM'I LOCI.

¶ Primus locus continet accessionem publicanorum & peccatorũ ad Christum. Sed quia inuicatoriæ causæ necessario præcedunt accessio-

nem illam, inquirendæ nunc causæ ueniunt, quæ adegerunt publicanos & peccatores ad Christum. Causæ itaq; accessionis sunt: rumor, fama publica illa de philanthopia Christi, prædicatio: necessitas uergens, hoc est, cognitio peccatorum supra modum omnis intranquillitatis plena. Sed quis rumor, quæ fama, tandem quæ publica de philanthopia Christi prædicatio tam potens esse potuit, quæ ualuerit peccatores & publicanos ad Christum adducere? Respondeo: ea fuit, quam Esa. cap. lxi. scribit, & quæ Christus in Mattheo capite. xi. repetit. Pauperes lætuntur Euangelij nuncium, id quod in prophetis promittitur, Esa. lxi. & xli. ca. ubi sic legitur: Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, siti exaruit lingua eorum. Ego dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos &c. Ezech. ca. xxxiiiij. Et suscitabo super ea pastorem unum, qui pascat ea, seruum meum Dauid, hoc est, contemptum eorum mundo &c. Has præmissiones cum facto expleret Christus, fama sparsa est ad peccatores & publicanos. Et Christus Matthei. xi. ex uerbo & effectibus seu factis uerbi cognosci uult. Ideo inquit ad discipulos Ioannis, qui uenerant interrogari Christum, an is esset, qui uenturus erat, an alterum expectarent: Ite & renūciate Ioanni ea, quæ auditis & uidetis. Cæci uisum recipiunt, & claudi ambulant, leprosi mundantur, & surdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes lætuntur accipiunt Euangelij nunciū. Et beatus est, quis-

quis non fuerit offensus per me, q. d. Christus: beati sunt illi, qui cognoscunt me ex meo uerbo & eius effectibus. Infelices autem illi, qui offensi meæ personæ uilitate, uerbum & effectus uerbi non agnoscunt, aut ad illos non credunt. Bene uidit Christus, quod exemplo pharisæorum & scribarum in hodierno Euangelio, iustitiarum forent dicturi: Hic peccatores recipit ac cibum capit cum illis. At beati sunt respōso Christi ad discipulos Ioannis, qui persona Christi non offendentur, sed credunt uerbo & effectibus uerbi, cæci uisum recipiunt & c.

Accedebant.

Effectus uerbi auditi, est accedere Christum.

Publicani.

Publici & aperti peccatores. Peccator genus est, publicanus species: His appellationibus, & duogenera uitiorum notantur, aperta seu publica facta & interna.

Vt audirent illum.

Finis accessionis publicanorum & peccatorum. Audire primus gradus est ad cognitionem uerbi. Illum emphasim habet, q. d. Euangelista, audierant quidem de Christo & philanthropia eius: nunc autem ueniunt, ut ipsi illum loquentem audiant. Primum hic finis ostendit non satis esse, ut sparsam de Christo famā audias, nisi & Christum ipsam audias loquentem. Item nō satis, ut cognoscas te esse peccatōrē, nisi & Chri-

rum seu uerbum audias, unde oritur fides. Tandem restatur hic finis accessionis peccatorum & publicanorum, de causis impulsiuus, quibus moti fuerunt, ut Christum accederent.

Et murmurabant.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

¶ In secundo hoc loco causæ murmurationis Phariseorum & scribarum inquirenda sunt, quæ tum meminit paulo post Lucas, cum inquit ex uerbis Phariseorum & Scribarum: Hic peccator est, Christum quàm humanissime publicanos & peccatores ad se uenientes recepisse, non tam quia ueniunt, quàm quia id ipsum de suo officio est, ut uel non uenientes, uel uenire non ualentes oues quærat, & amissas drachmas, sicut docent sequentes parabolæ. Recipere gratiæ uocabulum est. Cibum capere opus est magnæ philanthropiæ. Et hæc duæ causæ expressis uerbis ponuntur ab Euangelista, non aliam ob causam, nisi ut scias, tum primum murmurare iustitios, quando uident se nihil esse Christo proximiores suis iustitijs & operibus, quàm publicos & alios peccatores. Hæc adæquatio pessime habet iustitios, ut patet ex epistola ad Romanos, ubi cum Paulus Gentes & Iudæos æquales coram deo peccatores esse demonstrasset, bone deus, quos obiectiones obijciuntur contra à Iudæis, quas discrete soluit Apostolus, civili seu Mosaicæ iustitiæ

suum relinquēs honorem. Hæ causæ adhuc murmurare faciunt omnes iustitarios, & faciunt usque ad finem mundi. Quis enim non ægreferret iustitiã ex optimis operibus collectã nihil prærogatiuę apud deum habere? aut quis crederet hoc? Hinc offendicula, hinc murmuratiões, hinc inuidia, hinc uoces illæ: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis, interim nos sapientes, prudentes & iusti contemnimur. Nostro seculo si Papa & reliqui huius mundi sapientes, prudentes & potentes, Euangelium, quod hodie purum emicuit, è tenebris in lucem reuocassent, nemmo non illud recepisset. At quia homines contempti coram mundo reduxerunt diuino præsidio Euangelium, igitur contemnitur ab illis, qui sapientię & prudentię titulos habent.

Pharisæi & scribæ.

Vtrique in propria iustitia & sapientia submersi.

Hic peccatores recipit.

Mimesis iustitiariorum declarans omnium hominum animos, qui iustitijs suis fidunt, erga Christum ac uerbū. Hic emphasim habet, q. d. Ille qui uult filius dei esse, iustus & probus ab omnibus iudicari, & cuius doctrina uera sit, uideri. Et in uoce peccatores emphasis latet recipere gratiæ est, cibum capere philanthropiæ.

Dicebat autem ad illos.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertio hoc loco, ne Christus uideatur pharisæis & scribis iustam offensionis causam dare, studet parabolis. mederi illis, quibus in summa docet, se nō temere aut recipere peccatores, aut capere cum illis cibum, sed id ipsum suum officium postulare, ut Euangelizet pauperibus, arundinē quassatam non confringat, linum fumigās non extinguat. Esa. xl. Item ut pascat suum gregē sicut pastor, in brachio suo congreget agnos, in sinu suo leuet, & ipsas fœtas portet. Ezechiel. xxxiii. infirmum gregem consolidet, ægrotum sanet, quærat quod perierat, & quod abiectum erat, reducat, & quod contractū erat, alliget &c. Hæc Christi officia passim in scripturis extant, quæ omnia sequentibus parabolis exprimit. in hoc, ut ostendat se non male agere, quia recipit peccatores, & capit cum illis cibum, Potuisset Christus pharisæis, & scribis sine parabolis, ex ipsis prophetis, de suis officiis respōdisse: Verum hoc non facit, quo audientes illi non audiant, & uidentes non uideant. Tandem iusto Dei iudicio pereant.

Latet in his parabolis horrendum Dei iudicium in iustitarios, q̄ reijciuntur suis iustitijs, & peccatores recipiuntur nudi carentesq̄ iustitijs. Non possunt eloqui solatia, quæ peccatoribus ex his parabolis contingūt, ut sciant Christi proprium officium esse quærere peccatores.

Quis ex uobis homo.

h iij

Hominis uoce alludit Christus ad naturales omnium hominum adfectus, qui miro desiderio flagitant res perditas reinquirere. Et sicut hoc in hominibus naturale est, ita & naturale est in Christo pastore, oues perditas quærere.

Nonne relinquit.

Et hoc uere natura hominibus implantatum est, ut maiorem curam habeant de rebus perditis, quam de illis, quæ adhuc saluæ sunt. Sic Christus natura adfectus est.

Donec inueniat.

Christus nõ desinit quærere, donec inueniat.

In humeros.

Magnæ consolationis uerba, Christum non solum nos peccatores inuenire, sed etiam imponere humeris suis. Item consolatorum est gaudere Christum de inuentis peccatoribus.

Conuocat amicos.

Sequentia pertinent ad exaggerationem gaudij super peccatore conuerso.

Dico uobis.

Qui offendimini meo cū peccatoribus conuersio. Accommodatio parabolæ.

In cælo.

Coram angelis Dei, ut sequetur. Quæritur hic solet, quale sit angelorum gaudium: Item quomodo nota fiant angelis in cælo resipiscentia hominum peccatorum: Item, an angeli ducantur

adfectibus &c. Ad qualitatem gaudiorum angelicorum sic responderi potest. Gaudia illa non esse humana, sed caelestia gaudia, quibus quotidie fruuntur angeli coram facie Dei.

Quomodo autem angelis nota fiat resipiscencia peccatorum, ita clare dicere non possumus, quanquam interim certum est gaudere angelos super resipiscēte peccatore, hoc uere gaudiū nō contingit sine praecedenti notitia. Apostolus ad Ephesios. iij. scribit multiformē Dei sapientiam, per Ecclesiam noiā factam esse principatibus & potestatibus in caelestibus, quod cū fieri potuerit, & expresse hic dicat Christus angelos de resipiscente peccatore, gaudere, sufficit nobis id fieri & fieri posse.

Tandem nō est mirum angelos duci erga nos adfectibus, cū sint nobis in custodia dati cęlitus.

Iustis.

Quæritis à Christo & reductis in uiam.

Qui non indigent pœnitentia.

Quid hoc noui? Nonne pœnitentia durat p totā hominis uitā? Nunquid potest qs ita pfectus fieri in hoc mūdo, ut amplius non opus habeat pœnitentia? Respondeo: Inuēti à Christo peccatores, quanq̄ infirmi manent per totam uitā, tamē quia à Christo inuēti sunt, & à Christo pasto re pascuntur atq; reguntur, interim pronunciantur iusti. Est igitur hic non egere pœnitentia iustos, reputari illos iustos propter Christum pa-

storem, à quo donec nō desciscunt oues denuo,
iusti pronunciantur & si in magna infirmitate.

Sed ideo dicit Christus iustos nō egere pœnitentia, quia iam conuersi sunt, nec opus habent ut conuertantur. Discite hic quid sit pœnitentiam agere: uidelicet conuertere ad Christam, aut re-inueniri à Christo, ut Christum pastore sequaris

Aut quæ Mulier.

Idem usus est huius parabolæ ac præcedentis. Nimirum Christum in hoc uenisse, ut miseris peccatores atq; perditos ad gregē reducat, Circumstantiæ multæ incidunt in hanc Mulierem. Mulier infirmum uas est. Sic Christus infirmis se accommodat. Mulier accendit lucernam, uerit domum, quærit amissam drachmam diligenter, non cessat quærere, donec inueniat &c. Quæ omnia studium Christi erga peccatores exaggerant & simul commendāt curam Christi pastoris pro suis perditis drachmis. Consolatoria autem sunt omnia, peccatores tanti fieri à Christo. Circumstantias, quæ incidunt in drachmam supra in præfatione attigimus.

Ita dico uobis .

Accōmodatio parabolę de perdita drachma.

Super uno peccatore resipiscente.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus huius Euāgelij locus hic tractandus uenit de resipiscētia seu pœnitentia. Quæ nihil aliud est ex circumstantijs harū parabolarū,

quàm ad inquisitionem Christi, qua inquirimur
à Christo per uerbum, redire ad gregem.

Causa autem est pœnitentiæ, non nostrum o-
pus, non nostrum meritum, sed quia Christus pa-
stor inquit nos, imò periremus in solitudine
errantes, nisi Christus pastor nos inquireret. In-
quirit uero nos per uerbum, quod prædicatum
arguit nos de errore, quo cognito, reducimur p
Christum pastorem ad gregem, hoc est, simus ue-
ræ Ecclesiæ uera membra. Reducti uero ad gre-
gem, non in certum aut singularem campum con-
stitimur, in quo soli queramus pabula, sed unam
eadem pascua, & idem facimus, quod relique, o-
pus. Et quia Christus inquit angelos gaudere su-
per resipiscentibus, ostendit pœnitentiam gratis-
simam deo opus esse.

IN EVANGELIUM

DOMINICA .III. A TRI-

nitate, Lucae cap. vi.

Facillimum est hoc Euangelium ijs, qui
præcipua Christianæ religionis capita
tenent. Tradit enim hic Christus uera
bona opera, quæ facere illi debent, qui
susceperunt uerbum. Nã illis loquitur Christus,
cum ait: Estote misericordes &c.

At quia Euangelium gratuitum nuncium est,
quod sine omni conditione aut dignitatis aut
operum, gratuitam iustificationem proponit.

Iam causæ bonorum operum querendæ sunt, in quem finem bona opera in Euangelicis scriptis doceantur. Siquidem non est de proprio Euangelij officio, præscribere aut docere opera, quæ ad legem pertinent, & quæ à lege requisita fuerunt, antequam publica Euangelij prædicatio personaret in mundo. Hæc tamen subinde gratuita Euangelium, ut finem iustificationis gratiæ ob oculos ponat, qui est bene operari, & hinc tandem de præsentia iustificationis restatur.

Certum itaq; est Euangelium gratuito proponere nobis iustificationem, uel eam ob causam, quia in nostris uiribus non est, perfecte adimplere legem, quam perfectam legis implementationem possit iustificatio sequi. Et hanc causam dati Euangelij gratuito, proponentis iustificationem, passim prædicat scriptura. Hier. ca. xxxi. docet nouum pactum datum esse, quia Patres uetus pactum non seruarunt. Apost. ad Hebr. cap. vii. ait: Abrogatur enim quod præcessit præceptum propter imbecillitatem & inutilitatem, ad Ro. viii. Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio &c. præstitit. Hinc nunc liquet, quæ causa sit Euangelij gratuito docentis iustificationem, & in qua persona offeratur gratuita illa iustificatio, ea filius dei est, qui sub specie carnis peccato obnoxius, de peccato condemnatus peccatum per carnem, ut iustificatio legis impleatur nobis, qui non secundum carnem uersantur &c. hoc est, ut credentes reputarentur iusti propter

Christum & satisfecisse legi. Hic enim fide apprehensus remittit nobis peccata, iustificat & donat aeterna uita, idq; gratuito sine nostris operibus. Verum sic fide iustificati per Christum, non statim morimur, ideo cum uiuendum sit, ergo & operandum erit, ut gratuita nostra iustificatio & apud nos coalescat, & simul alijs patefiat, in hoc, ut quoq; alij ad gratuitam iustificationem properent, quare nunc bona opera faciēda sunt ex necessario & debito. Ex necessario, ne malis operibus fides extinguatur, & iustificatio inanis fiat, alijsq; nondum iustis in offendiculum. Ex debito, quia in hoc iustificamur, quod debemus bene operari, ad Romanos. vi. per totum caput, & ad Ephesios capite secundo. Nam ipsius figmentum sumus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quae praeparauit nobis Deus, quo in eis ambularemus. Sed in quem finem? Respondeo: Non ut per opera iustificeris, quia iam fide iustificatus es, & quia fide iustificatus es, igitur conditus es ad opera bona, aptus & conueniens, quia accepisti Spiritum sanctum, qui generat in te novos motus ad uia & uere bona opera idoneos. Nam quicquid sine fide sit, peccatum est. Quicquid uero sine Spiritu sancto sit, illud mortuum est, litera est &c. Facis autem bona opera, ut per illa fides tua coalescat, iustitia duret, ut habeas tuae fidei & iustificationis testimonia, inuites alios ad fidem, Priore Petri cap. ij. Glorifices deum, sicut docet Esaias, Placatio domini sua-

mus ad glorificandum deum. Gratias ages deo per bona opera: inde sacrificia laudis uocantur in scriptura.

Et ne cum bene opereris credas te frustra bona opera facere. Scias itaq; bona opa in hac terra habere corporalia ac spiritualia ex promissione dei præmia. Post hanc uero uitam ex promissione dei uitam æternam. Promissionem addone opineris te ex merito aliquid accipere, p bonis operibus. Nec grauaberis bene operari, eff audias ex promissione dei, nō ex merito tuo sequi præmia, modo certus sis, præmia certo secutura bene operantes.

Postremo cum disputatur de bonis operibus incidit questio, quæ sint bona opera. De hac questione ne laborēt piij, præscribit Christus in hoc Euangelio bonorū operum farraginem, quæ licet uaria sint propter usum, tamen ad charitatē ut locū cōmunē oīa referūtur. Nec cōtentus est Christus in hoc Euāgelio docere, q̄ sint bona opera, nisi etiā addat formā bona opa p̄standi. Ratio enim cū nesciat, quæ sint opera bona coram deo, ignorat etiam, quomodo ea perfici debent.

De occasione textus hodierni Euangelij.
 Occasio textus hodierni Euāgelij, in quo docet Christus de bonis operibus, uidetur inde nata esse, q̄ statim post auditū Euangelium incipimus alios contēnere, & segniōres fieri ad omnia bona opera præstanda.

Summarij loci.

1 Vere bona sunt opera, quibus fouetur, conseruatur & ostenditur charitas.

2 Forma exercēdi charitatis opa ab exēplo patris cælestis, & à Christo petēda atq; discēda est.

3 Media seruandi charitatem sunt infirmitates & errores fratris dissimulare ac boni consulere.

Præterea nostram infirmitatem cognoscere.

Estote misericordes.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus uocabulo misericordiæ monētur, q̄ sint uera bona opera, uidelicet illa, q̄ pertinent ad fouendā, ostendendā & conseruandam charitatē, quæ oīa cōplexus est Christus uoce misericordiæ, tanquā generali appellatione. Verū tū misericordiæ multæ sint species, uidentur illæ omnes cōmodissime referri posse ad prædictas species. Aut em̄ fouetur charitas distribuendo et collocando bñficia, dona, eleemosynas aut iisdē rebus ostenditur, aut conseruatur mutua subiectione, ut alter alteri cedat, alius alijs se subiiciat, ut inuicem dissimulemus nostros errores, omnē fastum, omne iudicium, & supercilium omne deponamus. De speciebus seu operibus misericordiæ, quibus iuuatur dando, p̄ximus, nō multum tractat hodiernū Euāgelium. De operibus uero quibus cōseruatur charitas, hic textus in uniuersum agit. Nam ubi ea opera ruūt, p̄ quæ seruatū charitas, etiā de eleemosynarum interitu nō est dubitandum. Monetur itaq; hoc loco primo, in genere omnia charitatis opera, misericordiæ

uocabulo contineri, tam ea, quibus iuuatur proximus eleemosynis, quam illa, quibus charitas seruatur. Item docemur ad tres has species, fouere, ostendere & conseruare charitatem, omnia misericordiae opera referri posse.

Estote.

Adhortatio ad charitatis opera à debito & necessario. Nam hæc inuitatorię ad charitatis opera causę sunt.

Misericordes.

Misericordia commune uocabulum est, complectens omnia charitatis opera, ut dare eleemosynam, non iudicare proximum &c.

Sicut pater uester.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus agit de forma exercēdi charitatis opera ab exēplo Patris & Christi p̄ceptoris nostri, q̄ nobis Christianis in charitatis operibus conficiēdis, ut uiuū exemplar, p̄ponitur. At quo intelligamus uerā formā p̄st̄ādi charitatis opera, ab exēplo Patris & Christi petendā. Prius sciendū est, quā formā in exercēda charitate sequatur mundus. Mūdus docet bñfaciendū esse, à quibus speramus uicissim nobis bñ fieri. Hinc mandanḡ illę sententię: Cui des, uidero: Cui beneficias, curato: Ingrato nō est benefaciendū: Inimici odio prosequendi sunt: Amici uero diligendi. His & similibus sententijs satis declarat mūdus, quod in conferendis charitatis operibus, habendus sit respectus personarum. Deinde addit &c.

alias circumstantias, ut tempus & locum, quibus suspendit mundus charitatis opera. Vnde sententia illa: Cras redito: Hoc loco me expectato. Cōtra priorem sententiam Salomon in Prouerbijis suis monet, cum inquit. Bis dat qui cito dat. Item agere facit dilatio sperādi, De posteriore sententia uidetur Christus Matth. vi. agere ubi hypocritarum factum & ostentationem in dandis elemosynis, carpit, Ait enim: cum præstas elemosynam, ne tubis canatur ante te, quē admōdum hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in uicis, ut glorificentur ab hominibus, Hanc mundi formam in præstandis charitatis operibus, hic Christus exemplo patris & suo damnat. Et quia mundus non intelligit rectam formam: exercendi officia charitatis, ideo nec docere illā potest.

Vnde igit uera forma quærēda & discēda est? Respondet Christus, a patre & a se p̄ceptore. At quomodo pater exercet charitatē? Respōdeo: Is in benefaciendo non habet respectum personarum. Et sicut paulo ante hoc Euangeliū scripsit Lucas, qui benignus est erga ingratos ac malos. Item Mat. v. qui sinit solē suū criti super bonos & malos, qui permittit tam bonis quā malis crescere fruges, qui plura commoda fert in suos inimicos, quā amicos in hac terra, qui nullum habet neque locorū neque temporis respectum nisi utilitas nostra magna sic poscat, qui gratis benefacit hoībus sine ulla recōpensatione & c.

Christus p̄ceptor docet nos hāc formā bene

faciendi sua uita. Qui maledictis petitus, non re-
 maledixit, qui malis adfectus non est minatus, qui
 orauit pro suis inimicis &c. Dicitur autem Chri-
 stus præceptor, non solum, ut eum hac benefaci-
 endi forma imitemur, sed etiam, quod ille solus
 doceat hanc formam, & uires suppeditet, dū mit-
 tit nobis Spiritum sanctum, qui formam mūdi in
 benefaciendo iniustam & naturalem, explodit,
 atq; in nobis transformat iustam & rectam.

Sicut duo notat exemplum imitandi in bene-
 faciendo & formam.

Pater uester.

Non sicut mundus, qui personarum respectū
 considerat, qui recompensationem ambit, gra-
 titudinem quærit &c.

Vester emphasim habet & latentem in se cau-
 sam benefaciendi à debito, q. d. Christus: Pater
 erga uos misericors est: Ergo & uos debetis mi-
 sericordes esse.

Dicebat autem illis similitudinem.

Placuit sic textum connectere. Nam cum hic
 præcipiatur de operibus charitatis, iuxta formā
 Patris præstandis, & mundus formā illam igno-
 ret nec eā ex se habere possit, sequitur obiectio,
 unde forma illa discenda sit, & unde acquirendę
 uires conficiendi formam illam Patris. Respon-
 dem, & docet mundum tecum nō posse, neq; for-
 mā in benefaciēdo, neq; uires illius forme sup-
 peditari.

peditare, sed eam à se Christo præceptore discendam esse, qui & vires suppeditat ad recte beneficiendum proximo idoneas, id quod fit, cum largitur Spiritum sanctum, qui exurit in nobis mundi naturales adfectus, & implantat spirituales sufficientes ad rectam formam beneficiendi proximo exercendam.

Nunquid potest :

Interrogatio ab impossibili. Cæcus mūdus est, qui nō uidet rectam formam beneficiendi. Cæci & illi sunt, qui hic cæcum mundum sequuntur. In foueam cadere, est in hac cæcitate cum mundo perire. Discipulus quoq; mundus est, qui hic subijcere se debet præceptori suo & ab illo discere iustam exercendi charitatis officia, formam. Perfectus omnis est, qui tenet in faciendis bonis operibus uoluntatē Dei per Christum præceptorē.

Nolite iudicare.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

In tertio loco recenset Christus opera quædam charitatis & præscribit media quædam, per quæ seruetur charitas, ea colligere oportet ab antithesi illorum operum, quæ charitatem solunt atq; disturbant. Ut enim dissimulando & bene consulendo errores fratris seruetur charitas ira surgendo contra fratres, & contemnendo illos, charitas soluitur, qua dissoluta in Ecclesia, nec sincerum uerbum Dei seruari potest, nec iurari proximus. Quemadmodum id apertū est

ex epistolis ad Corinthios, quod expulsionem
charitatis, dissidia & sectæ sequutæ sint, hæc uero
falsa dogmata.

Oritur autē dissolutio charitatis potissimum
ex philautia illa & insolentia, quam parit prima
& adhuc rudis Euangelij cognitio, propter quæ
blādimur nobis præ alijs infirmis fratibus, con-
tra quos exurgimus, nunc iudicando, nunc con-
remnendo illos, quasi imperfectiores damnan-
do eos, præ nobis. Horum peccata semper uer-
samus ob oculos, horum errores perspicimus, igno-
rantiam horū admiramur, tandem & ad horum
sæpe leuissima uicia obstupescimus. Vnde postea
contemptus, contumelia, conuicium, obtre-
ctatio, maledicentia, dissidia, sectæ &c.

Quæ mala omnia consopita manerēt, si quis
que suam imbecillitatē agnosceret, ad quam re-
uocat nos Christus in hoc Euangelio, dum in-
quit: Hypocrita reijce primum trabem ex ocu-
lo tuo &c. Et Apostolus de propriæ imbecillia-
ris cognitione, tanquā de optimo remedio contra
fastum illum, qui inter Euāgelicos primum ex-
urgere solet, pulchre monet, ad Gal. vi. ait enim
Si occupatus fuerit homo aliquo delicto, uos q
spirituales estis, instauratione huiusmodi spiritu mā-
suetudinis, considerans remetipsum &c.

Causæ autem præcipuæ, quæ non sic iudican-
tus à nobis frater infirmus, hæc esse possunt: Pri-
ma, quia nostrum iudicium falsum est, iudicant
hominē tantum secundum externa, Et quia no-

frum iudicium falsum est, uult Christus, ut Deo iudicium relinquamus, qui non solum externa hominis opera iudicat, sed etiam corda, ad Romanos ij. Nam ideo dicitur iudicium Dei secundum ueritatem. Secunda est causa, quæ nos à iudicio fratris retrahere debet, quia quantum ad cor attinet, coram Deo omnes æquales sumus. Tertia, quia iudicio in fratrem infirmum paramus nobis iudiciū corā Deo, qui eadem mēsurā metitur nobis, quā nos alijs. Quarta est causa, quia nō iudicio dissoluit pax Ecclesiæ, oriū̄t inde dissidia, sectæ &c. Vnde postea priuatio synceri uerbi.

Iudicare est hic inflare contra infirmum fratrem, prærextu, quasi ego sim sanctior illo coram Deo, aut robustior in fide. Non tollit Christus hic omne iudicium. Excipitur enim hic ciuile iudicium, quo ex externis factis, iudicamus alium alio honestiorē & probiorem esse, quantum attinet ad mores & uitæ integritatē corā mundo. Item excipitur hic iudicium illud, quo ex uerbo iudicas, tanq̄ ex certissimo testimonio, hunc esse Christianum, alium non Christianum.

Item excipitur hic iudicium, quod exercet magistratus in suo officio, ad seruandam concordiam & publicam honestatem.

Nolite condemnare:

Condemnare effectus iudicij est. Est uero cōdemnare hic infirmum fratrem, propter peccatum, ignorantiam, uel aliud sæpe leuius crimen damnare, quasi conuerti non possit.

Et non condemnabimini.

Scilicet à Deo, q̄ si iure deberet nobiscū agere, nemo quantum ad cor attinet, subsistere posset.

Remittite.

Inuicem alter alteri peccata, boni consilii errores fratris, interpretamini infirmitates fratris in meliorem partem.

Et Remittetur uobis.

Hoc est, cum remiseritis alijs suos errores, p̄ certissimo signo tenete & Deum uobis remississe peccata uestra.

Appendix.

Quemadmodum nunc prohibet Christus iudicare & condemnare infirmos fratres, ita à contrario iudicat in Ecclesia opus esse p̄petua quadam ignoscentia, qua frater fratri ignoscit. Errant contra hunc locum, qui ad prædicationem Euangelij statim uolunt homines ita perfectos esse, quod amplius nullis infirmitatibus præditi sint. Hinc nunc se causantur iudicium & cōdēnatio in infirmos fratres, & hic fons est, quorū hodie renato Euangelio, obreçtatio, iudicium, cōdēnatio &c. frequentius occurrant, quam superiori seculo.

Dare.

Aliud opus charitatis, quod Christus commendat suæ Ecclesiæ, ut nos inuicem elemosynis inuemus. Dare uerbum in genere ad omnia misericordiæ opera respicit.

Et dabitur uobis.

Videlicet à deo. Non nero dat deus nobis propter beneficia nostra, Sed cum nos benefacimus proximo, hoc certissimum signum est, & deū nobis benefacturum.

Mensuram bonam.

Dare mensuram bonam, & confertam, & cōcussam atq; exūdantem, nihil aliud est, quā nos, si benefecerimus alijs, uicissim à deo accepturos, idq; ad preces illorum, in quos cōferimus beneficia, longe maiora munera atq; dona, quā nos contulimus. Sic Apostolus. ij. ad Corinth. ix. precatur illis locupletissimam renumerationem, p̄ elemosynis collatis in pauperes. Nec desunt exēpla in Ecclesia, quæ testantur multorū bona accrescere preter omnium expectationem, rātam quia liberaliter inseruiunt proximo.

Eadem quippe mensura.

Epiphonema ad præcedentia opera, quo in genere significat Christus, deū ita fore erga nos adfectum, ac nos adfectū fuerimus erga fratrem. Mensuræ uocabulo notat Christus humanæ naturæ malitiam, qua ad amissum solet alter alterius leuissima quæq; uicia metiri & ponderare. Spectat huc proverbium Germanicum: *Under leut funde legtmann auff die gollt wage.* Id expressit Poeta hoc uersu: Sed non uidemus manticæ quid in tergo est.

Merientur alij uobis.

Id est, aliorum nomine metietur uobis à deo.

Quid autem uides festucam.

Hæc cū præcedentibus coherent & damnant nostrum iudicium in alios, & simul nos ducit ad remedium, ne alios facile iudicemus. Qui enim se suo merietur pede, semper tot infirmitates apud se reperiet, q̄ facillime desistet à iudicando proximo. Per festucā intellige leuissima fratris errata. Per trabem impietatem animi & alta interna uitia. Oculus est præsentia obuersantis erroris & peccati in conscientia, q. d. Christus: sufficit infirmo festuca sua, propter quam angitur in sua conscientia, nec opus est, ut tu addas iudicium tuum.

Hypocritam uocat Christus, qui foris aliqua sanctitate p̄ditus est, in animo uero impius. Nã tales dici hypocritas, patet ex collatione hypocritarum & sepulchrorū dealbatorū, Mat. xxiii.

IN EVANGELIUM
DOMINICA .V. A TRINITA
tis, Lucæ. v.

Non est dubium totam sacram scripturam nobis in doctrinam proponi, ut inde dei uoluntatem discamus, & quomodo deus erga nos adfectus sit & quid nos agere uelit. Adfectus dei erga nos extendit se in hoc, quod nos & corpora

te & anima nutrire uelit, & quanquam deus in genere omnes homines uictu seruet: tamen fide lib^o in Christo promittit singulariter præter uictum corporis & animæ sustentationem. Nos uero credere debemus huic p^rmissioni, & quod deus sic adfectus sit erga nos, quod & animam & corpus nostrum sustentare & uelit & possit. Ad hanc fidem inuitat nos Christus in hodierno Euangelio, dum Petro per totam noctem frustra laboranti, iussu Christi iubentis rete in mari proicere, datur copiosissimam piscium multitudinem capere. Hic Petrus: quia iussu Christi capit pisces: igitur certum est exemplo Petri omnes satis uictus habituros, qui laborabunt iussu Christi, hoc est, qui fide statuunt, se propter Christum accepturos uictum, aut qui in nomine Christi uictum à deo Patre petent, simulq; faciendo sua officia, ad quæ sunt uocati.

Porro iussu Christi Petrum cepisse pisces ualde emphatice dicit Euangelista, ut scias per hæc iussa excludi simpliciter omnem conatum, omnem laborem, omnem deniq; sedulitatem nostram, quæ a deo non possunt ex se uictum dare, quod exemplo Petri frustra laboretur, nisi Christus accedat, ad cuius iussa datur & sequitur uictus, non sordidus quidem aut paucus, sed copiosus, ut nobis sufficiat, unaq; & alijs impartire liceat.

Certo itaq; statuendum est ex hodierno Euangelio, uictum non esse à laboribus nostris, quan-

quam hi interim fieri debent: At ex benedictione domini, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, qui dat escam coruis & pullis coruorum inuocantibus eum.

Nam si uictus esset è nostris laboribus, sicut ratio iudicat, sequeretur nos tempore famis æque habere uictum, atq; alijs temporibus, cum uili precio emuntur omnia, aut uberratis tempore. Verum contrarium experimur, quod nostri labores nihil faciunt ad uictum, quando deus permittit fruges tempestatum iniuria interire. Tunc tandem uidemus fruges nostris laboribus nõ re spõdere: In causa uero est, quia dominus non adit suam benedictionem, quæ sola facit crescere omnia, & ut ad nostras manus perueniant, & cum peruenta etiam sunt, ne propter ueneficia satanae, nobis uenena sint & incommodent.

Sic deus Genesis tertio, iubet Adamum querere panem in sudore uultus sui. Et statim annectit occupationem, ne credat Adamus panem ex suo labore prouenturum. Terra spinas & tribulos germinabit tibi &c. q. d. deus: Laborabis quidem Adame, at propter tuos labores non sequetur uictus, qui ex benedictione mea tibi expectandus erit: nisi quis spinas & tribulos uictum dicat, quos terra germinabit Adamo.

Cæterum ratio cum audit uictum ex benedictione domini dari, & non ex nostris laboribus, statim obijcit. Quorsum igitur opus est laborare?

Huic obiectioni occurrit Christus in hoc Euangelio, qui iubet Petrum denuo iniicere retia in mari. Hic quia iussu Christi iniicit retia, ex benedictione domini capit pisces. Sic deus præcepit Adamo laborem, cum dixit: In sudore uultus tui quæres panem. Addit autem panem esse ex benedictione domini, quia inquit: Terra spinas & tribulos germinabit tibi.

Laborandum itaq; est auicularum more, illæ cantrando suum officium faciunt, item uolando ad quod natę sunt, nihil sollicitę de uictu, & dum uolant, forte ex benedictione domini reperiunt quod edant. Ita & nos ex præcepto dei laborare debemus, ad quod opus nati sumus, interim nihil sollicitantes de uictu. A sit nostri laboris benedictionem à domino expectantes.

Qui autem sine labore uellet expectare uictū à Deo, is diceretur Deum tentare, & uelle foueri contra præceptū dei, quo præcepit Deus laborem. Quemadmodum hodie faciūt quidā Anabaptistę, qui expectant uictum è nubibus, quidā prorsus abijciunt suam uocationem, & uagātur per orbem in summo ocio.

Postremo, postquā nunc certum est, uictū ex benedictione domini prouenire. Admonendi iam sunt homines, quisq; in sua uocatione, ut hoc ipsum diligenter expendant, quod si fuerit factum, cessabit periculosa & sæpe tumultuosa illa inuidia in mundo, qua figulus figulum, cæcor cantorem, medicus medicum, sicut canit Astrę-

us ille poeta, libro. i. Operum & dierum, odiosum se insectatur, rārum, quia figulus timeret, ne alter figulus admissus, occasionem uictus tollat. Unde & mundanae illae sententiae ortae sunt: Vbi multae ciconię, ibi paucae ranę: Vbi multi piscatores, ibi pauci pisces. Vbi multi mercatores, ibi paruus uictus est. Quae mundi sententiae & similes aperte contrariantur scripturae, quae docet contrarias sententias: Vbi multi laborant, ibi exundat benedictio domini. **Viel arbeit/viel gluck.** Vbi multi sunt piscatores, ibi ex benedictione domini multi pisces.

Hodie totus mundus queritur uictum undique que decretere. Alij alias causas praetendunt. Hi culpam transferunt in multitudinem hominum. Illi in alias atque alias occasiones. At uera causa est, diminutionis uictus, inuidia illa, qua hodie inestantur se inuicem homines, in querendo uictum, neglecta benedictione domini, e qua nemo statuit uictum esse. Hac uero non considerata, non potest non decretere uictus, qui illius benedictionis causa est. Nam dempra causa non sequitur effectus.

Sed quid obstat, quo minus uno aut altero exemplo ostendam, quanta mala attulerit illa inuidia, qua nos inuicem insectamur propter uictum? At tempero mihi ab exemplis, quae si a nostris Germanis, acciperem, fortassis uiderentur odiosa. Hoc tamen uel experientia uerum est, eas Germaniae urbes oculatenus perire, in

quibus inuidia uictus regnat, Maritimę ac septē-
trionales urbes ex hac inuidia sentiunt sua incō-
moda. Italia uiua de se præbet exempla, quæ te-
stantur inuidiam uictus ad interitum cogere ci-
uitates. Roma caput mundi olim dicta, quanta
aliquando damna est passa, quia uoluit omni-
bus regionibus uictus parandi uiam occludere.
Quę exempla non modo ostendunt, quid factū
sit, uerum præmonent nos, quid fieri possit.

Summarij loci.

- 1 Peccatores ex miraculis Christi cōfirmari de-
ueritate uerbi, non possunt acquiescere in cōsci-
entijs, donec ipsi audiant uerbum.
- 2 Sub specie Euangelij non licet inuadere al-
terius bona, aut ui ea ad se trahere, exēplo Chri-
sti, qui orat Petrum pro nauicula.
- 3 Labores nostri nihil sunt sine iussu Christi, seu
benedictione domini. Sed quia Christus iubet
Petrum laxare retia, ideo capit pisces, non unū
aut alterum, uerum pisces multos.
- 4 Gratiarum actio sequi debet pro uictu, &
ut exemplo Petri cognoscamus nos indignos esse
se, quibus deus tanta beneficia uictus exhibet.
- 5 Præ studio uerbi omnia posthabēda sunt, &
postponenda, neq; uitę conditio mutanda, nisi
ad aliam legitime uocaberis.

Factum est autem.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Agit in primo loco Euāgelista, quomodo turba irrupuerit ueluti cū impetu quodā auriē hementia ad audiendum uerbum dei. Quæ autem occasio sit huius irruptionis, non admodū curasse uidetur, præsentis Euangelij ordinator.

Trahit enim hodiernum Euangelium suā occasionem ex præcedenti capite, ubi scribit Lucas quod turbæ quæsserint Christum, & ad illum uenerint, & quod detinuerint eum, ne ab eis discederet, quod studiū turbæ magnam aliquā necessitatem insinuat. Hæc sine dubio irrequiesca fuit conscientia, quæ cum onerata est peccatis, non potest acquiescere, donec inueniat Christum, & audiat uerbum consolationis. Verum cū ita proruit turba ad Christum, pro audiendo uerbo, satis aperte testatur, quod extra Christum ac uerbum nullum aliud sit irrequietæ cōsciētiæ remedium. Est uero in hac impulsua causa ad Christum, commendatio pœnitentiæ recta, quæ primus est gradus ad iustificationē. Hac enim perducimur ad peccatorum cognitionem, id quod fit audiendo uerbum, quod arguit nostram impietatem, & malos etiam uitæ mores, cognitis autem peccatis, incipimus anhelare ad gratiam & peccatorum remissionem, quam quoq; adsequimur, ubi fide apprehendimus Christum.

Ordinem hic primus locus monstrat perueniendi ad remissionem peccatorum. Mala conscientia ex peccatorum cognitione, urget nos quæ

tere Christum, uenire ad Christū, detinere Christum, ne à nobis discedat. Hic quæsitus, inuentus & detentus fide, postea uerbo sanat, ideo uenit turba ad audiendum uerbum Dei.

Factum est autem.

Postquam prædicaret in Galilæa.

Cum turba irrueret.

Nomine turbæ intellige peccatores, quos urget mala conscientia. Irruere impetus uox est, & uehementis necessitatis atq; urgentis.

Vt audiret uerbum dei.

Finalis causa aduentus turbæ audire uerbum Dei, hoc est, mederi conscientijs per uerbū. Verbum Dei inquit Euangelista, ut intelligas turbæ aliunde non potuisse medelam inuenire. Et lex uerbū est, quod habebat turba, sed non potuit illud mederi, igit aliud quærunt, quod potest. Vel hic unus locus probat legem non iustificare neque tranquillare conscientias.

Iuxta stagnum Genezareth.

Circumstantia loci confirmat historiam: Genezareth stagnum Galilææ est. Circa stagnum, & naues libenter uersatur Christus, ut insinuet cognitionem Euangelij & crucis.

Et abluabant retiā.

Q. d. Euangelista, desperauerant prorsus de captura, qui neque occasionem capiendi pisces, neq; perfectū aliquem laboris ulterius uidebāt.

Ingressus autem.

Occasionem quærit Christus iuuandi. Nota
Christum tum primum iuuare, quando omnia
desperatissima sunt.

Rogauit eum.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus hic locus optime quadrat ad nos-
tra hæc tempora, in quibus non pauci falso Eu-
angelici, nihil non tumultuum excitant sub præ-
textu Euangelij, alij eripiunt ui ecclesiasticis per-
sonis sua bona, alij fugant eas, alij miserrime spo-
liant omnibus priuilegijs, quasi Euangelium ui-
olenta quædam rapina sit, qua licet pro arbitrio
sæuire in personas & bona. Vnde postea quere-
læ, tumultus, seditiones & prorsus turcicæ iniu-
riæ, ne ciuili quidem homine dignæ. Ab hac ui-
olenta rapacitate auocat nos Christus in secundo
hoc loco, & docet suo exemplo uere Euangeli-
cos omni humanitate & mansuetudine prædi-
tos esse. Hic enim cum esset filius dei, haberet in
manu sua omnia, posset imperare, poscere & ca-
pere omnia, uel summo etiam iure, tamē horum
nihil facit, sed mansuete rogat Petrum, ut pusil-
lum à terra abducat nauiculam.

Discendū itaq; est ex hoc loco, Euangelia nō
dare ansam tumultuandi aut sæuendi pro libidi-
ne in alios. Tumultuari enim & sæuire in alios
sub prætextu Euāgelij, est libertatē spiritus in li-
bertatē carnis transformare, sicut docet Aposto-

us ad Galatas .v. ubi monet qui sint Euange-
lica seu spiritualis libertatis fructus, uidelicet
charitas, gaudium, mansuetudo, pax &c.
Rogare mansuetudinis & humanitatis est.

Abduceret pusillum,

Vt quietius docere possit. Aut significat hac
abductione Christus, oportere Euangelium do-
ceri in ipsa cruce, quæ per aquas intelligitur.

Et sedens docebat.

Sedere signum est mansueti & pacifici Christi
predicatoris,

Dixit ad Simonem Petrum,

Nota diligenter Christum prius animam uer-
bo pascere, anteq̃ corpus cibo pascat, alioqui sta-
tim cum uideret Christus piscatores laxare retia,
potuisset sequens mi raculum ædidisse. Et aliàs
Christus animæ cibū præponit, rebus ad susten-
tationem corporis pertinentibus, ut Matth. .vi.
Primum querite regnum Dei & iustitiam eius,
& hæc omnia adjicientur uobis.

Duc in altum & laxate retia

Mandatum Christi de labore. Aliàs potuisset
Christus dedisse pisces sine labore, sed non ne-
gligit medium uerbo præceptum.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus miraculum cõtinet, qua cor-
firmat Christus suam doctrinam, quam ad tur-
bã habuit. Hic em̃ omniũ miraculorũ usus est,
ut p̃ ea confirmet doctrina Christi. Occasie mira-

culi de piscib⁹ ualde cōmoda est, idē ppter rursū
 bā, quæ in deserto secuta erat Christi, ubi pla-
 ne nulla erat parādi uictus occasio. Ut igitur do-
 ceat Christus, eos fame perire non posse, qui se-
 quūtur uerbum, subiicit hoc miraculum. Est au-
 tem huius miraculi summa, omnes nostros labo-
 res & conatus pro uictu frustraneos esse atq; inu-
 tiles, nisi iussa Christi, aut benedictio domini ac-
 cedat, quæ efficiens uictus est causa, & propter q̄
 & crescit & sequitur uictus. Et quanquam inu-
 rim laborandum sit atq; conandum, tamen ui-
 ctus nostris laboribus & conatibus adscribi non
 potest, quia deus maledixit terræ propter pec-
 catum Adæ, quæ nobis præter spinas & tribulos
 nihil aliud adferret, nisi bñdictio dñi accederet.

Laborandum itaq; est exemplo Petri, & de la-
 boribus ranq̄ causis uictus diffidendum, ut iussa
 Christi, seu benedictio domini locum habe-
 ar. Adest uero benedictio domini, ad sunt iussa
 Christi, quando consideramus nos ex præcepto
 dei ac iussis Christi laborare, quando responde-
 mus Christo de nostris laboribus cū Petro: Præ-
 ceptor per totam noctem laborantes nihil ce-
 pimus, quando diffidimus de laboribus nostris,
 quando certa ex fide statuimus, deum ex sua be-
 nedictione nostros labores fortunaturum, sicut
 Petrus certo credidit se iussu Christi accepturū
 pisces, cum inquit: Tamen tuo iussu laxabo retia.
 Loquitur ergo hic de pijs, qui exemplo Petri uer-
 bum habent, qui audierūt Christum cōcionantē

tem. Hi enim quia primum quærūt regnum dei igitur audiunt: Ducite in alrū & laxate retia uestra in capturam. Impij quoq; capiunt pisces, & plerumq; plures, quàm piij: Verū non in salutem, sed damnationem, quia captos pisces mala conscientia edunt.

Præceptor.

Diffidit Petrus de labore, q. d. Si iuuaret retia laxare, certe diu cepissemus pisces, qui per totam noctem laborauimus.

Tamen tuo iussu.

Fidit uerbo Petrus & acquiescit fide iussis Christi. Exemplum fidei in Petro, qui non diu deliberrat, num credendum sit.

Et cum hoc fecissent.

Laborem non negligit Euangelista, qui labor medium est, in quo & per quod benedicit deus, dat pisces &c.

Concluserunt.

Effectus fidei, quæ arripit, quod credit. Hortamur hic ad laborem, hortamur & ad fidem, ut credamus uerbo, postea de uictu nullum erit dubium, qui sua sponte sequetur, non modicus, sed copiosus, ut sufficiat Petro, & Petrus alijs impartire queat.

Rumpebatur:

Exaggeratio copiosæ benedictionis.

Quod cum uideret Simon Petrus,

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

Hic quartus locus docet, qd nos debeamus domino, p̄ suis beneficijs & larga bñdictione uictus. Primum, ut grati simus domino, exemplo Petri: Deinde ut cognoscamus indignitatem nostram, quod lōge indigniores simus, q̄ut in nos dominus tanta beneficia conferre debeat.

Oriri aut̄ hęc indignitas debet ex peccatorum cognitione, sicut Petrus hic inquit: Discede à me domine, quia homo peccator sum. Et sic se gratum ostēdere & cognoscere se peccatorē coram domino, scriptura uocat sacrificia laudis domino gratissima. Mūdus, p̄ more habet, collata beneficia alijs rependere, quem morē iustitiarū bene exprimunt, dum & ipsi student suis operibus respondere deo: At Christiani ex uerbo dei ad nullam recōpensationem adiguntur, neq̄ quicquā ab illis requirit deus, p̄ suis beneficijs, nisi ut grati sint. Quibus & bobus non eget deus, teste Psalmographo, neq̄ opus habet operib⁹ nostris. Requirit tantum gratiarū actiones, sacrificia laudis & iustitię, & ut iudiciū offeras, hoc est, cognoscas te indignū peccatorē, Mich. vi. & psal. xlii.

Accidit ad genua eius:

Gestus grati animi & fidei in Petro.

Discede,

Voces cōtritię cōscientię ex peccatorū cognitiōe.

Domine,

Hac uoce erigit se rursus Petrus, & credit Chri

Num eum dominum esse, qui iuuare potest.

Quia homo peccator sum.

Aetiologia, quur discedere debeat Christus, quia inquit homo peccator sum. Cognoscere se peccatorem coram Christo, est Christum maiorem se agnoscere. Ex emplum ueræ pœnitentiæ in Petro est.

Stupor.

Effectus q̄ sequitur Christū seu uerbū, cōmendans nobis pœnitentiam Christi & uerbi.

Ne metuas.

Consolatur Christus Euāgelica uoce Petrum agnoscentem se peccatorē. Nam hoc officium Christi seu Euangelij est, peccatores agnoscentes sua peccata, consolari ac recipere.

Post hac homines capies.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus exemplo Petri, Iacobi & Ioannis monet p̄ studio Euāgelij omnia esse postponenda, & si ex conditione uitæ ad prædicationis officia uocemur, esse obtemperandum uocationi. Sed ratio ut omnia gubernare uult, ita & hic occupata est, quæ cum audit piscatores hos relictis omnibus secutos esse Christum, statim inducit: Ergo suscepto Euangelio omnia bona deserenda sunt, coniuges, liberi &c. At hæc conclusio non potest accōmodari ad exempla

horum piscatorum, qui conditionem uitæ non mutarunt: Nam Euangelista hoc non exprimit, aut si mutarunt, uocati fuerunt ad aliam conditionem: nimirum ad capiendos homines, id est, ad prædicandum uerbum. Nec præscribitur hic in epistolis præceptum imitandi, & si oia deseruerit,

Fides sanctorum imitanda est omnibus in commune, at opera non oportet in omnibus sanctis necessario æqualia esse. Alioqui cogeremur omnes prius pisces fieri, & deinde piscaturam relinquere exemplo horum discipulorum. Item Euangelium ad conscientias pertinet: Ergo non docet ciuilem uitæ aut conditionis mutationem,

IN EVANGELIUM
DOMINICA .VI. A TRI-
nitatis, Matth. ca. v.

Sic est Euangelium inter omnia illa, quæ more annuatim in Ecclesia publicis confessionibus absoluuntur, quod cæcitate Papisticæ sectæ prodit, hodiernum primas reteram legis seu pharisaicam, quæ in externa legis executione consistit, alteram purorum, quæ longe excellit legalem, seu pharisaicam iustitiam, & eam qui habent, in regno cælorum sunt. Papistæ aut hoies iustitiam cum uiderent in hodierno Euangelio mentionem fieri iustitiæ, statim cogitarunt secum: No-

fra iustitia excellere debet iustitiã pharisaicam. Ergo accedamus & faciamus bona opera, non occidamus, non mœchemur, non diripiamus foris alterius bona, &c. Et sic erimus Pharisæ is iustiores. Ira enim nos omnes natura adfecti sumus, ut cum uidemus præscribi iustitiam, proponi leges, per quas, tanquam per certos gradus eatur ad iustitiã præscriptam, nostros conatus et uires nostras in cõsilium adhibemus, quas cõfirmat ratio, quæ aliquo modo intelligit civile ac externã iustitiam, et urget externis operibus illam impetrandam esse. Interim nec ratio doctrix, nec nos discipuli rationis consideramus, quod præter civilem iustitiam, ad quam consult ratio, & quam aliquo modo præstare potest, longe aliam esse, quæ procul post se relinquit illam civilem: ea uero est, quæ in regno cælorum floret & ualet coram deo. Hæc adeo non potest externis operibus parari, quod illi, qui in externis operibus occupati sunt, Pharisæi adhuc uocentur uersenturq; extra regnum cælorum, si p̄thic inquit Christus.

Et quanquam Papistæ intelligerent, in hodierno Euangelio requiri adfectus & consentientem animum ad perfectam eam iustitiam, quã Christus pharisaicam excellere uult. Ait enim: At dico uobis, quod quisquis irascitur fratri suo, &c. tamen excæcati civili iustitia & suorum externorum operum admiratione, cœperunt propter humanę naturę imbecillitatem, perpetuam

519

¶ Dominica .VI.

dei uoluntatem, quam in lege prodidit Deus, in consilia mutare, quo sic mederentur humane imbecillitati, quæ maior esset, quam ut liceret illi ad eam legis completionem attingere, quæ puris adfectibus & animo consentiente perficeretur. Neq; Christum cogere nos docuerunt, quo faceremus ultra uires nostras, tandem concluserunt satis esse, ut quisq; faceret, quod posset, postquam nec dubitandum esset, deum non precepisse impossibilia. Quæ Papisticæ persuasiones induxerunt nobis postea multa horribilia dogmata. Docuerunt enim in legibus diuinis & illis æternis dispensationem, iustitiam Christi ualentem coram Deo obfuscarunt, usum Christi prorsus proscripserunt, innumeras ceremonias, ritus, traditiones, ordines & sectas excogitarunt: Quibus malis magna ex parte medelam adhibuisset, perpetua illius capitis series, quæ præcedentia cum cõsequentibus ad optimũ intellectum copulat. Nam paulo ante textum huius Euangelij testatur Christus suum officium esse adimplere legem, ad perfectam iustitiam. Sic enim inquit: Non ueni soluere legem, sed adimplere. Rectius itaq; sensissent iustitiosos, postquam intellexerant legem & adfectus puros & consentientem animum flagitare: atq; ideo legem esse supra uires nostras, non debent propter infirmitatem nostrã extenuasse, aut ut illi

lorum uocabulis utar, in consilia mutasse. Si-
quidem ea parte qua imbecillis erat per carnē
lex, hoc deus proprio filio misso sub specie car-
nis peccato obnoxia præstitit, ac de peccato cō-
demnavit peccatum per carnem, ut iustificatio
legis impleretur in nobis. Ad Romanos .viij.
Hic igitur Christus in completorem legis diui-
nitus ordinatus, debuit æternæ dei uoluntati sa-
tisfacere & nostro nomine respōdere legi ad iu-
stitiam, & complere, quod nobis ad implēdum
impossibile erat. Hæc Christi adimpletio pepe-
rici iustitiam, quæ maior est iustitia Pharisæica, &
quæ transportat nos in regnum cœlorum.

Obiectio.

At hæc iustitia Christi est, unde ergo nos iu-
stificabimur?

Responsio.

Christus nulla iustitia opus habuit, qui antea
à natura iustus fuit. Sed in hoc uenit, ut ad-
impleret legem ad iustitiam, ut nos infirmos,
& miseros peccatores iustificaret, & hoc est,
quod inquit Apostolus, ut in nobis iustifica-
tio legis adimpleretur, id est, ut nos reputare-
mur satisfecisse legi propter Christum. Id quod
etiam fit, quando fide apprehendimus Christū,
tunc enim donat nos sua iustitia, qua donati, ex-
cellimus Pharisæos in sua iustitia, & sumus in
regno cœlorum.

Obiectio.

Quis igitur legis usus est, cur est data, si lex nō iustificet: aut cur præcipitur lex seruanda?

Responsio.

Obiectio est de finali legis usu, qui ab Aposto-
lo in epistola ad Rom. diligentissime inquiritur
huius sententiam ego tantū paraphrasticōs red-
dam; Deus dederat Adg & posteris suis promissio-
nem de Christo futuro semine, in quo erant
benedicendæ omnes gentes. Hæc igitur deus sibi
suo, ut aperta ac firma maneret, elegit deus sibi
peculiarem populum, nomine Israel, quo cer-
tus esset populus, in quo promissio de Christo
custodiretur, donec ueniret. Et ut hic populus
à Gentibus cognosceretur, præscripsit illi popu-
lo certas leges certasq; ceremonias, quibus inte-
rim uteretur populus ille, usq; ad Christi aduen-
tum, idq; ob duas præcipuas causas, & ut popu-
lus Israeliticus agnosceret suam infirmitatem,
quam sentire debebat ex grauitate legis & im-
possibilitate adimplerionis & sic maiori studio
anhelaret ad promissum Christum. Deinde ut
refrenaretur Israel p leges illas à malitia, & serua-
retur in populo illo ciuilibus honestas & iusticia.

De his causis passim agit Apostolus ad Ro-
manos .iij. x. iij. v. vij. ad Galat. iij. Vbi legem
pædagogum fuisse scribit usq; ad Christū. Ad Ti-
moth. epist. i. capit. i. Lex iniustis posita est.

Et hæc de finali legis usu ante Christum & apud Iudæos, qui aperte docet, legem non in hoc datam Iudæis, ut per illam iustificarentur.

Restat nunc de finali legis usu disputare post Christum, & quæ nos Christiani legem seruemus, hoc est, decalogi præcepta. Num ut per illa iustificemur? non. Nam quemadmodum Israel peculiaris dei populus fuit, certis legibus ceremonijsq; alligatus, non tamen ad iustitiam, donec ueniret Christus. Sic iã nos, q; credimus in Christum, qui uenit, populus dei sumus, sine legibus Mosaicis ac ceremonijs. Nã leges Moſis ad nos non pertinent, qui ex Gentibus per misericordiam dei, ex gratia uocati sumus, ut iustitia Christi staret pro nobis, qua fide participamus & reputamur iusti, in hoc, ut bonis operibus declaremus atq; alijs notam faciamus iustitiam nostrã per Christum gratuito adeptam, ad Ephe. ij. Gratia enim estis seruari per fidem, idq; non ex uobis, dei donum est, non ex operibus &c. Ipsius signum conditi ad opera bona &c. non quibus iustifiamus, sed ad testandum de accepta nostra in Christo per fidẽ iustitia. Deinde ut simus grati deo alijsq; charitatis operibus inseruiamus, sicut nobis benefecit Christus, q; nostra causa etiã in mortem se dedit.

Quare cum & hic finalis operum legis usus sit apud Christianos, non est imaginandum præter uerbum dei, quod Iudæi olim nõ potuerint legi satisfacere ad iustitiam: nos uero nunc pos-

se, Siquidem Idem quod defuit Iudæis in cōplenda lege ad iustitiam, id nobis adhuc deest, videlicet animus consentiens. Hic uero animus cōsentiens per Spiritum sanctum datur, quē dat Christus fide apprehensus, ut aliquo modo respondeamus legi, quanquā in maxima infirmitate, quā Deus boni consulit propter Christum & iustitiam per fidem in Christū apprehensam.

Stat itaq; inuicta sententia: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in conspectu dei. Est enim uniuersalis sententia complectēs & Iudæos & Gentes, hoc est, omnes homines.

Stat & inuicta sententia: Ego non ueni solvere legem, sed adimplere. Facebant autem, quibus operibus Christi officium in complenda lege sibi suisq; operibus adscribunt.

Summarij loci.

- 1 Iustitia piorum, quæ pharisaica maior est, & quam qui habet in regno cælorum est, nō consistit in externa legis obseruatione tantum, quam Pharisei solam sequebantur, sed in puris affectibus & animo cōsentiente simul. Vnde Christus de duplici legis usu docet.
- 2 Nullum sacrificium & nullus dei cultus placet deo, etiam in uerbo præscriptus, nisi prius reconciliatus fueris proximo, cuius reconciliationem Christus præponit diuino honori.
- 3 Odium & inimicitia cum proximo, non deposita in hac uita, æternum iudiciū adferunt.

Nisi abundauerit.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ In explicatione primi loci, cum mentio fiat pharisaicę iustitię, uidendū est qualis fuerit Pharisaica illa iustitia, quam Christus ita ad uerbum non describit, quanquam satis de ea docet, ubi postea uerum legis intellectum explicat. Pharisai igitur arbitrabantur se complere legem dei & perfectam iustitiam efficere, si non haberent externa idola, aut si externe non riderent deum aut si manu non occiderent, tandem si suam sic instituerent uitam, ut corā mundo et politia Moisis essent uiri irreprehensibiles. Quod studium pharisaicū circa legem, tale fuit, quale sane nos nunquam ad legem adferimus, aut sane paucissimi. Et oprādnm foret, ut isti, qui hodie credūt se suis operibus iustificari, essent tantum Pharisęi hoc est, ita civiliter iusti, quales illi fuerunt. Sed quid profuerit Pharisęis iustitia illa, & quid profuisse nobis possit, etiam si essemus exemplo Pharisęorum civiliter iustissimi, Christus circa hunc primum locum docet, ubi civilis iustitia pharisaica dicitur, quę non pertingit ad regnum cęlorum, neq; tantum efficere potest, ut qui cęlesti pręditi sint, subditi regni cęlorum appellentur. Nam ut in regnum cęlorum perueniamus, & huius regni subditi fiamus, longe alia iustitia opus habemus, quę non æqualis sit Pharisaicę, sed quę excellat: quemadmodum Christus ait.

Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum & Pharisæorum, non possitis ingredi in regnum cælorum.

At certum est, si omnes nostras uires ad extrema exercuerimus, uix tamē accedamus ad Pharisæicam iustitiam, quæ cum nequeat seruari, neque in regnum cælorum inducere, neque opponi diuinæ iræ pro peccatis, sane oportet alia sit iustitia, quam Pharisæica, nec frustra illā requirit Christus. Et est quidem alia, ad quā hic abducere non uult Iesus, quo territi nostra imbecillitate ex interpretatione legis spirituali, ad eam procurramus. Hæc autem est iustitia Christi, quam semel perfecto satisfaciendo legi nobis meruit. Hæc maior est pharisæica iustitia, quia placat irā dei, quia opponitur diuinæ uindictæ, ne peccatores pereamus. Item maior est iustitia Christi, quia ex externa completionē legis & consentiēte animo simul consistit. Huius nunc iustitiæ per fidem in Christum apprehensæ est, nos in regnum cælorum cōstituere, efficere filios dei &c. Quo tamē & apud nos aliquis legis usus sit, donat nos Christus post datam iustitiam & constitutionem in regnum cælorum, Spiritu sancto, qui generat in nobis nouos motus ad præstandam legem conuenientes, non ad iustitiam, quā prius habemus in Christo legis perfecto completore ad iustitiā perfectam & in æternum duraturā, sed ut seruando legem gratos nos pro iustitia per Christum accepta, exhibeamus deo.

Ut autem iustitiam Christi, quæ maior Phari-
saica est, quæq; inducit in regnū cælorū, ad solum
Christum pertinere intelligamus, exponit Chri-
stus circa hunc primum locū duplicē legis usum:
alterum politicum ac ciuilem, alterum spiritua-
lem: Prior est aliquo modo in uiribus nostris, ni-
si a diabolo impediatur, & efficit pharisaice iustos
coram mundo: Posterior in nullius hominis po-
testate est, quem Christus dat per Spiritum sati-
satum, fide apprehensus.

Nisi abundauerit.

Occupatio, ne putent discipuli suam iustitiam
sufficere. Ciuilem iustitiam non dānat Christus,
nisi quod maiorem requirat.

Vestra iustitia.

Quam uos externa adimplentione aliquo mō-
do præstare potestis.

Scribarum & Pharisaeorum.

Hominum coram politia Mosis iustorum.

Non possitis ingredi in reg- num cælorum.

Habere ueram regni cælorum seu Euangelij
cognitionem, Apostolus ad Corinthios causam
addit uelamen, quod impedit ciuilitate iustos a
regno cælorum.

Regnum cælorum hic uocat, in quo regnat
Christus sua iustitia, quæ maior est Phari-
saica, &

in qua nos per illam regnamus.

Audistis:

Occupatione subiicit Christus interpretationem legis, ne discipuli & turbæ solliciti sint, quæ sit uera iustitia excellens eam, quæ est Phariseorum & scribarum. Hæc uero est, quæ factis externis & consentiente animo simul constat. Est enim legis duplex usus: externus & internus.

Veteribus.

Mosis discipulis, qui militabant sub externa illa & Mosaica politia, usque ad Christum, spiritua-
lis regni autorem & proclamantorem.

Non occides.

Postremus effectus pro causis, quales sunt: ira sci, æmulari, odisse &c. Quibus ex adfectibus sequitur cædes, Pharisei causas cædis internas pro peccatis non iudicabant.

Quisquis autem occiderit.

Videlicet manu. Nam eò tantum trahebant Iudæi hanc legem.

Obnoxius erit iudicio.

Constituto in lege de homicidio. A contrario, liber erat à iudicio, qui manum colubebat à cæde & iustus coram politia Mosis.

Hinc facile apparet, quæ fuerit iustitia pharisaica seu Mosaica.

At ego dico uobis.

Ego emphasim habet, q. d. Christus, ego qui debeo uobis tollere uelamen de oculis uestris, & uerū legis intellescētū docere, ut non solū corā Re publica Mosaica iusti sitis, uerum etiā corā deo.

Quod quisquis irascitur.

Exponit Christus legē de cæde, & simul ad huius legis adimpletionem requirit externā executionē & animū ab effectibus alienū. Ira causa cædis est, cædes adfectus: Et quia Christus exponit hic legē de cæde, & simul complectitur causas & effectus, quare certū est Iudæos, hāc legē unā cū alijs rātum de externo facto intellexisse. Finalis huius expositionis causa est, ut ducat Christus suos discipulos ad cognitionē proprię infirmitatis in adimplenda lege, quo aspirent ad legis perfectum completorem.

Obnoxius erit iudicio.

Scilicet diuino. Siquidem magistratus Mosaicus non iudicabat de adfectibus, sicut nec potuit quidem. Per iudicium, concilium & gehennæ incendium simpliciter intellige, deum etiam adfectus, contra p̄cepta dei puniturū, nō solū externam transgressionē. Duo hic nota contra scholasticos, non tantum externa uitia coram deo peccata esse: uerum etiam adfectus prauos: Item deum iudicare de adfectibus.

Quicumq; dixerit fratri suo racha.

Racha effectus est, iræ adfectus & signum irati animi exercentis se foris externis dictis, Est

uero racha contumeliosæ indignationis uox.

Concilio,

Id est, si leges de occidendo transgressores pro-
uero legis intellectu punire deberent, non mi-
nus de illo confessus iudicium conuocaretur, aut
concilium celebraretur, qui fratri suo racha di-
cunt, quàm qui occidunt eum.

Fatue.

Grauior effectus iræ uocare aliquem fatuum
cum indignatione & contemptu.

Gehennæ incendio.

Diuini iudicij reus erit in oculis dei. Ar quia
grauius aliquid est, fatuum uocare, quàm ad ali-
quem racha dicere: igitur addit Christus graui-
orem pœnam.

Si ergo offers:

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus duo exempla continet, qui
bus commēdat Christus ab antithesi charitatem
proximi. Quēadmodum enim iudicio obnox-
ius est, qui occidit fratrem suum: Item qui fratri
irascitur, loquitur racha, & appellat illum ex ira
fatuum: ita gratissimum deo opus facit, qui dili-
git proximū, idq; exemplo dei, qui suum hono-
rat, sacrificia sua etiam in lege præcepta ppo-
nit charitati. Præterea ut certissimū signū est diui-
næ indignationis, & ad irā erga me cōmōti dei,
si occido fratrem, si illi irascor &c. sic certissimū si-
gnū mihi esse debet diuini fauoris & gratiæ dei et
ga me, quando diligo fratrem &c.

Occasio autem huius loci de charitate hic inquirenda est. Pharisei atq; ad eum totus populus Iudaicus, bene de se actum purabat, & se iustum esse, quando curasset sacrificia, interim nihil sollicitus de charitate proximi, in qua exercenda, totus populus stertebat: Sicut & hoc ipsum passim queruntur Prophetę, E. sa. i. & .lviii. Ose. vi, & alij. Vtebatur uero populus sacrificijs tanq̄ pietatis pretextu, quem hic Christus charitatis commendatione detegit, & docet nulla opera, nullos cultus, nulla sacrificia etiam in uerba prescripta placere deo, nisi prius reconciliatus proximo fueris. Et excludit hic Christus omnes excusationes, quibus nos plerumq; excusare solemus, cum charitas cum fratre ineunda, aut exercenda est. Sic enim excusamus nos coram hominibus: Grauius est delictum fratris erga me, quam ut illud ei condonare possim. Non possum reconciliari fratri, sine nota famę. Me lædit, non ego illum. Si ego læsus offerrem me lædenti ad reconciliandũ, quos nõ ludos, risus & cachinnos cierẽ? quam nõ fenestram illi ad porrò lædendum aperirẽ? &c. Quę excusationes etsi in speciem aliquid ponderis habere uidentur, nõ tamen liberat te ab hac reconciliatione, quã hic Christus commendat, & præcipit. Imo sine hac neq; orare, neq; ullũ opus facere poteris, qđ placeat deo, sine hac oĩa tua opera, quibus credis te colere deũ, in hypocrisis facis, nõ in ueritate, nõ aliter q̄ olim Iudęi in mera hypocrisis sacrificarunt neglecto interim proximo.

Aut prodesset hic regulam quandam certam
prescribere mutue reconciliationis. At in tanta
sua uarietate, non potest certa aliqua regula dari,
æquitas tamen postulare uidetur, ut is, qui offen-
derit prior pro reconciliatione laboret. Verum
si offensor propter duritiem aut contumeliam
uoluerit se offerre prior, charitas postulabit
uenire contumacem, ne ille pereat. Postea ubi
offensor à te charitate præuentus recusarit recõ-
ciliationem, relinquendus est iudicio deusita-
men, ut pro illius duritia & contumacia ores.

Si obtuleris.

Alludit ad statum Iudæorum tum præsentem
Non damnat Christus munus, quod cupis of-
ferre, non damnat sacrificia in lege præcepta, sed
tantum docet, quid antequam sacrifices, faciendum
sit, ut sacrificia tua deo grata sint. Nos Christi-
ani adferimus nunc ad aram, sacrificia laudis, hosti-
as spirituales, orationes, gratiarum actiones &c.

Obiectio.

Quis certificabit me, sacrificia mea placere deo?

Responsio.

Hoc faciet reconciliatio proximi, quæ tibi cer-
tissimum signum est, deo tua sacrificia placere.
Sic etiam perimus in oratione Dominica. Et re-
mitte nobis debita nostra, sicut & nos remitti-
mus debitoribus nostris, id est, quia nos remitti-
mus debitoribus nostris: igitur certo statuimus;
te nobis nostra peccata remisisse.

Et illic.

Corā altari uel in actiōe quā instituis corā deo.

Coram altari.

Ne tamen postea cesses agere cum Deo, ubi cum fratre charitatem inueneris.

Et tum ueniens,

Scilicet in certa fiducia te a Deo exaudiri, & opera tua placere deo.

Habeto beneuolentiam.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus cōminatio quædā est, quo mihi natur Christus ab exēplo, æternā pœnā oībus ijs qui in hac uita, nō recōciliantur fratri suo. Quate cū incerti simus, qua hora aut quo momēto tēporis moriendū sit, monet hic locus, ne a die in diē, ab hora in horā, ab anno in annum, iram, inimicitias & odia erga proximū protrahamus.

Dum es in uia.

Dum uiuis & dum adhuc recensest ira, ne ubi inueterascit, postea non possis. Hic locus nihil facit, p purgatorio. Loquit em̄ de recōciliatiōe, quæ debet fieri in hac uita

Cito.

Ne adfectus inueterascāt. Docemur hic nō esse expectandā nobis cōmodam occasionē recōciliandi, non esse recōciliationem producendam.

Ne quando te tradat.

Alludit eterno hoc iudicio ad morē iudicū in hoc mundo, corā quibus absoluuntur & dam-

stantur rei. Alia ratio est cum deo iudice.

Donec,

Id est, nunquam coram iudice mundi, facta solutione, licet egredi e carcere. At e carcere externo non licet. Neq; post hanc uitam potest contingere reconciliatio, ergo nec persolutio.

Copiosius omnia explicata inuenies, in nostris scholijs in Matthæum.

IN EVANGELIUM
MARCI .VIII. DOMINI
ca. vii. A Trinitatis.

NON abs re consueuerunt Euangelistæ, suis scriptis subinde & prouidentia diuinæ exempla interserere, uel quia prouidentia dei plena est consolatione, dum ex illius cognitione statuimus nos habere deum, qui nostri curam agat, uel quia prouidentia diuinæ ignorantia facillime Epicuræos gignit, qui etsi concedant deum esse, si cur & hoc ipsum Epicurus concedebat, tamen fingunt eum ociosum esse, quibus homines & res humanas non curer, quemadmodum Lucianus describit Iouem, supra nubes sedere ociosum rerum mortalium spectatorem. Et sicut nos loqui possumus, de opifice quodam, qui facto opificio decedit, & sinit opus paratum fortunæ largienti. Qui error epicureus postea adhuc alias atq; alias hæreses comites habet: uidelicet oia casu

atq; cōtingenter euenire, uictū casu & nō ex diuina prouidētia accidere, crucē esse accidens quodam diabolo autore, ad ignorantiam diuinę prouidentię intercidit honos & cultus dei.

Quis enim honorabit aut colet deum, quem scit nō curare mortales? Quare optimo iure ignorantia diuinę prouidentię omnium malorū lena dicatur, ē qua innumerabilia mala & cruciatuſ conscientię infiniti promanant. Neq; hodie desunt quā plurimi huiusmodi Epicuræi in mundo, qui non credūt deum curare homines & res hominum, qui casu omnia accidere sentiunt, qui uictum potius consuetudine quadam, quā ex prouidentia & singulari benedictione dei prouenire statuunt, qui crucem non beneuolę dei uoluntati resignāt, sed aut diabolo aut hominibus malis, postremo qui deum neq; honorāt, neq; colunt, persuasi apud se, diuinam prouidentiam nullam esse. Hi uero Epicuræi prorsus ^{idēdē} sunt, homines impij & naturalium donorum extinctores, naturęq; uim inferentes, quę aliquo modo & testatur deum esse, & conseruare ac gubernare creata, sicut hoc ipsum satis docet Apostolus ad Romanos, i. Et. xvij, ca. Actorū: Si contrectent, inuenient eum.

Est autem diuina prouidentia, qua deus communiter conseruat & gubernat omnes suas creaturas: Deinde & specialiter fideles, quibus p̄ter id, quod eos cōseruat & gubernat, donat eis etiā Spiritū sanctum conseruatorē & gubernatorem.

Præter Epicuræos istos hoïes adhuc alij sunt in mundo, imò in generali illa Ecclesia, qui Christiani in speciem sunt, qui testantur quidẽ esse deum, qui ex prouidentia curam rerum creaturarum agat, audiunt uerbum dei, sed deprauatum & contaminatum humanis constitutionibus & sententijs. Hi cum uident syncerum uerbum prodiere ex gratia dei è tenebris in lucẽ, contumelijs uerbũ adficiũt, ad cuius p̄sentiam dicũt „prouidentia dei diminui, uictũ decreſcere, famem uero, & oĩum rerum penuriã accreſcere: Hinc accusant uerbum, ut diabolicam doctrinam damnant, & eãquam causam omnis infelicitatis reijciũt. At quid hoc hominum genere stultius? quid ridiculum magis? quasi uerbum dei, quod nobis diuinã prouidentiam commendat ac uictum promittit & doctrinis & exemplis (quale enim auditis & in hodierno Euangelio, ubi legitur Christus turbam audiẽtem uerbum septem panibus & paucis pisciculis saturasse) talis res sit, quę diuinam prouidentiam tollat aut uictum impediãt. Et quanquam uerbũ isti homines falso accusant, tamen accipiunt inde occasionem non suscipiendi uerbum, quod animaduertunt non esse de pane lucrando.

Verum quemadmodũ nunc hi homines offenduntur p̄sentia uerbi, & statuunt ad huius p̄dicationẽ diuinam prouidentiam diminui uictũ tolli. Ita nos q̄ credimus uerbo, certo statuere debemus p̄sentia puri uerbi, prouidentia dei uic-

stumque nostrum augeri, Tu enim non tantum communi il-
 la providentia conservamur & gubernamur, sed et-
 iam in superfluum accipimus Spiritum sanctum con-
 servatorem & gubernatorem, qui peculiariter &
 singulariter curat pro nobis. Quod autem pro-
 videntia dei, uictusque in mundo decrescere uide-
 tur ad praedicationem uerbi, id fortassis in oculis
 hominum impiorum apparet, qui non credunt
 uerbo & promissionibus uerbo annexis. Sane cre-
 dentibus praedicationis puri uerbi non fit occasio
 diminutionis providentiae & uictus impediti. Nam au-
 diemus in praesenti Euangelio, turbam audien-
 tem uerbum, in magna abundantia saturatam es-
 se, ita quod septem cophini pleni fragmentorum
 superstites remanserint.

Porro cum certum sit penuriam sequi praedi-
 cationem uerbi, iam causae illius penuriae queren-
 dae sunt. Impii hypocritae in mundo causam in-
 in uerbum transferunt: Verum impie ac falso. Ha-
 bet enim uerbum uictus additas promissiones,
 iuxta illud: Primum quaerite regnum dei & iu-
 stitiam eius: Deinde omnia accident uobis. Da-
 tid canit: Iunior fui & consenui, nec uidi iustum
 derelictum, aut semen eius quaerens panem: Iu-
 stus uero sine uerbo nemo est. In causa igitur est
 infidelitas mundi, qui non credit uerbo, & quia
 non credit illi: ideo neque potentiam uerbi expe-
 ctatur, neque cibum accipit. Qualiter enim quis iu-
 dicat uerbum, taliter a uerbo iudicatur.

Turba in hoc Euangelio nihil curat de uictu, sed

audit uerbum, fidei Christo de uictu, non delibe-
rat cum ratione, ubi aut per quas occasiones ui-
ctus contingere possit. Potuisset enim cogitare
turba, ecce nos securi sumus Christum, & nihil
non boni nobis de illo sumus polliciti, sed nihil
inde sequitur. Item sedemus hic ad triduū & au-
dimus uerbum, nec tamen ullum beneficium in
Christo experimur.

Verum nihil talium cogitat turba, sed com-
mittit fide se Christo, & postea etiā cibū accipit
in magna copia & saturat. Ad eundē modū, si &
nos crediderimus exemplo turbę saturabimur.

Summarij loci.

1 Christus auditoribus uerbi prospicit de ui-
ctu antequam petunt, ut uerum sit querentes re-
gnum dei fame perire non posse.

2 Ratio cum uidet occasiones uictus deesse, de-
sperat de uictu. Exemplo sunt discipuli.

3 Vbi ratio desperat & ubi omnis occasio ui-
ctus sublata est, ibi primum Christus iuuat, ut sic
fides nostra probetur, & Christus solus gloriam
habeat. At si qua occasio uictus adest, ea non est
negligēda exemplo Christi, qui ē lapidibus potu-
isset panes fecisse, aut sine medio ullo saturasse
turbam.

4 Auditores uerbi etsi ad tempus penuriam
patiantur, tamē suo tempore saturantur & red-
duntur diuites etiam ex tenuissima occasione.

In diebus illis.

EXPLICATIO PRIM'I LOCI.

Primus locus claris uerbis monet gratiã Christi in omnibus preuenire nos, sic uidemus in hac historia Christum prospicere turbæ de uictu, anquam petit. Ait enim Christus: Misericordia tangor erga turbam &c. Verum circumstantiæ primi huius loci diligenter excutiendæ sunt, & uidebis uictum sequi doctrinam, qua Christus prius animam pascit, quàm corpus. Cum uero anima uerbo saturata est, fit, quod sua sponte sequatur & uictus pro corpore, iuxta illud Matth. vi. Primũ quærite regnũ dei &c. Et hic pascendi ordo est Christo proprius. Mundus pascere incipit à corpore & postea forte de animæ cibo cogitat & quia hic pascendi ordo mundo est proprius. Hinc ordine Christi offenditur, q̄ crederet Christum, si prius corpus pasceret, deinde & animam. De hoc mundano ordine conquesti sunt & poetæ, Horatius lib. i. Epistolarum cecinit: O ciues, querenda pecunia primum est, Virtus post nũmos. Hæc Ianus summus ablimo. Perdocer, hæc recinunt iuuenes, dictata senesq̄. Et turba in presenti historia mudi ordinem in uniuersum improbat, quæ primum uerbum curat, & postea accipit uictum.

Docet itaq; primus hic locus, quærentes primum regnum dei, fame perire non posse. Exempla huc pertinent Israelis nutriti in deserto, Esaiæ & Antoni, quibus coruus panem attulit.

In diebus illis.

Post restitutionem surdi. Et pulchre quadrat sequens miraculum ad præcedentem commendationem Christi, qua laudabatur Christus à turbis propter sua beneficia, quæ liberaliter in oēs conferebat, quod & presenti miraculo cōfirmat.

Multa.

Nota potentiã uerbi multos ad se trahentis.

Nec haberent.

Tollit occasionē uictus, ut potentiam Christi eleuet.

Accersitis ad se discipulis.

Vt illorum fidem experiatur, uel ut occasionem uictus exploret.

Misericordia tangor.

Philanthropiæ adfectus in Christo, qui suorum curam agit, antequam petunt etiam.

Quia iam triduo.

Actiologia misericordiæ Christi. Circumstantia temporis exaggerat necessitatem & penuriam. Triduum uix durarēt nostri auditores apud uerbum in penuria.

Quæ sequuntur, oīa exaggerant necessitatem.

Et responderunt ei discipuli.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundus locus describit exemplū infidelitatis in apostolis, qui relicto uerbo & post habitis omnibus præcedentibus miraculis, è quibus iure debuissent collegisse apostoli, Christū satum.

rare posse, etiã ubi nulla occasio uictus adesset.
 Sed decipiuntur iudicio rationis, quæ presentia
 saltem tuerur, & solũ ex certis occasionibus cre-
 dit aliquid sequi posse. Et dum ita iudicat ratio,
 bene iudicat coram mundo in rebus ciuilibus.
 At coram Christo & in præsentia Christi uoca-
 re rationem in iudicium, & inde desperare de po-
 tentia Christi, hoc infidelitas est.

Vnde istos.

Verba ipsissimæ rationis, plena infidelitate.

In solitudine.

Confirmat ratio apostolos in infidelitate, à
 circumstantia loci, sumpto argumẽto ab impos-
 sibili. Hoc argumẽtum ciuilitè ualet. At maior
 est omnipotentia Christi hoc argumento, nam
 coram deo nihil est impossibile. Matt. xix. man-
 suetudinis exemplum in Christo est, qui infide-
 les discipulos non reijcit.

Et interrogauit eos.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ In tertio hoc loco præscribitur nobis tẽpus quo
 potissimum solet iuuare Christus: nimirũ tum
 quando nulla adest occasio, neq; ulla illius ac-
 quirendæ ansa, hoc est, quando ratio suis argu-
 mẽtis desperat, uel iuxta uulgare illud uerbum:
 Tum primum offerimus deo nostra negocia.
 quando nunc demum fere deplorata sunt.

Sinit uero Christus aliquamdiu ludere suos
 apostolos in rationis argumentis, ut ducat eos

ad nihilitatem illorum, ut ita loquar, quo cogantur fateri, propter defectum occasionis, actum esse de uictu. Item ut discant confugere ad omnipotentiam Christi, qua potens est iuuare, ubi nulla est iuuandi occasio. Producit autem Christus suum præsidium, nec statim dat uictum, ut illa suspensione probetur fides apostolorum, quæ mirifice agitur, quãdo accedit ratio & diuersum à fide suadet, atq; abstrahit à Christo seu uerbo. Huius uero suspensionis & proxima causa est, ut Christus omnem gloriam sibi coaceruet, ne cedant apostoli ex seipsis aliquid accessisse.

Porro mouet hic tertius locus, ne oblatas occasiones uictus negligamus. Christus enim sua omnipotentia potuisset è lapidibus panem facere aut curasse, quod è caelo pluuisset uictus, ite uel uno uerbo saturasset turbam, sed harum rerum nihil facit Christus, uerum oblatas ex occasione panes accipit, & pisces ex piscibus, & panem ex pane sua benedictione facit. Nam uelle sine occasi omnibus seu medijs seruari, est tentare deum.

Quot panes.

Interrogat Christus, quod alioqui scit, ut diligenter inculcet apostolis tam exiguam occasionem.

Et præcepit.

Quia Christus præcipit discumbere turbam, quia Christus benedicit panibus &c. Igitur postea saturatur turba. Adumbratū est hic officium

prædicatorum in distribuendo Euangelio, quod
nō succedit feliciter, nisi Christus benedicat, frā-
gat, & det prædicatoribus.

Et habebant paucos pisciculos.

Notat Euangelista signanter occasionem ual-
de exiguam ad tantam multitudinem.

Et cum benedixisset.

Benedictione Christi augetur uictus, ex pa-
ua occasione.

Comederunt & saturati sunt.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

¶ Quartus hic locus plenus est omni conso-
latione, quā merito oēs pij desolati in hoc mun-
do, solari se debent, uidelicet post longam peni-
tiam, tamen suo tempore faciare Christum per-
seuerantes in uerbo, etiam copiosissime ex occa-
sione non copiosa, quæ uix uni aut alteri suffice-
ret, nisi benedictione domini, uel ne cogitationibus
nobis augetur. Docet itaq; hic locus uictū be-
nedictione domini contingere, tum quoq; quā-
do nihil minus cogitamus. Item Christum potē-
tem esse, ad augere modicam occasionē magnā
copia. Damnat autē eos, qui uictus copiam suis
& multis & uarijs occasionibus attribuunt.

Et saturati sunt.

Effectus potentiae Christi.

Ac sustulerunt.

Commendat hæc libertatem Christi, qui nō
sordide, sed copiose dat uictum.

Erant autem qui comederant.

Hoc personarum numero commendat Marcus miraculi magnitudinem.

Appendix.

Allegoriam exposuimus in nostris scholijs, in. xiiij. capite Marthæi de quinque panibus & duobus piscibus.

IN EVANGELIUM
DOMINICA .VIII. A TRI-

nitatis, Matth. ca. viij.

Agit Christus in hodierno Evangelio medicum, qui postquam in precedentibus capitibus Marthæi præbuit salutaria animæ remedia, de uero legis usû, de doctrina sana & alijs dogmatibus ad regnum cælorum pertinentibus: Nunc incipit de noxijs & insalutaribus præmonere. Dehortatur enim suos discipulos, atque adeo nos omnes, ut caueamus nobis à pseudopphetis, qui quia admodum difficulter cognoscuntur, ponit signa quedam seu notas cognoscendi prophetas falsos. Hæ autem non sunt externæ, quæ fallere possunt. Siquidem maleferiati illi doctores, habent cum uerè pijs omnes res in speciem communes, habent idem Evangelium, eadem Biblia, eadem sacramenta &c. quam in magno abusu, quæ tamè uiderentur non est cuiusuis hominis sicut & hoc ipsum satis testatur est superius seculum, in quo redudabatur omnis impietas apertissime etiã, nobis attamè cæcutientibus, non

aliter atq; illi, quibus ex radiorum ipsius solis claritate, oculi corrupti sunt. Et quia difficultas nō parua est, uidere impietatem prætextu ueritatis tectam, præmonet Christus, & dat interna quædam signa, è quibus uult nos cognoscere & doctores falsos & doctrinam impiam. Hæc uero signa potissima sunt effectus illi, qui sequuntur doctrinam in conscientijs auditorum. Hi effectus sunt: irrequietudo, intranquillitas, & deuastratio conscientiarum.

Placet itaq; experiri, quæ uera sit doctrina: itē quæ falsa, experimētum lumen ab utriusq; doctrinæ effectibus: Vt Papiistica doctrina falsa est, quæ dissipat conscientias, reddit intranquillas & irrequietas. E contra doctrina, quæ hodie prædicatur in magna Germaniæ parte, uera est, quia colligit conscientias, pacificat, & reddit tranquillas. Et hoc est, quod Christus dicit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? q. d. Christus: Impossibile est doctrinā falsam tranquillare conscientiā, sicut & impossibile est, ueram doctrinam non quietas efficere cōscientias, id quod Christus uuas & ficus uocat, hoc est, dulcissimos conscientiæ fructus. Quatenus igitur hæc signa manebunt in Ecclesia, nullum est mihi dubium, quin diu retinebimus puram doctrinam. Sed nescio qui fiat, quod fere omnes nunc ab externalis illis signis, quæ hic præscribit Christus ad æternæ uitæ mores procedimus, & ut quisq; foris

uiuuit, ita iudicamus & doctrinam: uerum quam periculosum hoc sit iudicium, paucis ante annis in papistis: nūc uero in anabaptistis experimur. Illi Cucullati suis cucullis & ouino uestitu pro- modum totum mūdum deceperunt. Hi sanctis simis in speciē uitæ moribus, penē instituissent machometicum regnum. Et merito talia p̄mia ferimus nostris iudicijs & signis, qui præiudicamus Christo, nec sumus contenti signis à Christo præscriptis.

Summarij loci.

- 1 Nemo sibi cauere potest à pseudoprophetis ac peruersa doctrina, ideo monet hic Christus.
- 2 Pseudoapostoli & eorum doctrina cogno- sci potissimum debent ex effectibus, qui sequun- tur in auditorum conscientijs: quanquam & ex externis signis aliquo modo illi innotescant. Ef- fectus uero ē quibus potissimum cognoscuntur falsi prophetae, & illorum doctrina, sunt dissipa- tio conscientiarum & intranquillitas. E contra bonorum doctorum & sinceræ doctrinae effe- ctus sunt, ē qbus cognosci debēt doctores & do- ctрина, pax, gaudiū & tranquillitas conscientia.
- 3 Falsa doctrina ut nō potest ferre fructus bo- nos: ita in perpetuū subsistere non potest.
- 4 Species pietatis non facit Christianum, sed amplecti puram doctrinam & credere in Chri- stum. Nam amplecti purum uerbum & credere in Christum unica patris uoluntas est.

Cauete

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Horratur primus locus ad timorē, & dehortatur à securitate & propria fiducia, ne superbiamus & credamus nos à falsis apostolis per doctrinam falsam seduci nos posse. Videmus enim sapientissimos quosque deceptos fuisse, quanto ergo facilius nos decipi possumus, qui non ita sapientes sumus. In exemplum uoca doctissimos quosque uiros sub Papatu olim & nunc. Quid desuit plerisque patribus, qui singulari eruditione sepe præditi fuerunt, tamē specie pietatis excæcati à ueritate deuiauerunt. Quam multi hodie sapientissimi & modestissimi uiri in mundo, prætexta operum doctrina seducuntur? potentissimi si mul ad stuporē usque dementantur à cucullatis monachis? Quid igitur faciendum uenit in tanta facilitate aberrandi à puro uerbo? Respondeo, timendum est, ut is qui steterit, sed securus sit ad Corinthios decimo: Israel steterit, sed securus fuit. Nos sumus qui in terminos æraturæ incidimus, propter nos hæc scribuntur, ne Israel exemplo seducamur, patrum more erremus, qui & illi aliquando steterunt. Habemus & hodie uia exempla, quæ minantur nobis puræ doctrinæ deprauationem. A Papistis fortassis securiterimus, quorum mendacia grossiora sunt, quam ut denuo multum incommodi adferre queant.

At noui hodie pseudoprophetae subinde & passim oriuntur, qui ex nobis egressi sunt, sicut inquit Ioannes, illi suis speciosis & in speciem sanctis doctrinis facessent etiam uere pijs negotiis & sanctis suis in speciem argutijs, longe superant omnes Papistas.

Probe itaq; p̄monitio Christi hic meditanda est, p̄sidium Spiritus sancti implorandum & caute in domino uigilandum, quo liceat nobis & personas falsa docentes & doctrinam falsam cognoscere, & eo libentius orabimus, quo diligentius scripturã de periculis in nouissimo hoc tempore ingruentibus consuluerimus, quæ ostendit multos pseudoapostolos sub postremũ t̄pus p̄dituros, Mat. xxij. i. ad Timo. iij. Et postiore epist. ca. iij. Et Ch̄us hic monet suos discipulos de falsis prophetis: Ergo ardua & serua res est, posse ueros p̄dicatores a falsis discernere, & doctrinam piam ab impia.

Cauete.

Q. d. Christus: est enim seria cautione opus.

Vobis.

Qui habetis uerbum meum. Papistis nullum periculũ imminet a falsis prophetis, qui ipsi falsum & adulteratum uerbum habent.

A pseudoprophetais.

Qui prophetae sunt q̄dem, sed nõ ueri. Ab effectu dicuntur pseudo, p̄phetae, q̄a defalsant uera.

bum, nō tollunt prorsus, utūtur eadē Biblia, iis-
de Sacramētis &c, uerū non aliter atq; mercato-
res, qui ex uno sacco proponunt Piper & Geble-
nū, qui duo fructus in speciē nihil differūt, quos
imprudēs emptor emit, admonitus uero relin-
quit, emptor autē tū primū sentit se deceptū, quā-
do uterq; fructus ad usum confertur.

Qui ueniunt ad uos.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Porro quia difficile est pseudoapostolos & il-
lorum doctrinam cognoscere, addit Christus in
secundo hoc loco, signa quaedā cognitionis. Pri-
mum sumpsum est ex etimologia uocabuli, ait
enī: Qui ueniunt ad uos, id quod Propheta alijs
uerbis dixit: Currebāt & ego nō misse eos. Hier.
xxiij. ca. Talium pseudoapostolorū hodie plena
est nostra Germania, qui ambiūt predicādi offi-
cia & ingerūt se nō uocati. Cōmendatur itaq; cir-
ca primum hoc signum legitima uocatio.

Secundum signū est ab externo uestitu, qui li-
cet nihil certi prober, tamē fere semper ita acci-
dere solet, qđ falsi doctores suam hypocrisin &
impietate certo aliq̄ uestitus genere tegant: In-
de plonge sacerdotū uestes, monachorū cuculli,
Anabaptistarum dissolutę tunicę sine plicis &c.
uerū ut certius aliqd ex hoc signo colligamus, re-
ferendū est hoc signū ad speciē doctrine, q̄ pseu-
do pphetę decipiūt simplices hoīum animos, dū
nociferātur se habere eādē Bibliam, eadē Sa-
cramēta &c. Et hæc duo signa, ut externa iuxta

uerba intellecta, fallere possunt. At tertium est quod
 nunc sequitur & fallere non potest, hoc sumitur ab effectibus
 doctrinae, quos falsorum prophetarum doctrina operatur in conscientijs. Hi effectus amari
 & acerbisunt, ergo suspectam doctrinam habent causam. Vide rursum uero tertium hoc signum
 necessario a Christo adijci, quod dicitur fieri fortassis possit,
 quo reliquis duobus signis quis decipiatur, tamen tertium hoc quisque pro certissimo habebit:
 Ex fructibus ipsorum cognoscetis eos, hoc est, ex doctrinae effectibus, e quibus non solum
 pseudo apostoli, sed etiam auditores ac sectatores illorum
 cognosci debent: Illi ut irrequieti conscientijs in suis
 conscientijs: Hi ut discipuli in conscientijs intranquilli,
 qui utriusque in examine conscientiae subsistere non possunt,
 sicut nec illorum doctrina, quae igitur exciditur & in ignem conijcitur,
 ualet hic quorundam falsum iudicium, qui ex constantia
 Anabaptistarum in periculo mortis, probent eorum doctrinam
 piam, possunt enim Anabaptistae constanter occumbere
 in morte. At ut in conscientijs tranquilli sint ex sua doctrina,
 hoc ipsum fieri non potest. Quamquam non negemus, posse
 Anabaptistas per Satanae confirmari & reddi pertinaces,
 qui hactenus potuit multa hominum milia in errore
 parricidico confirmare. Legitur & de Donatistis haec
 tunc in morte, sed etiam obsecrauerint obuiantes
 ut tollerent eos e medio, quo eo citius

peruenirent ad Patrem Deū. Horū errorem cō-
 furans Augustinus, scribit, non satis esse in Chri-
 stiano spectare pœnam, uerum & causam pœnæ
 hoc est, quod nos hic agimus, non satis est confi-
 derare constantiam mortis in Anabaptistis, sed
 meditando est causa mortis, id est, num talē do-
 ctrinam habeant, propter quam ex p̄cepto dei
 serant mortem.

Qui ueniunt.

Primum signum ex temeraria ingestione ad
 prædicandi officium.

In uestitu ouium.

Secundum signum ab externo uestitu, seu po-
 tius à specie ueræ doctrinæ. Ad uos emphatice
 dicit, q. d. qui habetis uerbum meum.

Sed intrinsecus sunt lupi rapaces.

Dilaniantes & lacerantes conscētias. Accom-
 moda officia luporum, quæ sunt rapere, disperge-
 re & deuorare oues. Vocantur lupi rapaces falsi
 apostoli ab effectibus, quos exercent in consci-
 entias. Decimum caput Ioannis, de mercenarijs
 prædicatoribus huc referri debet. Intrinsecus ad-
 dit, ut scias foris falsos, p̄phetas à ueris nihil pro-
 p̄modum differre.

A fructibus.

Id est, ex doctrinæ effectibus in cōscientijs audi-
 torū. Effectus hi sunt, dilaniare, lacerare, prur-
 bare, irregeras reddere cōscientias &c. Collatio
 hic instituenda est, effectuum utriusq; doctrinæ ue-

rae & falsae. Tertium hoc signum est cognoscendi pseudopphetas, ab effectibus doctrinae sumptum, hoc potissimum & certissimum signum est.

Nunquid colligunt.

Cōfirmat Christus per occupationem argumento ducto ab impossibili, doctrinam fallorū prophetarū non posse tranquillare conscientias.

Vuē & ficus sunt dulcissimi conscientiae fructus ex doctrina sincera.

Spinę & tribuli dicuntur doctrinae falso prophetarum ab effectu, qui est compungere & uulnerare conscientias.

Sic omnis arbor.

Accommodatio argumenti per collationem utriusque doctrinae & uerae & falsae ab effectibus. Arbor bona sana doctrina est, uel illius p̄dicator: Arbor putris, impia doctrina est, uel illius p̄dicator. Fructus boni, pax & gaudium conscientiae. Fructus mali, intrāquillitas & irrequietudo conscientiae:

Omnis arbor, quae non facit.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus tractat de duratione falsae & impie doctrinae, quae quidem ad tempus durare potest, tanta etiam certitudine, ut pro uera doctrina amplectatur & habeatur. At ubi cognitio uerae doctrinae saluatur saltē, uel ubi per synceram doctrinā aperiuntur conscientiae, p̄sistere ne-

quit. Id autem fit, quando Spiritus sanctus incipit per uerbum, iuxta suum officium, arguere cōscientias de infidelitate, de iniustitia, & de iudicio, loa. xvi. Referendus est huc locus. i. ad Cori. cap. iij. de structuris uarijs, quas uarij superedificauit super fundamentum Christum, eas postea dicit declarat, ignis reuelat & probat, hoc est, conscientie examen, tam ad ortum & claritatem puræ doctrinæ, quā ad præsentiam alicuius mortalis periculi, Tunc tandem uerum fit, quod hic Christus loquitur: Arbor, quæ non facit fructum bonum exciditur & in ignem proicitur. Exemplo est nobis Papiſtica doctrina, quæ prorsus euanuit ad reuatum Euangelium apud illos, qui illud receperunt. Ast uera doctrina persistit in æternum, iuxta illud: Verbum domini manet in æternum. Et ut nunc uerbum æternū est, nec perire potest, ita & sectatores eius. Pertinet huc spalmi illi, qui uerbi commedationem continēt. cxviii. & reliqui sequentes.

Omnis arbor.

Omnis doctrina, præter sanam & puram, quæ dei uerbum est, ipsum Euangelium.

Quæ non facit fructum bonum.

Tranquillat conscientias.

Exciditur & in ignem conicitur.

Perit, euanescit & perditur, iuxta examen & tentationem conscientie.

Igitur ex fructibus.

Epilogus cū adhortatione, ut falsos prædicatores

à bonis cognoscendo separemus, ex effectibus doctrinæ in conscientijs. Est autem hic epilogus repetitio postremi signi & præcipui,

Non quisquis dicit:

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Optime quadrat hic quartus locus ad præcedentia, Nam cum falsa doctrina species sit doctrinæ ueræ, ideo per occupationem subiicit hunc locum Christus, ne pietatis specie fallamur, dum uidemus falsos doctores de eodem deo, de eadem Biblia, de iisdem sacramentis &c. gloriari, quæ omnia adeo non faciunt uere Christianum, nisi in ueritate habeantur, deposita omni hypocrisis, quod is, qui illa habeat in speciem tantum, extra regnum adhuc cælorum fit. Damnat itaque quartus hic locus hypocrisis & urget signa cognoscendi falsos, prophetas & eorum auditores, quæ nulla sanctimonia, ex nullis operibus externis, cultibus, tandem ex nullis miraculis cognosci possunt, tantum ex doctrinæ effectibus. Nam & pseudoprophetæ dabunt signa magna & prodigia Matth. xxiii. in hoc, ut in errorem abducant homines, etiam si fieri possit, electos: Siquidem diabolus & sua miracula ac prodigia habet, quibus confirmat suos in impietate.

Verum ut nunc doctores falsi cognoscuntur ex effectibus doctrinæ falsæ, quam prædicant, ita ex effectibus eiusdem doctrinæ, seu ex ipsa doctrina, quam amplectuntur, cognoscuntur & au-

ditores. Exēpli gratia: Christianus est, & membrum in regno cęlorum, qui amplectitur eā doctrinā, quę tranquillat conscientias. E contra non est Christianus, qui amplectitur eam doctrinam quę non tranquillat conscientias, sed disturbat. Discernit & hic locus uera uerę Ecclesię membra, ab hypocriticis non uerę Ecclesię membris.

Domine domine.

Mimesis uerborum prophetarum falsorum atq; adeo omnium hypocritarū in Ecclesia. Obserua causas ex alijs scripturę locis, quur Christo non placeāt hęc uoces: Domine domine, quia sine fide fiunt & cordis ueris adfectibus. Ex uerbis iudica & opera hypocritarū oīa, q̄ nec ipsa placeāt deo, quia sine fide & fiūt ueris cordis motibus. Reduplicatio uocis domine ostendit prætextum quendam uerę pietatis.

Introibit in regnum cęlorum.

Hoc est, erit syncerus propheta, aut uerū Ecclesię membrum.

Sed qui fecerit uoluntatem.

Id est, qui purum uerbum amplexus fuerit, & crediderit in Christum, quem misit Pater, hic est, syncerus propheta & hic est uerū Ecclesię membrum & Christianus uerus.

Qui in cęlis est.

Qui cęlesti ac spiritali cultu uult coli. Et sicut Ioannes scribit, in spiritu ac ueritate, non in hypocrisis, non ore & labijs tantum.

IN EVANGELIUM
 LVCAE .XVI. DOMINI
 ca. ix. A Trinitatis.

Proponit scriptura subinde inuitatoria exempla, ut nos per illa ad uerbum, fidem & ueram pietatem exercendam pro uocet, ex his exemplis est & huius Euāgelij parabola, qua inuitat nos Christus ad bonorum operum distributionem & exercitium, aditis ex promissione premijs, quæ aliquando bonorum operum dispensatores, recompensationis loco accipient in uita æterna. Non quod bona opera uitam æternam mereantur, sed quod ea sequat uita æterna ex promissione & dono dei, ad Ro. vi. Occasionem inuitandi ad bona opera uidei Christus sumpsisse à naturali nostra seueritatis opa exercenda. Dubium non est, quin omnes isti us simus sententia, quod ex animo cupiamus æterna tabernacula accipere, uita æterna & non cessaturis gaudijs potiri. At nemo est, aut sane paucissimi, qui pro tantis rebus contendere bonis operibus conantur atque desudant. Ideo Christus ex nostra seueritatis morus, hanc parabolam subiecit, quo nos à somno ceu è profunda bonorum operum obliuione expergefaceret.

Verum quod hac obliuione magis mirum, nos stertere ad bona opera, credito ac suscepto Euāgelio. An quia Euāgelium dissolutionem quandam mor-

rum tradat: an quia humanitatis & charitatis officia tollat: an quia peccare doceat: Absit: Talia enim non docet Euangeliū, imò doctrinam de moribus stabilit, humanitatē & charitatē præcipit, & à peccatis ad nouam uitam trahit, Siqui dem Euangelij præcipuo fine iustificamur ad bona opera, iuxta illud ad Ephe. ij. Nā ipſus ſigmētum ſumus, conditi in Chriſto Ieſu ad bona opera &c. Et ad Ro. vi. Apoſtolus probat nos ad nouitatem uitæ iuſtificatos eſſe, argumētum ſum pro à pœnitētia. Vnde igitur accidit ſternutatio illa ad opera bona? Reſpondeo: Non ex Euangelio, cuius effectus eſt iuſtificatio, & huius finis, ut in nouitate uitæ ambulemus, accidit itaq; ſternutatio illa ad opera bona à ſatana, qui noſtra oſcitantia & negligentia uult uerbum tollere, & coram oculis hominū dehoneſtare, ut ab illius ſuſceptione homines deterreantur.

Quemadmodum enim bonis operibus inuitantur homines ad ſuſcipiendum Euangeliū: ita malis operibus & bonorū operū intermiſſione homines ab Euangelio accipiendo abſtrahuntur. Præterea ſcit ſatan omiſſiōe bonorū operū, fidē noſtrā impediſſe & extingui, ſicut per bona opera excitatur, exercetur & confirmatur.

Quanquā etiā nō poſtrema cauſa ſit noſtræ negligentiae in bonis operib⁹ cōficiendis, & hodie quidā prædicatores ita prædicent Euangelium, & pœnitentiæ raro mentionem faciunt, ſine qua non poteſt nō ſequi ſecuritas ad oīa bona opera

stertens. Quidam uero adeo extenuant bonorum operum dignitatē, quod illis nihil tribuatur, illorum usus non doceatur, efficacia eorum negligatur. Ceterum inuitat nos Christus in hodieo Euāgelio ad bona opera exemplo cuiusdam œconomi hominis ciuiler prudentis, quem proponit nobis Christus in nostram confusione, ut doceat filios huius seculi longe superare nos, qui Euangelium habemus. Illi commode & suo tempore prospiciunt sibi de omnibus rebus, ut habeant, quo se uertant in necessitate. Quæ prudentia in filiis hominum hic laudatur à diuine in œconomo iniquo, nō quia inique egerit, sed quia astute & prudēter fecerit. Quod uersutum & prudens œconomi iniqui factum, non ad similia facta prouocare nos debet, uerū ad similem prudentiā, ut nostris bonis à deo concessis prospiciamus nobis in tēpore: uita em̄ breuis est ac incerta, in qua licet operibus bonis studeamus, ad quæ preparauit nos deus, ut in eis ambularem, ad. Ephe. ij. & quæ præcepit deus, quæ post hanc uitam sint, qui nos in æterna tabernacula recipiāt. In tēpore inquā, hoc est, in p̄senti uita. Nā post hanc uitā nō licebit opa bona operari. Et sicut stultissime faciūt illi dispensatores, qui in tempore sibi non prospiciunt, postq̄ incertis sunt, qua hora uelit eos deponere dñs, ita stultissimi sunt, q̄ bona opa p̄crastinant & occasionē bñ operadi negligūt, q̄ in periculo mortis constituti, tum primum cupiunt bene operari.

Hinc testamenta prodire cœperunt, quæ oportet, aut prorsus inutilia sint, aut ualde periculosa, cum bona amplius nō sint in potestate nostra. Apostolus ad Galat. vi. diligenter nos hortatur, ne occasionem bene operādi negligamus, inquit enim: Itaq; cum tempus habemus, operemur bonum, cum erga omnes, tum maxime erga domesticos fidei.

Tandem libenter bene operabimur, quia scimus nostra bona opera certo habitura premiā & talia, quæ in hac uita sunt, tā corporalia, quam spiritalia, post hanc uero uitam ex promissione æterna.

Summarij loci.

1. Vsus parabolę consistit in collatione duplicis prudentiæ, mundanæ & Christianæ, priorē inuitamur ad posteriorem.

2. Bona nobis à deo in hac uita tanquā dispensatoribus cōmissa, pximo inseruire debent ut cū dominus à nobis rationem requisierit, sint, qui nos recipiant in æterna tabernacula, quæ iure ad exercitium charitatis, puocare nos debent.

Homo quidam erat diues.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

¶ Primus locus collatiōis duplicis prudentiæ abæsoluit totā parabolā, usq; ad accommodationem. Est autem prudentia quędam mūdana, quæ nobis scū nascitur, & certū quendā prospectum docet, quo amplectimur cōsulta & deuitamus incōsulta, cauemus nobis à periculis, & potimur pacatis

cum utilitate. De hac multa scribit Cicero lib. 1. in Officiorū, & alij philosophi. Ab hac homines in mundo prudentes appellātur, & habet hæc prudentia apud mūdum suam laudem & præmia. Huius uero prudentiæ exemplar est æconomus in hac parabola, qui cum audiret se amplius nō posse dispensatoris officio fungi, prudenter cogitauit, & in tempore, ut sui domini bonis pararet sibi amicos, qui eum post defunctiōem officij, ad se reciperent & alerent. Quem dispensatorē laudauit dominus, non quia inique egerat, sed quia prudenter sibi prospexerat, quæ cōmendatio prudentiæ à domino facta, ostendit prudentiam rem bonam esse, quæ sicut fieri solet in rebus omnibus, facile in abusum incurrere potest. Quare cum alterius incommodo sibi prospicere prudenter, nō solum iniquū est, sed & malū.

Prudentia uero Christiana, ad quā nos prouocat Christus p mundanā prudentiā, ea est, qua prudēt atq; in tēpore, hoc est, in hac uita, p prijs suis bonis sibi à deo ad dispensandū cōmissis, neq; inique patris, prospiciūt pij, ut post hanc uitā diuertere possint ad eterna tabernacula, quæ sequētur pios dispensatores in futuro seculo, propter pmissionem dispēsationi additā à deo. Hęc prudentia singulare donū dei est, id quod multi scripturæ loci docēt, qui indicāt q̄ difficile sit, hominē habentē diuitias, eas dispartiri in usum proximi posse. Sunt em̄ diuitiæ tales res, quæ cū possessores captiuos tenent, abducūt eos à commu-

tibus sensibus. Vnde & res diuitijs cognatæ ue-
 re dicuntur, auaricia & tenacia, quæ uitia nõ tam
 corpus emolle reddunt, quàm animũ effemina-
 tum faciunt. Quæ mala non exiguã causam præ-
 buerunt Christo ad hanc præsentẽ parabolã, qui
 certo sciebat, iniquã Mamonam mirifice exerce-
 re hominum animos, adeo, quod sine gratia ne-
 mo seruiat proximo, quo aut admoniti sint di-
 scipuli, igitur addit hanc parabolam. In summa
 duo docet hic primus locus: Alterũ, quod huma-
 na prudentia res bona sit, & digna laude, Alterũ
 prudentiam Christianã habere sua præmia æter-
 na, idq; ex promissione. Hæc prudentia ut est sin-
 gulare dei donum, ita nõ omnibus datur. Et ut
 hoc exemplo demonstrarem: Audiui Lubecæ muli-
 erem prædiuitem, quæ cũ aliquot aureorũ millia
 domi haberet in usum pauperũ a defuncto ma-
 turo relicta, subinde dicere solebat, cum intuerẽ
 tur repositoria, in quibus aurei illi repositi erãt
 Hic iacent aliquot millia aureorum, quæ scio
 ad me non pertinere, tamen aliã in summis diui-
 tijs exundans, non possum illa in eorum usum
 conferre, quibus iure delegationis conferri de-
 berent. His uerbis de more & hæc adijciebat, o-
 mnibus auaris uulgatissima: Non ex pono terũ-
 cium, quin experior acutum gladium cor meũ
 perfodere.

Quod quidem exemplum satis declarat oẽs
 quidem nos habere posse diuitias. At ut illas di-
 stribuamus in alios, id donum dei est.

Ad discipulos suos.

Q. d. Christus, mundus aliter & sentit & docet à mea sententia, quam uos docebo hac parabola.

Homo quidam erat diues.

Commendatio hominis adiuicijs & potentia
Sic deus diuitias multas & dispensatores habet multos.

Et hic delatus est.

Non ignorat homo diues, qui recte distribuunt, qui non. Nec deum latec dispensatio nostra.

Redde rationem.

Quando nihil minus cogitauit futurum cecidit. Ita & uita nostra incerta est, nec scimus quando dominus uenturus sit. Obserua dispensandi officium non esse procrastinandum.

Post hac.

Post hanc uitam non licet bene operari.

Ait autem dispensator intra se.

Prudentiæ mundanæ exemplum, in quo uides filios huius seculi prospicere sibi de futuris incommodis.

Quid faciam.

Mimesis uerborum filiorum huius seculi prudentium.

Batus mensura liquidorum est, capiens sextarios septuaginta duos. Sextarius uero continet duodecim cyathos.

Corus aridorum est, capiens medimnos Attici

ros. xli. teste Iosepho li. iij. Antiq. Iudaicæ Gen-
tit. Medimnus ein malter.

Et laudauit dominus dispensatorem

Scilicet propter prudentiam & calliditatem,
non propter iniquitatem facti. Laudabimur &
nos à deo, si prudentes prospexerimus nobis
deus, qui recipiât nos in tabernacula sua.

Quia filij.

Aerologia commendationis iniqui dispensa-
toris, quæ discernit prudentiam à facto.

In natione sua.

In rebus ad mundum seu hoc seculum perti-
nentibus.

Et ego uobis dico.

Accommodatio exempli ad doctrinã certam
omnibus Christianis scitu necessariã, ut sciamus
ex præcepto dei nos debere alijs benefacere de
nostra iniqua Mammona.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

¶ Secundus locus continet accommodationem
parabolę. Nã parabola de diuite & dispēsatore
eius, ad alias personas attrinet, quas tacite erudit
Christus, & tum ad apostolos pertinebat, quos
hac parabola instruebat.

Nostra itaq; de causa & hæc parabola scripta
est, ut q; habeamus uerbũ & simus discipuli Chri-
sti, sciamus nobis à deo diuite multa bona, ut di-
spensatoribus in hac terra commissa esse, in hoc,

quo aliquando rationem reddamus. Nostra uero dispensatio extendit se super omnes creaturas, quas deus subiecit nobis Gene. primo & ad Romanos octauo, ut illis succurramus proximis egēribus, quo & hi postea nos ab officio depositos, in æterna tabernacula accipiant.

Duo igitur monet hic secundus locus: Alterum ne superbiamus in alienis bonis, super quæ constituit nos deus: Alterū ut commissa nobis ad dispensandum bona liberaliter in usum proximi distribuamus.

Veru n cū in hoc loco ad dispensationē hortemur, quæri possit, quo tempore dispensandum sit, quo modo & sub qua spe p̄m̄i: De tempore repondeo in hunc modum: Christus hic loquitur de Mammona re præsentī & temporaneæ: igitur sciendum est, tum adesse dispensandi tempus, cum hic in terra uiuimus, cum nostra bona possidemus, & cum bona nostra in nostra sunt potestate. Prohibemur hic differre dispensationem & procrastinationem benefaciendi proximo. Ratio est, quia uita breuis est, & quia incerti sumus, quo tēpore dominus uēturus sit.

Formam dispensandi & benefaciendi proximo p̄scribit Christus Lu. vi. ab exēplo Patris cælestis, qui finit solem suum oriri supra bonos & malos, Mat. v. Et Apostolus de forma p̄cipit, ii. ad Cori. ix. ubi uult nos dare hilari animo, nō ex molestia aut necessitate. Spes p̄m̄iorum, si diligētes dispensatores fuerimus, pender ab æterna

uita, quæ non cõtingit propter nostram dispensationem, quasi ex opere operato, sed ex pmissiõne domini, qui dispensatoribus recompensatio nis præmia promisit. Hec enim pmissio est: Recipient uos in æterna tabernacula, id est, æterna tabernacula certo sequentur diligentes dispensatores iniustæ Mammonæ. Siquidem inuicta manet sententia, ad Ro. vi. Vita æterna, donũ dei est.

Facite.

Præceptum hoc est de dispensatione, ut scias te dei præcepto ad dispensandum esse ligatum d: Facere amicos ex Mammona iniusta, nihil aliud est, quàm nostris bonis iuuare proximum.

Ex Mammona iniusta.

Diuitias uocat Christus iniustam Māmonam respectu iniusti & iniqui dispensatoris aut possessoris, qui bonas dei creaturas iniuste possidet: Qualis est ille dispensator seu possessor, qui negligit dispensandi officium & proximum suis diuitijs non iuuat.

Iniusta Mammona, id omne significat, quo possumus iuuare proximum. Sic prædicator iniustam Mammonam accipit distribuendam, pro ut daturus est rationem aliquando domino. Sic magistratus in suo statu habet, quod distribuere debet & c.

Vt cum defeceritis.

Post mortē in nouissimo die daturi rationē deo
Recipient uos in æterna tabernacula.

Alludit Christus ad morē illorum, qui benefactores suos recipiunt in domos suas, ut illis uicissim benefaciant. Aeterna uocat, ut separet ea à terrestribus.

Appendix.

Quæ sequuntur hodiernum Euangelium uulgares quædam sententiæ sunt, quibus accommodat se nobis Christus: Veluti nos iudicamus fidelis seruo in minimo posse etiam maiora cõmitti sine periculo, hoc est, pro corporalibus bonis, spiritualia & aeterna.

Postea concludit Christus hanc parabolã exemplo sumpto ab impossibili, quo probat studium pecuniæ & tenaciam non posse cum pietate subsistere. Nemo enim potest esse duobus dominis seruire. Vide Apostolũ de studio pecuniæ re periculosa & à fide abducente &c.

IN EVANGELIUM
DOMINICA . X. A TRINITATIS,
Lucæ. xix.

Hodiernũ Euangelium præ alijs rebus quas multas tradit, potissimũ occupatum est in demonstratiõne ingrati tudinis & cõtempus mudi contra uerbũ & in prodendis pœnis, quas mûdus accipere solet ex iudicio dei pro illa ingrati tudine & cõtemp tu. Sed textus hodierni Euãgelij pulchro ordine copulatur præcedentibus, Nam Lucas paulo

ante docuit de ingressu Christi Hierosolymam
 in die Palmarum, in quo describitur quale sit re-
 gnum Christi coram mundo, (eu in oculis mun-
 di: uidelicet contemptū & nullum neq; splen-
 doris, neq; magnificentiae specimen præsefe-
 tens & plenum omni uilitate. Quid enim con-
 temptius & uilius coram hominibus apparere
 potuisset, quam eum, qui se regem profitebatur,
 super pullum insidere, nullo omnino neq; equi-
 tum neq; peditum cateruastipatus? Qualem de-
 scribit Christum Regem Zacharias nono capite:
 Ecce Rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, pau-
 per & ascendens super asinam & super pullum,
 filium asinae.

Quae simplicitas & paupertas Christi Regis
 non aliam ob causam ita diligenter & à prophe-
 tis & Euangelistis describitur, nisi ut ratio suo
 iudicio impingat, & iusto dei iudicio pereat, qui
 perire debet, & sicut Esa. uicesimo nono inquit
 ut perdatur sapientia sapientū & intelligentia in-
 telligentum. Et sicut Apostolus priore ad Co-
 rinthios capite primo uerbis prophetæ addit, ut
 infatuetur sapientiam mundi, quam deus infatua-
 uit postquam mundus per sapientiam non co-
 gnouit deum &c.

Nam sic mundus cogitauit semper de omni-
 bus operibus dei, & de Christo ac uerbo, & sic
 cogitat: Opera dei, Christus & uerbum nulla ma-
 gnificientia prædita sunt: Ergo non sunt à Deo,
 nihil sunt, neq; seruare possunt: Hinc Christus

Iudæis scandalum factus est, nec uoluerunt eum recipere, tantum quia nullo apparatu ueniebat, mundanorum regum more, qui ingressuri ciuitatem aliquam, cateruatim multisque milibus circumsepti ueniunt, magnis ac ualidis caballis insidentes. Non tam ut magno apparatu incedere uideantur, quam ut suis aduersarijs terrorem incutiant.

Christus autem talium rerum nihil facit, sed simplicitate contentus uenit, ut uel hoc ingressu declararet suum regnum non esse de hoc mundo. Deinde ne terreret, quod suum officium neutiquam postulabat: Verum ut consolaretur illos, qui forent eum suscepturi atque in illum credituri. Alioqui multis angelorum milibus stipatus, atque adeo in maiestate sua uenire potuisset, quæ cum tanta sit, coram cuius claritate nemo subsistere potuisset, eam nostra de causa non exhibuit. Exhibebit uero illam altero suo aduentu, cum uenerit in gloria, ad iudicandum uiuos & mortuos.

Post hunc itaque ingressum Hierosolymam, sequitur nunc textus hodierni Euangelij, quod summatim docet de Christo, quod præcedens historia ostendit. Scilicet Christum suam mansuetudinem & iustitiam pacifice & mansuete obtulisse Hierosolymæ in summa simplicitate, sed ipsam tantos thesauros neque agnouisse neque recepisse. Quare Christus ex singulari sua charitate, quam habet ex æquo erga omnes homines, uidentem Hierosolymam, profunde flere cepit, quod oblata

gratiã recusaret, addēs aliq̄t grauissimas cõmi-
nationes in ingratã urbẽ, quę nobis hodie dili-
gẽter meditãdẽ sunt, ut sciamus nobis erga rena-
tũ Euangelũ ingratũ, non aliter horribilẽ deua-
stationem & extinctionem, sicuti cum Hieroso-
lyma accidit, accessuram.

Summarij loci.

- 1 Philanthropiæ & uehementissimæ charitatis exemplum in Christo est, desente nostram cõci-
tatem, qua recusamus uerbum suscipere.
- 2 Vera pax est, quæ ex suscepto uerbo uenit, nõ
quæ muris aut fossis paratur, quibus Hierosoly-
ma satis munita erat, attamen deuastata fuit.
- 3 Contẽptores uerbi ne tẽporali q̄dem pœnã
carebũt, q̄ aut̄ hic puniant̄ misericordię signũ est.
- 4 Causa pœnæ est, quã ferũt contẽptores
uerbi, quia tempus uisitatiõis suæ non agnoscũt.
- 5 Christus spiritualis Rex, uindicat gloriam &
cultum dei à p̄phanatione.
- 6 Aduersarij ueritatis nõ possunt semper per-
sequi uerbum, etsi uelint.

Et ut appropinquauit.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

In primo loco proponit̄ nobis insigne exẽplũ
philanthropiæ & charitatis Christi, in quo p̄xime
explicatur, qđ propriũ sit Christi officiũ ut cur po-
tissimũ in hũc mundũ uenerit: sane nõ aliam ob
causam, nisi ut oĩum hoĩum salutẽ quereret, quã
hoc Palmarum die obtulit Ch̄us Hierosolymę

ne uocatus quidē, sua spē, nō tamē sine pphē-
 tarū uaticinijs ingrediens urbem specie uerā pie-
 tatis florentem in hoc, quo eā ab impietate pur-
 garet lucrifaceretq; deo Patri suo, quod cū non
 recipit Hierosolyma, nō modo dolore adficitur
 Christus, uerum etiā ad lachrymas fugit, deflens
 acerbissime urbis Hierosolymę cęcitatem & in-
 gratitudinem. Qui dolor & quę lachrymę, non
 potuerunt non fuisse acerbissime, postquā Chri-
 stus non sibi, sed tantum uerbi consultum uo-
 luerit.

Potest fortassis fieri, quod quis commouearur
 ad lachrymas propter alicuius amici casum, qui
 per imprudentiam in aliquod discrimen incidit.
 At deflere illius periculum, qui cum possit illud
 deuitare, tamen sponte incurrit, non uideo, quę
 talis fletus iusta causa existat. Verū restatur Chri-
 stus hoc fletu, suam erga Hierosolymam atq; er-
 ga nos omnes, qui illius exemplo erga oblatum
 uerbum ingrati sumus, charitatē, ut sic in omni-
 bus reperiatur Christus, non sua, uerum nostra
 de causa uenisse. Vę autem illis, qui huius fletus
 autores sunt.

Et ut appropinquauit.

Scilicet Hierosolymę in die Palmarum.

Videns ciuitatem.

Mat. ca. xxiii. scribit discipulos ostēdisse Chri-
 sto struēcturas tēpli & fortassis urbē totā, quę ma-
 gnificis & dib⁹ alijsq; edificijs & munimētis orna-

ta erat. Quib⁹ ibi respōder Ch̄rus: Nōne uideri^s
hęc omnia, Amen dico uobis, non relinquetur
hic lapis supra lapidem, qui non destruat^r &c.

Fleuit.

Vehemēs charitatis & philanthropiæ Christi
adfectus, plenus simul & consolatione & terro
re: uidelicet Christum nostra cęcitate & calami
tate adfici, imò ex animo optare salutē nostrā
sicut ait Mat. xxij. Quoties uolui te cōgregare
&c. & noluiisti.

Super illam.

Hierosolymæ non sua causa.

Si cognouisset.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secūdus huius Euāgelij locus agit de pace & se
curitate Hierosolymæ, qua secure contemnebat
Ch̄m seu uerbū oblatū: fortassis cōfidēs in suos
robustos muros, fossas atq; aggeres, quarū re
p̄sidio sperabat se satis tutā fore in p̄petua pace,
nihil minus futuræ cogitans q̄ euerسیونē illā, de
qua sepiissime antea mentionē fecerāt & p̄phetę
quā nō repetit Christus, & quę postea etiam
tempore Vespasiani secuta est. Nam à Vespas
iani filio Iudęa capta est, Hierosolyma euer
sa, templum solo adęquatum, & sicut Iosephus scri
bit, undecies centena milia ferro ac fame perire.

Huius uero securitatis causa fuit hypocri
sitas uerę pietatis species, qua ex cęcati persua
sērūt sibi Iudęi, qđ etiā corā deo essent tales, qbus
nulla calamitas aut euerسیون accidere posset.

Nam ita persuasit sibi Hierosolyma sine dubio: Ego sum urbs, in qua dei templum est, fossis, uallibus aliisque munimentis bellicis satis munita &c. Quae ergo calamitas tanta accidere posset, quam me euerteret? Et uereor, ne propemodum similis securitatis & hodie in mundo sit, aut etiam maior. Peccatum non est, munire urbes, mœnibus ac uallibus cingere, machinis bellicis sibi prospicere. At peccatum est, in illa confidere, & res illas caducas & terrestres præponere uerbo, quod reuera solum est uirtus & potentia dei aduersus omnia infortunia. Recte dixit Solomon cap. xviii. Pro uerbis: Nomen domini fortissima turris est. Hæc turris cunctis malis opponi debet. Hæc turris ueram ac firmam pacem adfert & sustentat urbes. Verbum enim ubi deest, deus adesse nequit. Hic ubi absens est, ibi perire coguntur, sint etiam ciuitates quantumuis firmæ, iuxta illud: Nisi dominus custodierit urbem, frustra iuper illa uigilabunt custodes.

Docet itaque hic locus, ne in suscipiēdo uerbo securi simus, & ne credamus nos contempores uerbi posse nostris firmis munitionibus resistere diuinæ iræ, contra quam nulla potestas nullaque machinæ bellicæ ualent. Verum cum nobis beuimus uerbum, quod ut est potentia & uirtus dei, ita & potenter seruat & firmam pacem gignit aduersus omnes insultus.

Si cognouisses,

Tua securitate nō decepta, in qua credidisti te propter tuam firmitatem & potentiam satis tuam fore, quæ tamen coram furore domini subsistere non potest, solo autē uerbo subsistente.

Verbo cognouisses respicit Christus ad præcedētium prophetarū admonitiones, de quibus uide Matthæum capit. xxiij. Vbi uidebis præmia data prophetis monitoribus.

Et tu.

Quæ uis esse urbs, in qua floret uera pietas.

Quæstio.

Quorū Christus non abstulerit cæcitatē Hierosolymæ & permiserit eam in tāta cæcitate manere, num ne Christus tantæ cæcitatē autor est?

Responsio.

Non: Christus enim ab illis cæcitatē non auferit, quos deseruit deus Pater, ut non suscipiant uerbum. Deserit autē deus suo iure, quos uult, quia nihil nobis debet, & dum deserit, fit, quod negligimus uerbum, non deo autore, sed ex naturali malitia à satana contracta, qua alioqui nō susciperemus uerbum. Contigit & hæc desertio Hierosolymæ in gloriam Christi, quem oportebat habere aduersarios, qui eum aliquando glorificarēt. Nec potest in Christum transferri culpa, qui Israelis salutē in oībus quæsiuit & prædicauit illis uerbū diligentissime. Verbū cognouisses uideretur libero arbitrio aliqd tribuere. Verū qd potest ibi liberū arbitriū, ubi adēpta est potestas

Et quidem in hoc die.

Monet de occasione oblatis uerbi.

Ad pacem tibi.

Tam internam, quam externam, quarum altera
alterius causa est.

Nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis.

Videlicet, quæ ad utriusque pacis causas perti-
nent. Causa utriusque pacis uerbum est fide susceptum,
quod priuatim dat internam pacem, quæ
externa quoque sequitur. Abscondita ab oculis uo-
cat, quæ corde non uidet Hierosolyma.

Quia uenient dies.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus ponit ob oculos temporalia
quædam supplicia, quæ experientur cõtemp-
tes uerbi in hac uita, ad significandas æternas pœ-
nas. Et quanquam contemptum uerbi nõ statim se-
quatur pœna, sicut nec Hierosolyma statim sui
contemptus pœnas dedit, tamen nullum erit du-
bium, quin aliquando uenient.

Procrastinatio uero pœnæ ob duplices cau-
sas contingit: Altera est, ut illi interim cõuertan-
tur, qui conuerti debent; Altera est, ut illi, qui pe-
rere debent, satis mereantur suam pœnam. Ha-
bet enim deus in more pro naturali sua bonita-
te, tollerantia & lenitate, inuitare homines ad pœ-
nitentiam, ad Romanos. ij. Sic ante diluuiũ cen-

tum & uiginti annos pœnitentiæ concessit. Hierosolymæ post hæc Christi uerba, quadraginta. Sequitur tandem emeritam pœnam & grauitas pœnæ, quemadmodum & Valerius homo nō Christianus dixit: Diuina providētia tarda est ad uindictam, tarditatem uero grauitate recōpensat.

Porro misericordiæ dei signum est, Hierosolymam hic puniri, qui tum primum punire grauitissime incipit, cum uidet nulla ratione posse homines ad pœnitentiam inuicari. Nobis hæc pœnæ grauitas in terrorē proponitur, ut discamus timere deum & uerbum eius recipere.

Quia.

Aetiology proferens ignorantia & cœcitate Hierosolymæ pœnas.

Venient.

Suo ac cōstituto tempore, id fuit postea, post quadraginta annos, post mortem Christi, cū Vespasianus pater ad biennium debellasset Iudæā, & deinde cōmisisset filio Tiro Iudaicum bellū, qui in mense Aprili obsedit Hierosolymam, & in Septembri obtinuit & igni cremauit.

Circumdabunt te.

Hypotyposis obsidionis & deuastationis Hierosolymæ, qua non fuit alia calamitosior. Circumdare est obsidere.

Coangustare est ita terrorem ac timorem incurere, ut prorsus abijcias animū præ timore ac terrore,

Prosternere ad terram est prorsus perdere & delere.

Non relinquere lapidem supralapidem, est complanare & adæquare terræ.

Obserua hic quid turres, mœnia, aggeres, bellicę machinæ &c. possunt contra diuinam iram.

Eo quod non cognoueris.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

¶ Quartus locus continet causam infortunii, & deuastationis Hierosolymæ, sumptam à conuersione uerbi, & non animaduersione temporis uisitationis suæ, quorum alterum sequitur alterum. Qui enim non considerat tempus uisitationis suæ, is nequid curat, ppter quod uisitatur. Quæ causa cum ne hodie desit, idcirco & nobis timendum est, ne in similes pœnas cum Hierosolyma incidamus. Quis enim hodie considerat tempus uisitationis nostrę? quis hodie non ad uerbum nauseat? quis non fastidit & cõtemnit?

Visitare hic est præstare promissam gratiam. In uoce uisitationis inest magna emphasis, sicut & in uoce tempus, quod uel præfixum in scripturis considerare debuisse Israel.

Et ingressus templum.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

¶ Quintus locus continet exemplum admonens aliquo modo Hierosolymã de præsentia illius tẽporis, in q̄ debuit iuxta scripturã à p̄misso

rege uisitari Israel. Nā in hoc erat, pmissus Messias Rex, non sicut Iudæi carnaliter intelligebāt, ut externum aliquod regnum institueret, sed ut spirituale regnum in docendis atq; instituendis conscientijs auspicaretur. Abit itaq; Christus in templum ac uindicat gloriam Patris & cultum dei ab abusu, q sub specie pietatis obiter irreple- rat. Verum Iudæi nō concipientes Christum, si- cut eum scriptura proponebat: uidelicet spiritu- alem regem & cōscientiarum doctorem: igitur ceperunt uilitate sui Messiaē offendi, & contem- pta personā, contempserunt & uerbum. Et hæc causa fuit, q̄ impediuit Iudæos, quo minus agno- uerint tēpus uisitationis suæ: putabant em̄ Chri- stum mundanum quēdam regem futurum, qui mundanorum regum more foret Israel ab iniu- rijs Gentium liberaturus. Quam uero impiam & sine uerbo conceptam opinionem Iudæi ut de- ponerēt & sic uel ē externo quodā facto cogno- scerent, qualis esset rex, & quale regnum suū, in- greditur templum, eijcit euentes & uendentes, uindicat gl'oriam & cultum dei & c. quo sic uide- retur in omnibus q̄rere salutem Iudaici populi. Aliās si uoluisset aut debuisset esse mundanus rex, cōtulisset se in aulam Herodis, & illum ex- pulisset.

Duo autē in genere insignia dogmata hic lo- tus docet: Alterum, quale Christi regnum sit: nimirum spirituale. Alterum, in quem potissi- mum usum templum ueteris Testamenti extru-

Etum sic, non sane tam propter sacrificia, quæ in illo uendebantur, quam propter orationē & uerbum dei in eo audiendum. Hoc negligebant illi, ut potius illud faciebant, ut minus.

Diligenter & hic noranda uenit causa & emptionis & uenditionis in templo. Ea fuit priuata utilitas & quæstus, propter quem defendendū, proponebant prætextum sacrificiorum. At impietas non tam fuit in sacrificijs, quæ iure diuino instituta erant, quam in priuato quæstu, quæ sub sacrificijs exercebant &c.

In templum.

Mandato Dei instructum.

Vendentes ac euentes.

Scilicet ea, quæ ad sacrificia pertinebant. Nota speciem excusandi quæstum. Exemplū Christi non est imitatorium, nobis gladius Spiritus relictus est.

Scriptum est enim.

Confirmat Christus factum suum autoritate scripturæ, quia uindicat gloriam Patris sui, quæ in domo dei interciderat, & reuocat gloriam Patris, quæ orando quæri debebat, non solum a iudeis, sed etiam ab Eunuchis & Profelicis. Est enim hic locus apud Prophetam causa seu ratio qua probat Esaias domum dei ad omnes populos pertinere. Vide Lutherum in Esaiam.

Speluncam.

Locum specie pietatis rectū, ne quis illorum

latronū impiū quæstū sentiat. Per speluncā in rel
lige dolos, p̄fundos & ad cognoscendū difficiles.
Latrones uocat ementes & uendentes, qui
adoriuntur dolis, ne cogitantes q̄dem de dolo,

Et docebat.

Vt testaret̄ tempus uisitationis adesse, & ostēde
ret quale esset regnū suū & qualis ipse rex esset.

In templo.

In aula Christi doctoris.

Princeps autem.

EXPLICATIO SEXTI LOCI.

¶ Sextus locus ualde consolatorius est, quido
cer omnes conatus & studia impiorum contra
ueritatem nihil posse. Sed deū impedire illorū
cogitatus certis ad hoc datis medijs, quale unū
hic habemus in turba, quam timent principes
sacerdotum & scribæ unā cum principibus ple-
bis, ne perdant Christum, quem perdere institu-
erant. Causa maleuolorum animorum in prin-
cipibus Sacerdotum & alijs est ueritas, quā doce-
bat Christus à mundo diuersam doctrinam: Igi-
tur accinguntur illi ad persecutionem.

IN EVANGELIUM

DOMINICA .XI. A TRI

nitatis, Lucae ca. xviij.

HODIE cum agitur in ecclesia contro-
uersa, quæ sit uera iustitia & unde ori-
ginē trahat, ea facillime ex hoc Euan-

gelo dirimi potest, in quo aperte docetur, eam ueram iustitiam non esse, quæ ex fiducia in opera propria colligitur. Nam Phariseus hic acerrimus iustitarius tum ex professione, quam sequebatur pharisaica, tum ex operibus, quorum multa & honesta habebat, tamen his omnibus sordescit coram Christo, nec propter tam magnificas uirtutes pronunciat iustus. Contra Publicanus nulla iustitia operum præditus, præ phariseo iustus pronunciat, tantum, quia cognitione suorum peccatorum territus, fide cõ fugit ad misericordiam dei.

Hinc nunc facile liquet, quæ uera sit iustitia, nimirum illa, quæ ex pœnitentia nascitur, dum loquimur cum publicano, ex cognitione peccatorum territi: Deus propitius esto mihi peccatori. Voco autem hic pœnitentiam, quæ constat duabus partibus: contritione & fide. Contritio est, qua ipsi damnamus nos cum professione nostrorum peccatorum. Hæc enim ualde necessaria est, sine qua nec deus remittit peccata nec aliud à nobis ferè amplius requirit. Nam Hieremias sic inquit capite secundo: Si laueris te intro & multiplicaueris tibi herbã Borith, tamen maculata es in iniquitate: quasi dicat Deus: Non poteris te ullis operibus mundare, tantum confitere peccata tua, & ego mundabo te. Et Dauid ait Psalmo undecimo: Dixi, confitebor aduersus me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. Fides ue-

ro est, qua nos e contritione exemplo publicani erigimus ad misericordiam dei, certo statuentes deum propter Christum nobis donaturum peccata, id quod etiam fit, sicut in publicano uidemus, qui ad hæc fidei uerba apprehendens misericordiam Dei: Deus propitius esto mihi peccatori, iustificatus est, testante hoc ipsum Christo, cum dicit: Amen dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam præ illo.

Et ne quis cauilletur, nos hac ratione per fidem solam iustificari absque respectu aut præsentia operum: Sciendum est Christum ea de causa ita diligenter meminisse utriusque personæ tam Pharisei quàm Publicani, alterius prodens ciuilem iustitiam, alterius uero nuditatem ut idem dicat, quod nos hodie in Germania prædicatores utrisque buccis proclamamus, Solam fidem apprehendentem misericordiam Dei in Christo iustificare. Econtra bona opera quantumuis honesta nihil facere ad iustitiam ualentem coram Deo, nisi à posteriori, quo bonis operibus testemur, nos uere iustos esse. Culpent igitur nunc Christum, aduersarij iustitiæ fidei, qui nudum publicanum tantum propter fidem apprehendentem misericordiam dei, iustificationem apponit. Et quod hic Christus in nuda publicani persona adfirmat, id apostoli exprimunt his particulis, absq; lege, sine lege, absq; opibus legis, gratia estis seruati, nõ ex uobis, donum dei est &c. Nos addimus similem uoculam, solam, ad quam adeo

intumescunt iustitiani, quasi ex hac ipsa uoce exclusiua, nō idē dicat, quod dixerūt apostoli par-
ticularibus synonymis iā paulo ante enumeratis, &
quod hic Christus in Publicano nudo ostendit.

Porro gratuita iustitia per fidem apprehen-
dentem promissionem misericordiae dei, non in-
deo nobis in Publicano commendatur, ut inde
ad omnia bona opera segnes fiamus. Est enim
praeter illam iustitiam gratuitam & ualentē co-
ram deo adhuc alia, quae civilis & politica dicitur,
eam in hac civili uita ad conseruandam ho-
nestatem magnopere requirit deus. Nec est iusti-
tia coram deo talis res, quae possit aut uelit sub-
sistere sine iustitia civili, imō in hoc iustificamur,
ut totius uitae conuersationem in melius muce-
mus. Quare civiliter hic honeste uiuendum est
exemplo huius pharisaei, qui consummatissimae
uitae fuit, quam non damnat Christus, quantum
ad operum honestatem pertinet: sed quia phari-
saeus gloriabatur in operibus suis, & quia in o-
pera confidebat cum summo contemptu Pu-
blicani, quasi ipse propter opera sua deo pro-
ximior esset. Et si quis uocauerit in iudicem ra-
tionem ipsam, nihil certius apparebit, quam
Christum summam iniuriam fecisse pharisaeo,
utputa illi, qui & multum operatus erat, & a-
gebat precibus gratias deo. At diuersissima
hic uidemus Christi & rationis iudicia. Haec
commendat Pharisaeum honeste uiuentem co-
ram mundo. Ille permittit quidem suam lau-

dem honestæ uitæ: Verum tribuit nudo Publicano iustitiam coram deo.

Summarij loci.

1 Opera ad iustitiam ualentem coram deo, nihil faciūt. Exēplar est pharisæus. Interim coram mundo efficiūt ciuilem & laudabilem iustitiam neq; cum Hespero neq; cum Lucifero conferendam, teste Aristotele li. v. Ethicorum.

2 Sola fide in misericordiã dei in Christo promissam iustificamur. Exemplar est Publicanus in quo solatur Christus omnes peccatores siti-entes gratuitam iustitiam, & illa opus habentes.

3 Iustitia, quæ ualeat coram deo, proprie spectat ad peccatores, qui ex animo sitiunt iustitiam, teste Epiphonemate: Omnis, q se exaltat &c.

De occasione huius Euangelij.

Occasio hodiernæ parabolæ oritur ex præcedenti sententia, quia inquit Christus: Verumtamen filius hominis ueniens, putas, inueniat fidem in terris? Hæc sententia plena esset omnis horro- ris & desperationis, nisi ex uerbo & apostolico symbolo certiores, sciremus deum semper habuisse, habere & habiturum esse suos. Quam uero sententiam prædictam, siue ad primam Euange-lij diuulgationē traxeris, siue ad nouissimū tem- pus, idem erit sensus: uidelicet totum mundum constantissime hæsurum in operum fiducia, ne- glecta omni fide, quæ sola seruat, quæq; unica iu- stificamur. Est autem hæc sententia de raritate

fidei ita intelligenda, ut aliquos excipias fideles. Nunquā enim ita permittit deus omnes homines operum fiducia desipere, quin quosdam seruet. Sic tempore Helix. iij. Reg. .xix. reseruauerat sibi deus septem milia, qui sua genua non flexerant coram Baal, interim in oculis Helix sic omnia apparebant, quasi præter se propheram nullus amplius iustus restaret in mūdo. Præterea talis res Ecclesia est, quæ creditur, non quæ uidetur oculis carnis. Hodie si faciem Ecclesie spectes, nihil minus apparet, quam reliquos esse aliquot Christianos uere pios, & tamē reliqui sunt, modo uerus sit fidei nostræ articulus: Credimus sanctam Ecclesiam catholicam. Ex hac præmissa occasione de fiducia in opera communi omnium modo, commode sequitur hæc parabola, in eos, qui in sua opera confidebant. Estq; hæc parabola confirmatio, qua confirmat Christus præcedentem sententiam de fidei paucitate.

Qui in se confidebant & aspernabantur cæteros.

Nota hic duas causas, propter quas reſciuntur iustitiarum operum. Propter fiduciam in opera. Et propter contemptum aliorum, quo contemnunt & damnant præ se iustitiarum operum cæteros, non ita sanctos ac iustos operum iustitia. Propter has causas & nos hodie damnamus exemplo Christi iustitiosos, qui alioqui summa laude euehimus civilium operum civilē iustitiam.

Duo homines ascenderunt
in templum.

Pro more apud Iudæos. Phariseus typus iustitiariorum est. Publicanus peccatorum nulla civili iustitia præditorum.

Phariseus stans.

EXPLICATIO PRIMI LOCI,

¶ Semel uerum est in hac tota parabola, disputare hic Christum de causis iustificationis nostræ coram deo. Alij alias adferunt causas. Hic phariseus sua bona opera in præceptis mandata opponit deo pro causa. Papistæ traditiones humanas & ritus Ecclesiæ ab hominibus institutas causam iustitiæ ueræ statuunt. Euangelij sectatores causam iustificationis ponunt in misericordiam dei de Christo promissam. In his causis diversissimi sumus. Nos qui hodie ex gratia prædicamus sincerum uerbum, si permitteremus aduersarijs humanas traditiones & ritus Ecclesiæ iustificare coram deo, computa inter nos pax esset. Et Christus olim non ita male audisset apud scribas, phariseos & Sadduceos, si cessisset illorum sententiæ, qua uolebant opera ex mandato dei præcepta, & alias etiam humanas traditiones iustificare, quales infinitas, p̄p̄modum habuerunt, ut Matthæi decimo quinto: lotionem manuum, satius esse conferre aliquid in templum, quam egentibus parentibus subuenire.

Quidã hodie subtiliter separât opera in uerbo

mandata à ritibus & ceremonijs Ecclesiasticis. Illa iustificare scribunt: has non itidē. Quidā opera in uerbo præscripta & ritus ac ceremonias simul causas iustificationis faciunt: Quidam solas ceremonias & ritus. Quidam humanas traditiones iustificandi uirtute donant: Quidam operibus in uerbo præscriptis iustificationem adimūt. Item traditionibus & ceremonijs in Ecclesia, quæ omnia dicunt nos ex debito facere: igitur ea iustificare nullo modo posse.

Hi ex propria inuentione ac deuotione exco-
gitant, quæ uocant superrogatiua opera, his tribuunt iustitiam, quia ultra debitum fiunt: qualia sunt opera, rosaria, peregrinationes ad sanctos, fetosum indusium induere &c. Quæ diuersitas sententiarum in causis iustificationis primū merito fecerunt nostros addubitare. Certum enim est, omnes prædictas causas iustitiæ coram deo, nō posse simul ueras esse, imò ex hodierno Euangelio ex tam multis causis à Papiſtis hominibus in unum collectis, uon est una, quæ causa sit, quur ergo neglecto uerbo admireremus alias iustitiæ causas, quàm eas, quas in præſenti parabola facit Christus, cum pronunciat Publicanum nudū & oibus præfatis causis spoliatū, tantū ex cognitione peccatorū & fuga ex fide ad misericordiam dei, fuisse iustificatum.

Et ne quis obijciat mihi Papiſtas nō esse cecos, qui eandem causam iustificationis uidere non possent in hac parabola, quam nos uidemus.

nisi uel scriptura uel probabiles rationes, ad prædictas causas alligarent eos. His sic respondeo: Quid uideant illi aut non uideant, ego ignoro, hoc tamen pro certo statuo ex hac parabola, id est in persona Pharisei, nulla opera siue sint diuina siue humana, iustificare coram deo: Ratio est, quia hic Phariseus operibus in uerbo præscriptis non proclamatur iustus à Christo: Ergo multo minus iusti esse possunt, qui humanis operibus student. Verum quod Papistæ ita pertinaciter defendant supra enumeratas iustificationis causas, id non aliunde accidit, nisi quia concessa non iustitiæ causa, quam ex uerbo, & ex hodierna parabola apertissimã habemus, uidelicet nos fide in misericordiam de Christo promissam, iustificari, totus Papatu prostratus iacet, nam ut Papatu cœpit institui & augeri ad supra dictas causas, ita causis illis perditis necessario oportet corruant & effectus, hoc est, ea omnia, quæ sunt in regno Papistico stabilimẽta, ut misse, traditiones humanae, cœnobìa impia, uigiliae, quæstus &c. Et quia non leuia hæc sunt incommoda quæ inde Papistis personis accidunt. Hinc non est mirum, & si tenaciter reluctentur hodie gratiæ per fidem in Christum iustitiæ, qui operũ commendatione falsa uictitant. At obijciunt Iustitiani: Si nullus est usus operum in iustificationis negocio, ad quid igitur prosunt opera? Responso: Ad quatuor conducunt: Primum, ut illis testemur nos efficacem fidem habere, & ut il-

lis exhibeamus nos uicissim gratos pro gratulata iustitia nobis in Christo oblata: Ideo bona opera in scriptura sacrificia laudis uocantur, ut Psalm. xlix. & alibi. Deinde ut bonis operibus inuitemus alios ad credendum Euangelio, & ad glorificandum deum, Mat. v. & i. Petri. ij. Tertio, quo hic ciuilitate honeste uiuamus, id quod deus maxime uult, quare & Magistratum instituit, qui ciuilem honestatem in mundo retineat, quam seruata magnificis præmijs exornat deus in hoc seculo. Quarto promittitur credentibus & facientibus bona opera, recompensatorie uita æterna.

Concludo itaq; ex primo huius parabola loco in persona Pharisei, opera neq; iuxta præcepta dei, neq; iuxta humana instituta, facta, quicquã posse in causa iustificationis, quanquam interim bona opera faciẽda sint, cõmendentur in scripturis & mereantur in hoc mundo ciuile iustitiã.

Stans.

Signate hanc uocem esset, q. d. In hoc stabat Phariseus, ut uideretur. Notat hypocrisis in Phariseo, & indicat causam orationis finalẽ fuisse in Phariseo ipsam ostentationẽ, de qua uide Mat. ca. vi. disputantem.

Apud se orabat.

Hæc uidetur excusare Pharisaum de ostentatione, item & gratiarum actiones, ac uere excusarent, nisi Christus in proclamatione suã sen-

tentię nos aliter moneret, quanquã & sequētia
Pharisęi uerba satis monent de ostentatione.

Orare non erat peccatũ, sicut nec gratias age-
re. At peccatũ est, ex impio atq; hypocritico anĩ
mo orare & gratias agere. Obserua Iustitios
ita se gerere, quod ea, quę foris faciunt, appareat
in speciem iustissima.

Quia non sum.

Actiologia, quę orauerit Pharisęus & ege-
rit gratias, non quod aliquid à deo peteret, aut
ut aliquid à deo acciperet, sed ut recensendo sua
merita & opera, ostentaret se. Nota hypocrisis
non diu latere, uerum tandem prorumpere in
apertam ostentationem.

Raptores.

Congeries bonorum operum & meritorum
Pharisęi ex secũda tabula. Nostri Iustitios tan-
tam bonorum operum congeriem non habent
& tamen uolunt iusti esse ex operibus.

Velut etiam hic Publicanus.

Iustitia operum hypocritica non caret cõtem-
ptu aliorum hominum, non æque iustorum. In-
summa, nõ est elatius neq; superbius hominũ ge-
nus in mũdo, ac sunt Iustitios, Mat. ix. Indignantur
Christo Pharisęi, quia edit & bibit cum pec-
catoribus. Prophetę passim hortantur Israel ad
charitatem proximi, post habitis sacrificijs, quę
deo nõ placent, sine pximi reconciliatiõẽ. Mat.
cap. v. Si uolueris offerre munus tuum &c.

Iciuno bis.

Ieiunium est bona disciplina corporis ad domandam libidinem carnis necessaria. Sic & decimas dare in eorum usum, qui presunt templo, & hoc bonum opus est. At peccatum est, confidere in hoc opera, & uelle per illa iustificari.

Et publicanus.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

¶ Secundo loco explicatur causa iustificationis ualens coram deo, ea autem est misericordia dei, quam non opera, sed sola fides apprehendit ad iustitiam.

Præterea docemur hoc loco, quæ uia impetranda sit iustitia uera. Ex circumstantiis, quæ incidunt in personam Publicani, certum est, quod nullis operibus meruerit iustitiã. Habuit enim nulla opera, imò multis uicijs eum obnoxium fuisse apparet ab antithesi pharisaicarum uirtutum: uidelicet quod raptor fuerit, iniustus, adulter, & non ieiunauerit, neque suas decimas dederit. Quare certum est, iustitios nostros, nec ipsos posse aliter iudicare de hoc Publicano, quam de peccatore & confiteri illum iustificatum propter nulla opera, nisi uoluerint duplicem iustificationis uiam constituere. Alterã, quæ quis operibus iustificatur, ut Phariseus. Alteram, quæ quis sine operibus sola misericordia dei per fidem iustificatur, ut Publicanus hic. Verum hanc distinctionem in uniuersum damnat scriptura, quæ unam uiam ad iustitiam per fidem in Christum Iesum proponit. Huius uero uiae quatuor sunt gradus, qui pe-

riphraſticōs circumloquuntur ueram pœnitentiam, qua humiliati ex cognitione peccatorum in conſpectu dei, fide confugimus ruruſum ad miſericordiã dei in Chriſto promiſſam. Primus eſt procul ſtare: Secundus, non uelle atollere oculos in cœlum: Tertius, peccus percutere: Quartus dicere: Deus propitiuſ eſt o mihi peccatori. Priores tres gradus humiliati animi & contriti ſignati ſunt. Quartus alteram pœnitentiæ partem continet, hoc eſt, ipſam fidem, qua ruruſum è peccatis erigit ſe Publicanuſ, hæc fides apprehendit miſericordiam dei & implorat diuinum præſidium, quod etiam impetrat, nam credenti oïa eueniunt iuxta fidem ſuam. Nec moramur hic obiectum iuſtitiariorum, qui dicunt hic nullam fieri mentionem fidei. Illis ſic reſpondeo: Miſericordiæ mentio fit: Ergo Publicanuſ fidem habuit. Quandoquidem miſericordia non apprehenditur, ut obiectum, niſi fide: Item quia hic iuſtificationis fit mentio, ut effectus: Ergo fides, ut cauſa de eſſe non potuit. Habemus igitur in ſecundo hoc loco apertum exemplum in Publicano, noſ ſola fide in miſericordiam dei de Chriſto, promiſſam iuſtificari, & ad illam iuſtificationem nobis uiam patere per pœnitentiã, ſine qua fides ſuſſistere non poteſt, & ſic nec iuſtificatione ſequi.

Et Publicanuſ.

Quæ ſequuntur, circumſcribunt contritionem, alteram pœnitentiæ partem. Publicanuſ apertuſ & publicuſ peccator. Nõ ſine myſterio publicuſ

peccator opponitur Pharisæo ex hypocrisis san-
cto.

Deus propitius.

Obserua alteram pœnitentię partem, qua fi-
de reuiuiscimus ad peccatorũ remissionem, seu
iustitiam, apprehendendo fide misericordiã dei
de Christo.

Amen dico uobis.

Iurat Christus in re seria & certa, ut nihil du-
bitemus nos omnes iustificatum iri, ubi appre-
henderimus misericordiam dei fide.

Descendit hic iustificatus.

Effectus imploratę misericordiæ dei, iustifica-
tio est, quã impetrat fides apprehendens miseri-
cordiam dei.

Præ illo.

Pharisæo ciuilibiter iusto. Christus non reiecit,
neq; damnat ciuilem iustitiam, sed relinquit illi
suam laudem apud homines, quam querebat o-
stentator Pharisæus, iuxta illud Mat. vi. Habent
mercedem suam, hoc est, humanam laudem &
commendationem apud homines.

Quia omnis.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

¶ Tertius locus epiphonemate constat, quo
concludit Christus hanc parabolam. Docet ue-
ro iustitiam ualentem coram deo proprie perti-
nere ad peccatores, qui contrito & conquassato

Spiritu ex cognitione peccatorum, quærunt fide
 misericordiam dei. Tales enim hic uocat Chri-
 stus humiliatos. Siquidem humiliatio hic signifi-
 cat, nō q̄ in externis gestibus, uestiu, ceremonijs
 ac ritibus certis & alijs externis rebus consistit,
 sed quę est uerus dei timor erga deum, quo terri-
 tate iudicio dei ex peccatorum cognitione cōsci-
 entię, abijciunt omnem fiduciam suam, sapien-
 tiam, iusticiam &c. Et confugiunt ad miseri-
 cordiam dei Exemplo huius Publicani & Dau-
 dis, cum obiurgaretur à Nathan Propheta. ij. Sa-
 muelis. xij.

Hęc uero humilitas animi est coram deo, q̄
 postea parit etiam humilitatem erga homines,
 ne contemnamus alios.

Elatio opponitur humilitati, quę nihil aliud
 est, quàm superba illa in animo fiducia, qua super-
 bimus tanquam ex operibus coram deo iusti-
 ficari in Phariseo expressa est.

Porro elatio animi coram deo, postea parit
 & contemptum in proximum, non æque san-
 ctum.

Quia

Aetiologia, quur Publicanus magis iustifica-
 tus abierit, sumpta à generali sententia, quę et-
 iam ciuilitate uera est.

Exaltare se, est fiducia in opera & operum iu-
 stitia coram deo superbire exēplo Pharisei.

Humiliare se est contrito corde cognoscere se
 esse peccatorē, qui misericordia dei opus habet.

IN EVANGELIUM
 MARCI .VII. DOMINI
 ca .xij. A Trinitatis.

Proponitur nobis in hodierno Euangelio miraculum omnium pulcherrimum, quod tum primum uere intelligimus, quando omnes circumstantias miraculi & causas, quæ necessario & præcedunt & sequuntur miracula, diligenter considerauerimus.

Præcedunt miracula omnia de necessario: fama, rumor, uerbū de Christo, necessitas & fides, quæ inuocat præsidium Christi & rogat auxilium. Sequuntur miracula gratiarum actiones & sæpe charitatis opera, quæ res fidei effectus sunt non ociosæ, sed ostendentis se gratam pro acceptis à Christo beneficijs.

Hæc omnia simul concurrunt in hoc præsentis miraculo, & quanquā Marcus Euangelista non omnia exprimat, tamen unum testatur de præsentia alterius. Nā adductores surdi adducendi causas impulsivas habuerunt, famam, rumorem & uerbum de philanthropia Christi, quod in hoc uenerit, qui iuuare uelit & possit, cum in corpore, tum in anima. Quis enim crederet Christo de restitutione, qui de eo prius non audiuisset? Ad Rom. x. Quomodo autē credent ei, de quo non audiuerunt? Quomodo autem audient absque prædicante? &c.

Necessitas, ut causa exprimitur in psona, quā

adducunt surdam & mutam. Surdus & mutus est, qui adducitur, ut sciamus nō paruam fuisse necessitatē. Quid enim miserius potest esse homine surdo ac muto simul?

Fides adest in adductoribus. Nam deprecatur Christum, ut surdo atq; muto imponat ma- nus. Siquidem deprecari effectus fidei est. iuxta illud. Ad Rom. 10. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Est præterea Fides necessaria causa deprecationis, quia sine fidē nihil placet deo: imò sine fide omnia nostra, peccata sunt. Ad Rom. 14. Item ad Hebr. 11. Impossibile est placere deo sine fide. Et quia surdus ac mutus restituitur sanitati, igitur necesse est fidem in adductoribus præsentem adfuisse. Nam credenti omnia eueniūt iuxta uoluntatem atq; petitionem suam. Non credenti non itidem. Mar. 17. Si habeatis fidem, sicut granum synapis, nihil erit uobis impossibile.

Post miraculum seu restitutionē surdi ac muti, sequuntæ fuerunt gratiarum actiones & charitatis opera, quæ ut nō est inuidiosa, ita egregie prædicat gloriam & potētiam Christi, ut alios homines ad fidem trahat. Porrò in his causis, & sequentibus & præcedentibus miraculum præsens præscribitur nobis ueræ iustificationis typus, qui quatuor gradibus se inuicem sectatur. Primus est audire uerbum, quem gradum de necessario in auditoribus surdi indicaui paulo ante. Et Apostolus ad Ro. 10. primum hunc iustifi-

rationis gradum pulcherrimo ordine prosequitur, ubi gradatione quadam festinat ostendere nos per ministerium uerbi ad ueram iustificationem pertingere. Quisquis enim, ait, inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Quomodo igitur inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, de quo non audierunt? Quomodo autem audient absque prædicante? Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerint? &c. Ergo fides ex auditu est: auditus uero per uerbum dei.

Secundus gradus est, credere uerbo. Ideo & Paulus inquit. Fides ex auditu est, id est, uerbum auditur, & postea creditur. Est autem uerbo credere, non carnaliter de uerbo sentire, non historiam tantum fide amplecti uerbum, non propter carnalem libertatem suscipere, non humano more in uerbum fidere. Sed est uerbum uerè, & in corde intelligere, corde illi credere & fidere, quod deus cuius est uerbum, ea, quæ in uerbo promisit, & seruare uelit & possit, & est apprehendere misericordiam dei certa ac indubia fide.

Tertius nunc gradus sequitur. Nam satis non est audire uerbum, & illi credere, nisi & in eandem, quæ ex uerbo certam habes, implorares præsidium Christi, imò depreceris, hoc est, serio ac sedulo ores Christum, ut tibi imponat manum suam, id est, potentia sua iuuet te. Hic uero tertius gradus effectus est fidei. Ad Ro. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?

Quartus

Quartus gradus iustificationis est, impetrare quod petis ex fide, & iustificari. Fides enim est, quæ impetrat petita. Iuxta illud. Quicquid petieritis in nomine meo credentes, accipietis. Hic gradus effectus est fidei. Ad Ro. 4. Arbitramur autem hominem iustificari fide. Ad Ro. 5. Iustificati igitur fide &c. Ad Ga. 3. Lex pædagogus non fuit, usq; ad Christum, ut fide iustificaremur.

Verum iustificamur ad nouam uitam, ut ut si mus grati deo: igitur gratiarum actiones, & alia bona, cum prioris, tum posterioris tabulæ opera post iustificationem facienda sunt. Non ut illis iustificemur, sicut hætenus creditum fuit, sed ut iustificati fide declaremus iustificationem nostram per fidem in Christum acceptam: deinde ut ostendamus nos deo gratos.

Porro antequam accingar ad miraculi explanationem, refert hic scire, quæ sit alienæ fidei efficacia, quæ homini surdo ac muto potuit impetrare sanitatem: quanto ergo maiores effectus sequentur ad propriam nostram fidem, quam quisq; pro se habebit.

Item quanta comoda concomitabuntur nos tuicem, si unus pro alio ex fide preces ad deum fuderit.

Summary loci.

1 Veræ fidei exemplum est in adductoribus surdi & muti, quæ ex fama de Christo percipitur. Hæc non est ociosa, sed declarat se charitatis operibus, adducit surdum & mutum; orat pro illo.

- 2 Philantropiæ ut charitatis exemplum est in Christo, qui fide petentes adductores exaudit, & perficit petita.
- 3 Vera fides tacere non potest, sed erumpit confessione, & proclamat magnalia Christi beneficia, & ostendit se gratam.

De occasione huius Evangelij.
 Passus in quo incipit hodiernum Evangelij præmittit Christum rediisse ad mare Galilææ, relictis finibus Tyri & Sidonis, urbium illorum gentilium, in quibus omnium maximum miraculum fecerat Christus in restituenda Syrophe nissæ mulierculæ filia. Redit igitur nunc Christus ad Iudæos, id est ex gratia, qui propter ingratitudinem illorum ad gentes abierat, nihil non agens *Ἐλεάνθρωπος* ille Christus, si ullo modo posset electum populū in viā reducere.

Et adducunt ei surdum.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Quantū Evangelista Marcus non exprimat verbū, quod audierint adductores surdi & muti, tamen certum est, uel ex sequentibus effectibus, eos uerbum de Christo audiuisse. Hoc uerbum fidem peperit, quæ postea non dubitauit in certa fiducia accedere Christum, & coram illo suas calamitates proponere, nec tam suos quæ etiam proximi, ut ostendat se ueram ac efficacem fidem esse.

Describitur itaq; in primo hoc loco exemplū ueræ

ueræ fidei in adductoribus, cuius causæ efficien-
 tes sunt fama, rumor & uerbum de Christo au-
 ditum, quas causas inuertunt papistæ, dum ex
 hoc miraculo charitatem fidei causam faciunt.
 Dicunt enim tum primum prodire fidem, quan-
 do bene operando & exercendo charitatem, in-
 cipimus deum diligere, & illi fidere. Non aliter
 atq; Aristoteles scribit in Aethicis, ubi sæpe iu-
 ste operando, dicit iustos fieri, sæpe uirtuose
 agendo, fieri uirtuosos &c. Sic & sæpe & sedu-
 lo diligendo proximum, inde oriri dilectionem
 dei, & ex hac fidem in deum. Sic sæpe operando
 opera, inde effici fidem. Quæ ratio parandi fidem
 philosophica est, quam philosophorum scripta
 docent, non uerbum, quod monet tum nos be-
 ne operari, quando firmiter credimus. Exem-
 plum in adductoribus uides, qui ex uerbo certi
 de philanthropia Christi credunt, & id quod cre-
 dunt, charitatis opere declarant. Nec potest in
 adductorib. fidei causa esse charitas. Quis enim
 committeret se ignoto medico, & de quo dubi-
 taret, an iuuare posset? Noto autem medico con-
 mittimus nos, & credimus ex audita ac celebri
 fama, quod iuuare queat: postea tandem con-
 sulimus alios, ut ad tam famosum medicum auxi-
 lii gratia se conferant, aut ipsi ad eum adduci-
 mus, id quod charitatis est.

Proponit præterea primus hic locus, præ-
 ter exemplum ueræ ac efficacis fidei in adducto-
 ribus surdi & muti, causas orationis duas. Fidem

& necessitatem. Hæc cupit sibi mederi. Illa certo sibi promittit de restitutione. Huc pertinent sententiæ. *Woth leht betten. Glaub macht nicht schamroth.* Ad Rom. 10. Qui fidit illi, non pudet. Esa. 26. Domine in angustia requisierunt te &c.

Et adducunt.

Ex uerbo audito & fide, impulsuis causis.

Ei.

Emphasim habet, de quo ita multa, & magna audiuerunt, cui & fisi sunt de restitutione.

Surdum & mutum.

Extrema necessitate laborantem, & de cuius restitutione nulla erat spes. Nota Christum esse adeo potentem medicum, quod curare morbum potest, qui coram rationis iudicio est incurabilis. Necessitatis seu morbi magnitudo commendat magnam fidem in adductoribus, qui quam uident hunc surdum & mutum coram mundo nullius medici præsidio restitui posse, tam ex certa fide adducunt illum ad Christum, de cuius potentia non dubitant, neque de uoluntate eius, quod & uelit & possit iuuare.

Deinde depingitur natura ueræ fidei circa hæc surdi & muti adductionem, quæ firmiter credit, quæ non uidet, demptis simul omnibus occasio nibus. Rectissime igitur definit Apostolus fidem. Ad Hebr. 11. cum ait. Fidem esse substantiam earum rerum, quæ sperantur, & argumentum earum, quæ non uidentur.

Tercio

Tertio exaggeratur necessitas morbi in surdo & muto, ut potentia Christi postea innoscescat, qui potuit sanare, coram mundo insanabilem.

Adducere fidei effectus est, ut causæ potioris, & charitatis, ut causæ inferioris.

Et deprecabantur.

Deprecatio & hæc fidei effectus est? Orant enim qui se exaudiri cer tō confidunt. Et Apostolus dicit. Ad Ro. 10. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?

Vt imponat illi manum.

Explicat Euangelista quid petierint adductores, ut ostendat quæ natura sit ueræ fidei, quæ minutissimo medio est contenta, nec præscribit sublimia media. Humilitatis est non petere magnalia à Christo: Sic peccator publicanus in Euangelio. Lucæ 18. uerè humiliatus non audeat tollere oculos in cælum. Sic mulier profluo sanguinis laborans. Matth. 9. petit attingere simbriam uestimenti Christi. Impositio manuum uulgaris gestus erat, quo utebatur Christus inter sanandum.

Et apprehendens eum.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

In secundo huius Euangelij loco proponitur nobis philanthropiæ, & charitatis exemplum in Christo, qui fide petentes aliquid libenter exaudit, & liberaliter dat petita, adeo ut surdi

aures aperiatur, ut mutus solutis linguæ uinculis loquatur. Est autem hic locus plenus consolatione, in quo uidemus nos in fide orantes, exaudiri atq; donari illis rebus, quas petimus. Hortatorius quoq; est ad orationem, & commendat orationem fide factam, ab effectibus, qui sequuntur præces nostras. Et ne quis credat adductores surdi ac muti exauditos fuisse propter petitiones, tanq; propter opus operatum, is sciat adductores hominis infirmi ideo exauditos esse, qui crediderant promissionibus de Christo, & bonæ illi famæ de Christo sparsæ.

Porrò quod Christus statim exaudiat adductores, atq; iuuet surdum & mutum, hoc philanthropiæ & prudentiæ Christi est, qui pro nostro commodo, nunc statim, nunc tardius exaudit, pro ut sibi uideatur commodum & oportunum nobis.

Et apprehendens.

Fide adductorum commotus.

De turba seorsum.

Vt cum surdo liceret liberius agere, ne coangustaretur in multitudine. Christus neq; suam, neq; surdi commoditatem negligit.

Misit digitos.

Sequens locus ἵνωτοῦ ἰνωτοῦ est restitutio nis surdi & muti. Mittere digitos in aures & expuere &c. externi quidam gestus sunt, quibus alijs atq; alijs utitur Christus inter sanandum.

Sanæ

Sanat autem solo uerbo, quod est potentia dei ad salutem omni credenti. Ad Ro. 1. Et Matth. 8. Et eiecit spiritus uerbo, & sanauit multos &c.

Fortassis adicit Christus uerbo alios atq; alios gestus, ut ostēdat se iuuare, & nō nisi per media & occasiones, quo nos à temeritate auocet, ne contemamus deum, neglectis medijs.

Allegoria. Per digitos intelligi potest spiritus sanctus, per quem operatur Christus. Hic spiritus sanctus cū uenit, aperit aures nostras ad audiendum uerbum. Per sputum intellige gratiam dei, seu uirtutē spiritus sancti, sine qua nemo commode audit uerbum, aut ut inde sanetur. Ingemit Christus in signum commiserationis, qua adficitur propter nostram surditatem.

Suspicit in cœlum, ut significet se honorare patrem inuocando illius præsidia.

Et ait illi.

Hactenus multis gestibus usus est Christus, sed nihil ad sanitatem facientibus. Hic uero audis Christum solo uerbo iuuare, quod sequitur præcedentes gestus. Neq; credendum est fideles illos adductores in externis illis gestibus hæsisse, sed in solo uerbo, ut uirtute & potentia dei. Ad Ro. 1.

Et statim.

Effectus potentiaē uerbi fide apprehensi, est sanitas seu restitutio.

Et solutum est.

Speſtant hæc ad exaggerationem potentia: uerbi, quòd non partem ſurdi reſtituit, aut ſurditatem tantum fugat, ſed totum morbum.

Gott hilfft nicht ſtückweis.

Et præcepit illis.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus docet de gratitudine ueræ fidei, quæ ut nunç est ocioſa: ita tacere non poteſt beneficia Chriſti, uerũ erumpit in illorũ confessionem. Primum ut teſtetur de ſua efficacia: deinde ut gratã ſe exhibeat. tertio ut alios ad Chriſtum & eius beneficia adducat. Ea em̄ eſt natura fidei, ut primũ grata ſit, poſtea etiã in proximum oficioſa. Sed cum hic auditur adductores ſurdi & muti gratias egiſſe Chriſto unã cũ reſtituto, monemur fidẽ ſua natura, pro beneficijs à Chriſto acceptis, nihil aliud reddere illi niſi gratiarum actiones, non hæc aut illa ſacrificia, non hoc uel illud opus, quo respondeat Chriſto. Et hæc gratiarum actiones ſcriptura nunc ſacrificia laudis nunc iuſticiæ uocat. Eſt uero gratias agere Chriſto, illũ magnificare & glorificare, & ſolũ iuſtũ potentemq; cõfiteri, damnando interim nos ut iniuſtos, id quod prophetæ ſubinde uocant, offerre ſacrificium iudicij. Si igitur libet ſcire, quæ deus opera à nobis requirat pro beneficijs ſuis, uoca in conſilium exemplum horum adductorum, & uidebis deum præter gratiarum actiones, ſeu ſacrificia laudis & iuſticiæ, nihil aliud à

ad a nobis poscere. Refero autē ad gratiarum
actiones & ad illa sacrificia, omnia bona opera,
tum prioris tum posterioris tabulæ. Quibus &
iuuencis deus opus nō habet, teste Dauide, quia
omnia animalia prius sunt domini. Nec nostris
munerib. indiget, qui deo nihil dare possumus,
quod prius non habet. Requirit ergo solas gra-
tiarū actiones per bona utriusq; tabulæ opera.

Et præcepit illis.

Propter duas causas: uel ne uideretur priua-
tam gloriam quærere: uel quia non uoluit ma-
nifestari ante glorificationem morte, & resurre-
ctione perficiendam.

Quanto autem magis.

Natura hæc ueræ fidei est, prorumpere in
confessione beneficiorum Christi in aliorum sa-
lutem. Ad Roma. 10. Corde creditur ad iustiti-
am: ore autem fit confessio ad salutem, hoc est,
Fides iustificat, & simul quærit aliorum salu-
tem confitendo magnalia Christi. Porrō huius
confessionis tres sunt fines. Primus, ut fides te-
stetur de sua efficacia. Deinde ut se gratam oste-
dat. Tandem, ut alios ad credendum Christo
alliciat.

Non est pertinaciæ aut temeritati adscriben-
dum, quòd restitutus unā cum adductoribus nō
obsecundet præceptis Christi: uerum naturæ
deinon tacentis beneficia Christi.

Et eo amplius mirabantur.

Propter

Propter miraculi magnitudinem. Admiratio effectus est potentiae Christi, quae fecit adductores admirantes.

Bene omnia fecit.

Verba illorum, qui praedicarunt Christi beneficia. Estque haec longe maxima commendatio Christi, quae ab officijs Christi petitur, quae sunt surdos facere audire, mutos loqui &c.

IN EVANGELIUM LUCAE X. DOMINICA XIII.

A Trinitatis.

Non est dubium, quin spirituale regnum Christi, suis numeris perfectissime in prophetis depictum & absolutum sit. Nec est credendum, impia illorum opinione, prophetas tantum de Iudaico regno scripsisse, nulla mentione facta spiritualis regni Christi, & illarum rerum, quae ad hoc regnum spectant, & per quas in hoc regnum peruenitur. Ex harum numero, & hic legis peritus fuisse uidetur, qui nouam & aliam quandam uiam perueniendi in regnum dei, & ad uitam aeternam, a Christo exquirat, quam fuit: nimirum ut diligamus deum ex toto corde, & tota anima, & omnibus uiribus, & tota mente, & proximum sicut nos ipsos.

Hanc uiam perueniendi ad uitam aeternam a sanctis prophetis descriptam non tollit Christus. Sicut

Sicut & ipse ait. Matthæi 5. Non ueni soluere legem, sed adimplere, hoc est, nihil diuersi docere à lege & prophetis, neq; aliam uiam monstrare ad uitam æternam, quam illam, de qua prædicauerunt prophetae ex lege: imò illorum scripta, & doctrinas cõfirmare. Nam sentiendũ nõ est, uetus testamentum tm̄ in corporalibus promissionibus occupatũ fuisse, & nihil de regno Christi spirituali docuisse, & rebus ad illud pertinentibus, nimirum de uita æterna, & alijs reb. Diuersum testatur lex, dum proponit præcepta, quæ si quis seruat, is habet uitam æternam. At lex non in hoc proponit præcepta, quod nõ sit officium illa adimplere. Hoc enim officij soli Christo relinquitur, qui Matth. 5. clarijs uerbis loquitur, suum officium esse cõplere legem. Ducit igitur lex ipsa nos à completionẽ legis, & ostẽdit nos longe infirmiores esse, quam ut ualeamus legi respondere, dum respicit pro Christo inquitens. Exod. 4. Mitte quem missurus es. Deut. 18. Suscitabit dominus deus prophetam nobis &c. Omnis anima, quæ non audierit illum, peribit de populo suo: quasi dicat Moses, ille propheta, quẽ mittet dominus, illi credendum est, qui nomine uestro satisfaciet legi, quo docebit suum officium esse adimplere legem, tandem qui abstrahet uos ab impia opinione, qua creditis uos placere deo propter uestram completionem legis.

Ideo & exaggerat lex difficultatem præcepti pri-

pti primi, dicens. Dilige dominum deum tuum
ex toto corde & ex tota anima, & ex tota men-
te, & ex totis uiribus tuis, ut ducat nos ad infir-
mitatem nostram, quo aspiremus ad Christum
promissum legis completorem ad æternam iu-
ticiam ac uitam.

De prophetis nullum est dubium, quin & ipsi
de regno Christi spirituali, & rebus ad illud per-
tinentibus diligenter monuerint. Item de uia
perueniendi ad uitam æternam per Christum.

Siquidem Esaias in uniuersum fere nihil aliud
docet, quàm Israel iri iustificatum ad uitã æter-
nam per Christum, legis nostro nomine com-
pleto rem.

Quare certo credendum est sub ueteri testa-
mento eandem uiam ad uitam æternam tradi-
tam fuisse: nimirum adimpletione legis perfe-
cta, patere aditum ad uitam æternam.

Nec ualet hic illorum opinio, qui sine scriptu-
ra fingunt, gentes lege naturæ fuisse saluas fa-
ctas. Iudæos legis Mosaicæ externa completio-
ne: nos uero sub nouo testamento, nostra qua-
dam uia saluos fieri. Eadem enim uia semper à
principio mundi fuit, perueniendi ad uitã æter-
nam: ea est, quam in hodierno Euangelio pro-
ponit Christus legis perito: uidelicet ut serue-
mus præcepta dei, & uiuamus.

At cum in hominum uiribus non sit seruare
legem ad uitam æternam: Igitur Christus sua
respon-

responsio nititur legisperitum, ad propriæ infirmitatis cognitionem adducere, non aliter atque lex difficultatem præceptorum exaggerat, quo inde legisperitus uertat oculos ad Christum, qui uenit seruare legem omnium nomine ad iusticiam ac uitam æternam. Nam lex tantum pædagogus fuit usque ad Christum, ut ex fide iustificaremur. Ad Galat. cap. tertio. Et ad Roma. 8. Etenim quod lex præstare non poterat &c.

Vnde responsum Christi non debet intelligi, quod uoluerit Christus legisperitum per legem iustificari: sed quod intenderit illum ad infirmitatis cognitionem ducere, ut sic confugeret ad Christum uerum legis completorem, & ut præberet illi occasionem ex cognitione propriæ imbecillitatis, de se desperandi & appetendi gratiam.

Docet itaque in summa hic Christus, non esse aliam uiam ad uitam æternam, quam seruare præcepta dei. Et cum intelligimus ea longe maiora esse, quam ut à nobis seruentur, conuigiamus ad Christum, qui nostro omnium nomine legem impleuit ad æternam uitam.

Postremo hic legisperitus typum gerit omnium eorum, qui cum audiunt de uita æterna, & quod bene operandum sit, accedunt, suis operibus, & conantur bene operari ex proprijs

ex proprijs uiribus, in q̄s, quæ ipsis placent operibus, ad æternam uitam. Nihil solliciti de operibus, quæ in uerbo præscripta sunt, & quæ præter externam completionem etiam animum cōsentientem requirunt, & quæ propter suam difficultatem reuocant nos ad Christum.

Est autem hoc naturæ uitium, quod alia opera quæramus, quam quæ in uerbo extant, quibus contendimus ad uitam æternam peruenire. Hæc à nobis excogitata (qualia sunt, humane traditiones, ritus, cæremoniæ, intercessionis sanctorū) quia aliquo modo in nostris uiribus sunt, & à nobis perfici possunt; idcirco credimus nos illis recta uia tēdere ad æternam uitam: interim cordibus manētibus in summa impietate, quæ tum primum manifestatur, quando incipimus nobiscum perpendere, quam impossibilia proponantur nobis in primo præcepto, quod animum purum ab affectibus, & ad externam completionem consentientem postulat. Tum inquā incipimus de nostris uiribus desperare, & ad Christum fugere.

De occasione hodierni Euangelij.

Euangelium hodierni diei suam occasionem trahit è præcedētibus. Vocauit enim Christus beatos paulo ante, qui uident ea, quæ Apostoli uidebant: Scilicet lætum illud Euangelij reuelati tempus, quod multi prophetæ, & reges uideres flagitauerunt, & tamen ad illud tempus non peruenierunt, & desyderarunt audire, quæ apostoli

Noli audiebant, & tamen non audierunt. Sequitur nunc euentus, quid sit uerè uidere & audire Euangelium: nempe ex præceptorum difficultate agnoscere suam imbecillitatem, & anhelare ad Christum: deinde charitatis operibus iuuare proximū, id quod exprimit Christus in uulnere ad latronibus, quem Leuita auditor uerbis contempsit.

Summarij loci.

1. Pro uita æterna omnes sumus solliciti exemplo legisperiti, quam cupimus operibus adsepta sunt, qui & sæpe alijs, quàm quæ in uerbo præscripta sunt.
2. Volentibus operari pro uita æterna proponitur Mosis præcepta, à quibus non dissentit Christus. Nam non uenit dissoluere Mosis legem, sed adimplere. Matth. 5.
3. Seruare ac facere præcepta legis adfert uidentem; sed quia nemo potest illa præstare consentiente animo, atque adfectibus puris: ideo propositio legis debet nobis occasionem præbere ad Christum, qui nostro nomine seruauit legem ad uitam æternam, quæ donum dei est. Ad Ro. 6. & dono datur omnibus, qui fide apprehendunt Christum.
4. Operarij hypocritæ recta institutione reditūtur pertinaces & propter sua opera nihili faciunt opera legis, cum quia ea facillima esse iudicant, tum quia credunt supererogatiuis opus esse ad uitam æternam: ideo ignorant proximū exemplo legisperiti.

5 Gloriarī de uerbo, habere uerbum, hęc eēt
que illa propria opera facere, exemplo legispe
riti, sacerdotis & Leuitę, nihil prodest sine chari
tate in proximum.

Et ecce.

Ecce attentionis particula, qua studet nos Lu
cas attentos reddere ad naturam omniū iusticia
riorum, quorum est quærere aliam uiam ad iu
sticiam seu uitam æternam, quàm eam, quę in
uerbo scripta extat.

Legisperitus.

Ostendit Euangelista in uocabulo personę,
iusticiarios non admodū ignorare uerā ad æter
nam uitam uiam. Sunt enim legisperiti, hoc est,
qui legis magnam habent peritiam, doctores se
gum, & gloriantes de lege.

Tentans illum.

Maleuolentię exemplum in legisperito est,
qui non uenit ad Christum, ut instituatur, sed
ut suam peritiam in lege ostentet, & capiat
Christum.

Magister.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Insignis est primus hic locus, qui paucis osten
dit omnium hominum adfectus, quibus prædi
ti sunt homines erga uitam æternā, & quid sen
tient de causis, quibus ad æternam uitam perue
nitur. Nam in persona legisperiti uidere licet,
quàm omnes sumus solliciti de uita æterna, pau
ca

et tamen sunt, qui ueram uiam ad illam perueniendi tenēt. Quis enim dubitat legisperitum omnem scripturam ueteris testamenti fidelissime perlustrasse: tamen adhuc ignorat uitam æternam esse donum dei, quod ex misericordia donatur hominibus credentibus in Christum, sed operibus credit aditum ad uitam æternam pariter: ideo quærit à Christo. Magister quid faciendo uitam æternam possidebo? Non ait, quid credam, ut uitam æternam accipiam. Et quamquam apparet legisperitum sciuisse legis præcepta esse uiam & occasionem ad uitam æternam, quia uenit tentare Christum, hoc est, experiri an Christus esset aliam uiam à lege diuersam docturus: tamen ignorauit, legem talem esse occasionem ad uitam æternam, quæ ducit ad Christum, ostensa nostra infirmitate, in manifestatione peccatorum. Et hunc Christum donare nos uita æterna.

De hac uero ignorantia legisperiti satis monet ipsa interrogatio, qua tantum quærit de operibus. Et ait. Quid faciendo? &c.

Hinc cum tantus in lege doctor, quantus fuit legisperitus, adeo pertinaciter inhæserit operibus, quòd dissimulando opera legis (ut tentaret Christum) de alijs operibus ad uitam æternam ducentibus quæstionem mouerit, quid mirum hodie est, & si multi sint non ita ex-

periti in cognitione legis, qui operibus contentunt uitam æternam mereri.

Verum legis peritus multo præstat nostris operarijs. Ille enim dissimulabat opera legis, in quibus confidebat, tanquam in illa, quæ forent ex opere operato, conferre uitam æternam, sine fide in Christum. Hi uero nostri hanc laudem non tribuunt legibus diuinis, sed excogitant noua opera in uerbo non præscripta, quæ supererogatiua uocant, & illis ex merito congrui ac indigni uitam æternam adtribuunt.

In summa igitur docet primus locus, nos quidem omnes auidos esse uitæ æternæ, sed ignorare causas ad illam perueniendi, quæ ignorantia postea cumulat opera, quibus sperant homines se promerituros uitam æternam.

Magister.

Captatio beneuolentiæ à persona Christi, qua insinuare se studet legis peritus apud Christum.

Quid faciendo.

Quæstio est de operibus, à quibus natura seu ratio incipit, disputatura de causis uitæ æternæ. Hac interrogatione aperte testatur legis peritus se in ea opinione fuisse, quod uita æterna contingeret per opera, & quod ignorari uerum datæ legis usum, qui est ostendere nostram inlicitatem, & ducere ad Christum, qui iustificat & donat uitam æternam.

At ille dixit ad eum.

Expli-

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus legisperitum ducit ex Christi responso ad opera legis. Volebat enim legisperitus operari, & erat in illa opinione legem dei externe obseruatam esse uiam ad æternam uitam. Si legisperitus quæsiisset, quid esset credendū pro uita æterna: fortassis aliud responsum accepisset à Christo: Sic adhuc hodie commodissime respōderi possit hoc responso operario interroganti, quid sit faciendum pro uita æterna. Aliud responsum daretur interroganti, quid esset credendum pro uita æterna: aut ut quis ad uitam æternam pertingeret? Huic ego paucis in hunc modum sic responderem.

Crede in Christum Iesum & iustificaberis, iustificatio tibi præsto adest statim & uita æterna, quæ hic sub spe certa incipit, & post hanc uitam à facie ad faciem.

Monet itaq; secundus hic locus, Christum nõ diuersam uiam ad æternam uitam docere, à uia quam monstrauit lex. Lex docet. Leui. 18. Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo, uiuet in eis. Facere autem & custodire leges atq; iudicia dei, est deum toto corde, & tota anima &c. diligere, hoc est consentientem animum & purum ab omnibus adfectibus ad externam legis obseruationem adferre. Et reuera sic seruire legem, est in lege uiuere. Verum cum hoc ipsum non sit in uiribus nostris, ducit Christus suo responso legisperitum ad cognitionem pro

priæ infirmitatis, ut discat ad eum confugere, qui legem uenit ad perfectam iusticiam, & uitam æternam complere.

Non uero proponit Christus legisperito opera legis, ut inde iustificetur, sed ut discat contemptor legum diuinarum non esse ita rem facilem leges tantas perficere, sicut ille iudicabat, hærens saltem in externa legis adimplerione, q. d. Christus. Tu legisperite, qui operari uis, accipe in manus primum præceptum, & tenta num possis tuis operibus ad uitam æternam pertingere, nec ne, ut sic sensim legisperitus sibi ipsi respondeat in conscientia. Videlicet quod impossibile sit aliquem posse uita æterna potiri propter sua opera.

Diliges dominum deum tuum.

Hac lege requirit Moses perfectam fidem & charitatem. Fidem perfectam uoco, certam fiducia, quæ non dubitat aut uacillat, quale describit Apstolus in Abrahamo. Ad Ro. 4. Qui præter spem sub spe credidit &c. Ac non infirmatus fide &c. Non hæsitans ad promissionem dei &c.

Charitatem dico eam, quæ est ex puro corde, & conscientia bona & fide non dissimulata. ad Thimoth. 1.

Toto corde tuo.

Exaggerant omnia quæ sequuntur difficultatem primi præcepti, atq; adeo totius legis. Est

Est autem toto corde &c. diligere consentientem animum & purum ab affectibus adferre.

Et proximum tuum sicut te ipsum.

Vt idem optes proximo, quod tibi, in tantum illi faueas, in quantum tibi &c. in pronomine te ipsum inclusa est perfectissima in proximum charitas, sumpta a nobis ipsis. Quæ uel ideo omnium maxima est, quia nemo unquam exosus fuit carni suæ, aut sibi ipsi.

Recte respondisti.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus inter se opponit facere & uiuere, quorum alterum alterius effectus est. Neque quicquam magis est uerum, quam perfectam adimplerem legis comitem habere uitam. Sed hic legis peritus debuisset diligenter animaduertisse in uerba legis: Præterea in Christi responsum. Hoc fac & uiues. Non erat difficile legis perito uerba legis recensere. At hoc de cuiuslibet eum, cogitasse de uiribus complendi, num illi satis uirium forent. Legis peritus confidebat se posse recipere uitam æternam propter opera: ideo etiam de operibus quærit. Christus uolentem operari pro uita, relinquit in sua opinione, ut modo tentet, quid possit in præstandis legis operibus, ut facto periculo, deserat quæstionem de faciendo, & quærat de uero medio pertingendi ad æternam uitam.

Hoc autem medium Christus est, qui solus

seruauit legem perfecte ad iusticiam & uitam æternam.

Papistæ probant ex hoc loco & similibus uitam æternam operibus adtribui. Nos respondemus breuiter. Vitam quidem sequi opera, si consentiente animo seruemus legem. At quia nõ seruamus puris animi adfectibus legem, imò nec possumus seruare. Manet igitur certa nostra sententia. Vitam æternam esse donum dei, quo donat Christus in eum credentes.

Obiectio. Ad quid igitur data fuit lex?

Responsio. Quo duceret ad Christum ut prædagogus. Ad Gal. 3. & præberet occasionem cõfugiendi ad Christum. Qui usus legis adhuc durat, & durabit semper apud eos, qui sunt sub lege & nondum in gratia. Fide uero apprehensus Christus, donat iusticiam ut rem illi cognatam, uitam æternam, quæ nullis operibus meretur. Est enim donum dei. Ad Ro 6.

Obiectio. At apprehenso Christi fide, tum uita æterna sequitur propter nostra opera, quia ex fide fiunt?

Responsio. Non. Manet enim firma sententia. Vita æterna donum dei est, quæ donatur fratim nobis in Christo iustificatis, & experimur illam in conscientijs in hac uita, quando dulcissimos fidei fructus sentimus, pacem, gaudium, tranquillitatem conscientiaæ &c.

Reuelabitur autem post hæc uisam à facie ad faciem. Causa itaq; propter quam sequetur uita æter

ta æterna, promissio dei est, non nostra opera,
qui credentibus in Christum promisit æternam
uitam.

Fac & uiues.

Facere uerbum est negare potentia, circa
quod primum est quærere de uiribus. **Viueret**
effectus, qui sequeretur factores legis, si qui es-
sent, qui seruare possent.

Ille autem uolens:

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Quartus locus hic sumit exordium, in quo uis-
derint, quid faciant operari hypòcritæ, uicti in
suis conscientis quòd uita æterna non contin-
gat propter opera, redduntur pertinaces, nec
uolunt credere Christo, sed quærunt diuerticu-
la, ut liceat sibi iudicium conscientia, aut effuge-
re aut tegere. Postea etiam incipiunt contem-
nere opera legis propter sua opera, cum quia
illa facillima esse iudicant, tum quia credunt su-
pererogatiuis opus esse de non debito, ad uitam
æternam: unde & ignorant proximum, hoc est,
& charitatis operibus sunt alienissimi.

Pulcherrimo itaq; ordine ait Euangelista de
legisperito. **Volens se iustificare:** dixit ad Chri-
stum: **Et quis est proximus meus?** Mirum est,
quod relicto præcepto prioris tabulae, de dili-
gendo deo, inquirat legisperitus de dilectione
proximi, quæ est præceptum posterioris tabu-
lae. **Aut quia uictus fuerit in sua conscientia de**

primo præcepto, & tamen noluerit propter suam pertinaciam illud ipsum confiteri. Aut quia consilio dei cæperit de proximo quærere, ut amplius confundaretur, qui propter pertinaciam cedere Christo nolebat. Velle autem se iustificare, nihil aliud est, quàm non uelle posthabere opinionem de operibus, quod per illa contingat æterna uita. Quare ut adhuc semel confundit Christus opinionem legisperiti de uita æterna & de iusticia, qua se iustum putabat, ex terna legis obseruatione, & alijs traditionibus humanis, quæ tum in maxima copia irruerant in Israel, adducit se quens factum de homine prolapso in latrones, quo ostendere uult Christus, nullâ opera, nullam iusticiam, nullam denique fidei persuasionem sine charitatis operibus ualere, de quibus uolebat se excusare legisperitus, & pro prijs seu supererogatiuis operibus iustificare.

Quis est meus proximus?

Per contemptum hæc dicit, aut quia obicit Christo frequētes prædicationes de charitate, sicut hodie illi faciunt, qui dicunt nostras cōcionatores aliud nihil urgere inter prædicandum, quàm fidem & charitatis opera: interim missas, cæremonias, ritus ecclesiæ &c. tacere.

Suspiciens autem Iesus,

EXPLICATIO QUINTI LOCI.
 Quintus locus exemplo cōmendat nobis charitatē ex ga proximum, sine qua nihil prodest, neque

neq̄ gloriari de uerbo, neq̄ hæc aut illa opera
facere, exemplis legis periti, sacerdotis & Leui-
ta. Nam citra controuersia legis peritus uir p̄-
clarus fuit, & bonis operibus commendatus.
Nec inferiores fuerunt uiri sacerdos & Leuita.
Verum quia charitatis operibus destituti fue-
runt, nihil profuerunt illis reliquæ uirtutes.
Siquidem charitas in proximum talis est uir-
tus, sine qua fides subsistere nõ potest, quam de-
us sæpe suo honori præponit Osee. 6. Miseri-
cordiam uolo, non sacrificium. Esa. 58. Nun-
quid hoc est sacrificium, quod elegi, per diem ad-
fligere hominem animam suam: Non hoc ma-
gis est ieiunium, quod elegi, dissoluere colliga-
&c. Matthæi quinto. Si obtuleris munus tuum,
& in uia recordatus fueris, quod frater tuus ha-
bet aliquid aduersum te: relinque illic munus
tuum coram altari &c. Huc spectat 13. cap. 12
Epistolæ. Ad Corinth. Ioan. prima epistola ca-
4. negat illum noscere deum, qui non diligit pro-
ximum. Suscipit Christus præ admiratione per-
tinacis legis periti.

Homo quidam.

Proponit Christus in hoc homine proximum
necessitate laborantem & præsidio egentem.

Accidit autem.

Offeruntur nobis occasiones exercendi cha-
ritatis opera in proximum, ne cogitantibus qui-
dem.

Sacerdos

Sacerdos.

In singulis uocibus sequentium personarum
emphasis est. Nam per sacerdotē intelligimus
hominem peritum in lege & iustum. Per Leui-
tam n̄sdem rebus prædicum. Per Samaritanum
hominem non habentem cognitionem uerbi,
peccatorem & abiectum in oculis dei. Hunc op-
ponit Christus Sacerdoti, Leuitæ & legisperi-
to, qui multum gloriabantur de uerbo, sine cha-
ritatis tamen operibus.

Obligauit uulnera.

Congeries quorundam operum charitatis,
quæ ideo ita diligenter & seiunctim recēset Chri-
stus, ut charitatis excellentiam in Samaritano
inculcet operans & sanctulis, Sacerdoti, Leui-
tæ & Legisperito.

Quis horum trium.

Christus interrogat Legisperitum, ut ipse le-
gisperitus sibi respondeat in conscientia uicta,
& ex proprio respōso discat, quā nihil profit
gloriatio de perfectione, sine charitatis operib.

Ut & tu fac similiter.

Legisperitus quæsiuit de operibus: igitur &
de operibus accipit responsum. Præponit autē
Christus legisperito, charitatis opera secū dum
præceptum dei. Deinde & hoc ipso opere de di-
ligendo proximo intelligat abire post Christū,
propter quem datur uia æterna.

Allegoria docet legis doctores non nisi occi-
dere

A Trinitatis.

edere & deserere posse: iuuare autem & mederi
nō posse. Cæterum Christus Samaritanus, hoc
est, contempta & abiecta persona medetur uul-
neratis & semiuuis oleo & uino, hoc est, Euan-
gelio.

IN EVANGELIUM

LVCÆ XVII. DOMINI

ca xiiij. A Trinitatis.

Inigne est hodiernum Euāgelium, quod ex
statu nostrorum temporum proxime intelli-
gitur, in quibus magno desiderio uidemus mul-
tos suscipere Euangelium, & clamare cum de-
leprosis ad Christum. Iesu præceptor miserere
nostri: & cum exaudiuntur & mūdantur à Chri-
sto, ingrati sunt, nec glorificant Christum pro
pter mundationem, illis sine omni labore factā.
Quid enim laboris subeunt leprosi pro sua mun-
datione, nisi quòd tantum semel clamēt ad Chri-
stum, & exaudiuntur? Sic quid hodie laboris
subit Germania pro Euangelio? sane nihil: ni-
si labor sit, progredi in templum, & præter ex-
pectationem oblatum uerbum audire, & per il-
lud mundari. Sed hæc est fortuna uerbi, quòd
omnibus hominib. adferat gratuita beneficia &
pro beneficijs accipiat ingratitude, non so-
lum ab impio mundo: uerum multo magis ab il-
lis, qui uerbum audierunt, & per illud mundati
suerunt. At longe satius esset, & tollerabilius in
die

He iudicij, non audisse uerbum, quam audire
 ingratitude exhibuisse: Quemadmodum
 & Christus ait. Matthæi undecimo, contra Cho-
 razin & Bethsaidam & Capernaum ingratos er-
 ga prædicatum uerbum & uirtutes Christi, ur-
 bes, quarum supplicia longissime extollit Chri-
 stus ultra pœnas Tyri & Sidonis, Sodomæ atq;
 Gomorræ. Quæ omnia merito timorem no-
 bis incutere deberêt, nisi essemus homines pro-
 fus securi & negligētes, in rebus ad salutem per-
 tinentibus.

At fortassis sic ingrati & negligentes sumus
 erga susceptum uerbum, quia credimus deum
 ignorare, neq; uidere ingratitude & negli-
 gentiam nostram: uerum imprudētissimi nos,
 qui talia cogitamus in oculatissimo deo, de cu-
 ius uisu poetæ sic scribunt,

Ἐάντα ἰδὼν δ' ἰὸς ὀφθαλμὸς ἢ πάντα νοήσας.
 Et Christus dicit in hoc Euangelio. Nonne decē
 mundati sunt: Et nouem ubi sunt?

Distinguit itaq; Euangelista in decem his se-
 profis, inter auditores uerbi, qui tantum audi-
 unt uerbum, & inde non glorificant uerbum,
 nec sunt grati. Et inter eos, qui audiunt uerbum,
 & glorificant illud, hoc est, sunt erga uerbum
 grati. Et cum hæc distinctio etiã nostro tempo-
 re necessaria sit, placet in illa aliquantulum im-
 morari, ut innotescat nobis discrimen inter au-
 dire uerbum, & inter glorificare deum pro uer-
 bo.

bo. Apostolus ad Ro. 1. tribuit gentibus cognitionem dei ex lege naturæ, & rebus creatis: mirum quod eius potentia ac diuinitas æterna, id est, quod creet, gubernet & conseruet eas creatas: quam cognitionem quis non diceret esse magnam & sufficientem ad salutem?

Sic hodie audire uerbum, illud cognoscere & suscipere, gloriari de uerbo, illud psallere, ab illo præsidii petere, mundari per illud &c. quæ quidem præstare nemo non iudicat esse perfectissima opera ad salutem: Et reuera sunt certitudinis gradus, quibus itur ad salutem, & quæ testantur nos in gratia esse.

Verum ut Apostolus negat gentibus in salutem cessisse, summam illam cognitionem, ex lege naturæ & rebus creatis: quia deum cognitum, ut deum non glorificauerunt, nec grati fuerunt: ita nec hodie quicquam prodest, audire uerbum, suscipere illud, mundari per illud &c. nisi exemplo Samaritani, de quo porro audimus: des gloriam deo, glorifices deum, & gratum te exhibeas.

Est uero gloriam dare deo, glorificare deum, & illi tribuere gratiarum actiones, pro beneficijs acceptis: Sic facit hic Samaritanus, qui ut uidit se mundatum esse, regressus est ad Christum cum magna uoce glorificans Deum, & cadens in faciem ante pedes eius, & gratias agens! At, inquis, quibus rebus glorificabo Deum, ostendam me gratum, &

& agam ei gratias: Respōdeo. Ouibus & bobus
 deus opus non habet, teste Dauide, & Miche. 6.

Quid dignum offeram domino: Nunquid of-
 ferā illi holo caustomata: & vitulos anniculos:
 Respondet prophetæ deus. Iudicabo tibi o ho-
 mo, quid sit bonum, & quid dominus requirat a
 te. Vt itaq; facere iudicium, & diligere misericor-
 diam, & sollicitè ambulare cum deo. Iudiciū fa-
 cere est damnare nos coram deo ut iniustos. Di-
 ligere misericordiā est exercere charitatis ope-
 ra. Prius est priorem tabulam complere. Poste-
 rius est satisfacere secundæ tabulæ. Sollicite am-
 bulare cū deo, utrunq; cōprehendit & utramq;
 tabulam. Placet itaq; glorificare deum, ostende-
 re te gratum, & illi gratias agere. Confuge ad
 utriusq; tabulæ opera, & per illa offer deo gra-
 titudinem tuam, pro accepta iusticia in Christo
 & alijs beneficijs. Vocantur em̄ gratiarum ac-
 tiones, & glorificationes erga deum, in scriptu-
 ris, sacrificia laudis & iusticiæ, quibus offerimus
 nos deo gratitudinē nostram, per opera bona.
 Et quia in nouo testamento, ad omnia sacrificia
συχæριστικὰ requiruntur opera spiritualia cor-
 dis, & adfectus regenerati in corde per spiritū
 sanctum: igitur nō sunt opera nostra grata deo,
 nec acceptæ deo nostræ gratiarum actiones: ni-
 si per Christum prius mundati, & per spiritum
 sanctū regenerati fuerimus, qui creat in nobis
 novos motus, & adfectus novos ad spiritualia
 opera seu sacrificia aptos.

Cæterum ut pergam aliquid de ingratitude-
nis uicio agere, quæ potissimum spectanda no-
bis uenit in hoc Euangelio. Sciendum est ingra-
titudinem semper oriri, quando prædicatur
uerbum syncerum, idq; ob duplicem causam.

Primum ut ingratitude erga uerbum, of-
fendantur alij, qui in impietate perire debent:
Deinde ut maius solatium habeant uerè piij, qui
erga uerbum sunt grati.

Et quanquam maxima hominum audientiũ
uerbũ est ingrata, & fuit semper, tamen pauci
sunt, qui sunt grati, exemplo Samaritani, ut
consolemur nos contra scandalum paucitatis,
& non desperemus de ecclesia, quæ si esset hu-
manis oculis exposita, & cognosceretur exter-
manis rebus: nemo diceret hodie propter summã
illam ingratitude amplius existere ecclesiã.

Postremo non est extenuandum ingrati-
nis uicium erga uerbum, quod omnium maxi-
mum est, & tale, quod Christo nostro lacry-
mas excussit. Luca. 19. cũ appropinquaret Hie-
rosolymæ, & fleret super ingratitude ingra-
tæ urbis. Et Matth. 23. inquit Christus. Quoties
uolui te congregare &c. Matth. 9. cap. grauissi-
mas pœnas minatur Christus Corazin, Betsai-
dæ & Capernaum ingratas ciuitatibus erga ob-
latum gratuitum Euangelium. Et ut paucis di-
cam, quod de ingratitude uicio sentio, scire
refert ab antitheli, ut non est maior uirtus in cõ-
spectu dei, quàm glorificare deum, & gratum se

ostendere: Ita in oculis dei nō est maius uicium
ingratitude, quam tota scriptura detestatur,
propositis in hoc uindictæ diuinæ exēplis, quo
a tanto uicio deterreat, quam etiam poetæ &
scriptores gentiles extremè improbant.

Appendix. Hodiernum Euangelium inui-
tat nos ad gratiarum actiones, & deterret ab in-
gratitude.

Summarum loci.

1 Fides ex audito uerbo nata, & peccatorū
cognitione concepta, in summa animi humilita-
te inuocat præsidium Christi.

2 Christus fide petentes præsidium exaudit, &
iuuat, sed ita quōd probet petētium fidem: ideo
leprosos ablegat ad sacerdotes. Præterea iuuat
Christus, ut publice receptas constitutiones &
leges non uiolet: igitur mittit leprosos ad sacer-
dotes, quos sanare potuisset, & si ad sacerdotes
non abissent.

3 Samaritani peccatores contēpti agnoscunt
beneficia Christi. Reliqui intellecto Euangelio
abutuntur, & sunt ingrati. Gratitude uerum est
sacrificium, quod debēt purgati à peccatis deo
pro accepto beneficio.

4 Maior pars auditorum uerbi ingrata est:
ideo tamen non desistit Christus à prædicandi
officio: Sic nec nostri prædicatores deserent
suas uocationes, propter ingratitude auditi-
torum uerbi.

5 Sola fides seruat sine operibus.

Et factum.

Novus hic euentus apud Euangelistam de leprosis, qui accidit cū Christus pergeret in Hierusalem, sed antequam eō ueniret, occurrebant ei decem leprosi, qui sua ingratitude ostendebant, quomodo foret Christum exceptura Hierosolyma. Nimirum summa cum ingratitude, exemplo leprosoꝝ, qui mundati à Christo, non fuerunt grati, excepto uno, ut tamen uerum fieret, Christum semper habere suos, licet paucos in mundo.

Occurrunt ei.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

In more habent Euangelistæ, ita describere miracula, ut raro necessariarum causarum mentionem faciant, quæ necessario præcedunt omnia miracula: Sic & in hoc miraculo fecit Lucas, qui simpliciter narrat tantum leprosos occurrisse Christo, procul stetit, & leuasse uocem ad Christum, & illum inuocasse, quæ uero istarum omnium rerum causæ fuerint, non meminit. Quare necessario hic nobis addendæ sunt causæ, ut effectuum uis, & origo cognoscatur. Præcesserunt itaque occursum ad Christum, & inuocationem præsidij Christi: Primum fama seu uerbum de philanthropia Christi: necessitas ut causa præcedens miraculum, in uoce lepræ expressa est: Hæc uerget ad Christum, Verbum parit fidem, quæ ac

cedit Christū, & certo sibi de præsidio illius per
suadet, & inuoca pro emundatione lepræ, sed
ita ut hæc omnia moderetur animi humilitas.

Docemur igitur in primo hoc loco, quæ sunt
necessariæ causæ ad inuocationem dei. Videli-
cet necessitasurgens, uerbum promittens exau-
ditionem seu liberationem, Fides quæ appre-
hendit uerbum promittens, & quæ audet acce-
dere deum, & quæ impetrat petita. Verum nõ
satis est his caulis onatum esse aliquẽ, nisi & ani-
mi humilitas accedat, quæ facit nos à longe fra-
re cum leprosis, qui nihil in nobis agnoscimus,
quàm peccatum & indignitatem. Sicut & pec-
cator ille in Euangelio Lucæ 18. cap. quia à lon-
ge stans, nec attollens oculos in cælum, dicens.
Deus esto mihi peccatori propitijs.

Occurrerunt.

Verbo audito, fide & necessitate moti.

Virileprosi.

Ecce necessitatem. Leprosi typum gerūt om-
nium nostrorum, quia immundi sumus, & pleni
peccatis. Est enim lepra talis morbus, qui serpit
per totum corpus.

Lepra allegorice & peruersam doctrinam si-
gnificat: quare sacerdotibus cura lepræ irroga-
ta fuit, ut animaduertent in leproso & cura-
rent illos.

Qui steterunt à longe.

Vera hæc animi humilitas est, quæ proficisci-
tur

tur ex cognitione lepræ seu infirmitatis, quam
tanquam iudicauerunt leprosi, quod non fuerint
ausi propius accedere ad Christum. At fides eri-
git leprosos, & iubet accedere leprosos, & inuo-
care Christum. Alia est humilitas, quam fingunt
Monachi in rebus externis sitam.

Et leuauerunt uocem.

Leuatio uocis testimonium uehementissimæ
fidei est.

Iesu præceptor.

Inuocatio hæc est præsidij Christi, effectus fi-
dei, qui testatur leprosos credidisse. Iuxta illud.
Ad Ro. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non
crediderunt? Testatur fides de audito uerbo in
leprosis. Iuxta illud. Quomodo in eum credet,
de quo non audierunt?

Miserere.

Fides confugit ad solam misericordiam, &
ad nulla merita.

Ite & ostendite.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus docet nos de re cognata, seu
effectu ueræ fidei, & inuocationis ex fide factæ,
is est, mundatio, pro qua inuocauerant leprosi
Christum. Verum hæc mundatio non statim se-
quitur leprosos ex fide inuocantes præsidium
Christi: sed prius procedit suspensio fidei, qua
uult probare Christus fidem leprosoꝝ. Hæc enim
est natura dei, ut fidem aliquo modo probet;

antequam exaudiat. Exemplum probatae fidei habes in Abrahamo. Gene. 22. cap. qui iubetur à deo offerre filium Isaac, de quo tamen erat promissio facta. Et in semine tuo &c. Sic Christus suspendit fidem in muliere Cananaea, cuius filia agitabatur à demonio: Ad cuius petitionem ne uerbum respondet Christus. Matthæi decimo quinto capite tandem addit. Non est honestum, sumere panem filiorum, & obsecrare catellis &c. Ita & hic Christus ablegat leprosos ad sacerdotes, ut fidem illorum probet, & dum constantes manent, nec offenduntur ab legatione, inter eundem mundantur.

Præter hæc docet & Christus in secundo hoc loco, suo exemplo, ne prætextu pietatis, publicas & receptas ordinationes uiolentur. unde postea dissidia & tumultus oriuntur. Ideo Christus ablegat leprosos ad sacerdotes. Et quanquam Christus uenerat Iudaicæ republicæ finem impositurus, tamē nihil temere facit, sed in omnibus se subicit legi, ut illam plenarie compleat, & ut lex sic commodius ruat. Et si ire ad sacerdotes, & illis se ostēdere, nihil profit ad sanitatem, tamen profuit Christo ablegare leprosos, ne uideretur temerariē agere, aut ne legum neglectu offenderet.

Ite & ostendite.

Iuxta legem Leuitici 14. cap. ut publico & aperto testimonio cognoscamini mundati esse.

Alio

Alioqui non fuissent admissi leprosi ad cœtum
Iudæorum.

Et factum est dum irent.

Non dubitantes de mundatione.

Mundati sunt.

Effectus ueræ fidei mundatio.

Vnus autem ex illis.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus ualde consolatorius est omnibus peccatoribus, qui mundati à peccatis per Christum, sunt grati. Econtra ualde horribilis omnibus auditoribus uerbi, qui cum illius beneficia senserunt, tamen ingrati sunt. Samaritanus typum gerit infirmorum ac contemptorum peccatorum, qui uerbum accipiunt cum gratiarum actione, & dant deo gloriam pro collatis beneficijs, ostendentes se & gestibus externis & uerbis gratos. Quomodo igitur & nos grati esse debemus, cernimus in Samaritano. Operarij student operibus beneficia de recompensare. Hic autem Samaritanus, cum nulla habeat opera, ad gestus corporis, & ad uerba confugit, in summa fide credens, Christum his donis contentum fore: Et reuera restitit, quod ex fide quærit: nempe placatū Christum. Docet itaque hic locus, in exēplo Samaritani, quid nos uicissim debeamus deo pro suis in nos translatis beneficijs: scilicet gratiarū actiones, quas scriptura sacrificia laudis & iusticia

uocat, quibus laudatur deus, & quæ fiunt ab eis, qui in Christo per fidem sunt facti iusti.

Nouem leprosi typum gerunt illorum, qui cum uerbum cum magna læticia accipiunt, & sentiunt effectus uerbi, quales sunt ferè hodie omnes nostri Euangelici, qui tanto gaudio primum susceperunt Euangelium, ut nihil suprâ, nunc deferbuerunt, & ingrati sunt deo.

Cæterum quia unus Samaritanus redit, & glorificat deum, hoc significat, ecclesiam uerè credentium paucis constare, respectu nouem leprosoꝝ non redeuntium, neq; glorificantium deum. Mundus illa paucitate offenditur, & inde simul æstimat doctrinam ad suum interitum, quasi uel ideo uerbum falsum sit, quia pauci illud recipiunt. At pñ qui ueram ecclesiam nouerunt ex paucis constare, & multos quidem esse uocatos ad nuptias: paucos uero electos uenire: illi inquam solantur se paucitate, & inde certi redduntur de ueritate uerbi, quia pauci illud recipiunt, pauci pro recepto grati sunt deo.

Vnus autem.

Magna emphasis in uoce unus.

Cum uoce magna.

Vox magna, glorificare deum, procidere ante pedes Christi, signa & opera sunt grati animi, quæ quia profuunt ex fide: igitur grata sunt deo. Alias sine fide talia opera nihil profuissent Samaritano. Iuxta illud, Quicquid sine fide, peccatum

atum est. Ad Ro. 14. Et ad Hebræos 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et Christus testatur infra de Samaritani fide. Quid sit glorificare deum supra in præfatione docuimus.

Et hic erat Samaritanus.

Tanta inest his uerbis emphasis, quanta uix alibi ulla maior extrat, quæ cedit in perpetuam ignominiam toti Iudaico populo, qui propter suam ingratitude erga uerbum reiectus fuit, susceptis gentibus gratis in gratiam.

Nonne decem mundati sunt?

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

Circa quartum hunc locum pro statu nostro rum temporum, & in consolationem prædicatorum uerbi, tractanda uenit quæstio. An in gratis ulterius prædicandum sit, postquam maior auditorum uerbi pars ingratam se erga uerbum exhibet. Ad quam sic respõdemus. Si quis ingratitudinis magnitudinem perpendit, certum est, illum apud se facile concludere, à prædicandi officio desistendum esse, & tantæ maiestatis uerbum nõ esse amplius pronciandum ante ingratos. Et sunt in scripturis sententiæ quædam, quæ idem cõfirmare uidentur, ut Mat. 7.

Ne pronciatis margaritas ante sues &c. Ast Christus suo exemplo aliter nos docet, qui post hunc euentum interrogatus à pharisæis, quando ueniret regnum dei, incipit rursus prædicare, obliuioni tradita omni ingratitudine noue

Illorum leproforum non redeuntium ad Christum.
Sic & nobis prædicatoribus faciendum est,
nec desistemus à prædicandi officio propter mul-
torum ingratitudinem: & solabimur nos deum ra-
men inter multos ingratos semper habere pau-
cos Samaritanos, hoc est, suam ecclesiam.

Et ait illi,

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

Quintus locus proponit nobis insigne exem-
plum gratuitæ iustificationis per fidem in Sa-
maritano homine gentili, alieno à Republica
Israelis, non habente Deum &c. Ad Ephesios
capite secundo.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI VI. DOMINI

cap. xv. A Trinitatis.

Hodiernum Euangelium trahit originem
suam ex loco communi, qui textum ho-
dierni Euangelij præcedit, de reponendis thesau-
ris. Mundus in ea opinione est, quod credit, re-
positionem thesaurorum rem esse honestam,
nec uerbo dei contrariam.

Vtrumque mundus probat his & similibus ar-
gumentis. Quid honestius esse potest, quam cõ-
iugi, liberis & familiæ de uitæ necessarijs prospici-
ceret? E contra quid inhonestius, quam coniugem,
liberos & familiam per imprudentiam fame
perdere? Item diuitiæ bonæ dei creaturæ sunt.
Abra

Abraham, Loth, David & alij sancti patres diuitias habuerunt. Quæ & similia argumenta in suo sensu accepta, & uera sunt, nec uerbo dei contraria, neq; etiam naturæ, quam uerbum non eradicat è mentibus hominum. Cæterum hic diligenter est consyderandum, quid hic damnet Christus, quid non. Vxori, liberis & familiæ prospicere non improbat Christus: neque negat diuitias esse bonas Dei creaturas. At diuitijs apponere fiduciam, corde illis adherere, uxori, liberis, & familiæ ita prospicere, ut interim uerbum negligas, nunquam periturum thesaurum, hoc est, quod hic damnat Christus. Nam mundus non est contentus suis argumentis prædictis, sed longius recedit, donec eo uenit, quod infert hominem Christianum posse cum fiducia & studio recondere thesauros, & simul seruire deo. Hanc opinionem corrigit Christus in hodierno Evangelio, cum inquit: Nemo potest duobus domini seruire, simul cum fiducia & studio recondere thesauros, atq; pius esse. Vel etiam Apostolo confirmante in prima epistola ad Timothæum capite sexto. Radix omnium malorum est studium pecuniæ, quam quidam dum appetunt, aberrant à fide, quæ sententia in hæc uerba pauca includi potest. Pietatem non posse cum fiducia in pecuniam & studio pecuniæ subsistere. Fiduciam itaque si dempseris unâ cum studio, sic licet reponere thesauris

sauros exemplo Abraham, Loth, Davidis, & aliorum, ex his causis, & in hunc finem, ne superflua pereant, aut neglectu aut nimio luxu perdantur. Et cum omnium diuitiarum communis finis est, ex uerbo dei, & lege naturæ probatus, quo exerceamus diuitis beneficentiam, non est impium tempore ubertatis reseruare superflua, ut illis misericordiae seu humanitatis officia opereris in alios. Sic Ioseph Gene. 41. conseruit Aegyptijs, quo frumenta recondant, ne pereant fame ad septem annos duratura.

Verum quia naturæ impossibile est, fiduciã & studium pecuniæ deserere: idcirco ualde periculosum est repositione thesaurorum occupari. Præterea fiducia & studium pecuniæ res sunt cognatæ diuitis seu thesauris: sicut hoc pulchre indicat mimetica illa confabulatio diuitis illius, de quo scribit Lucas 12. Ille dicit ad animam suã. Anima habes multa bona reposita in multis annos, requiesce, comede, bibe, gaude, quod diues. Nunc omnis res in uado est. Ich hab nun mein ochssen auff's trenge bracht. Et Ecclesiasticus ait cap. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita sua &c.

Monemur autem hoc loco de non reponendis thesauris, ad duo. Alterum ut simus solliciti pro æterno thesauro, qui perire non potest. Hic uero

uero consistit in cœlestibus diuitijs, quales sunt, uerbum, regnum cœlorum, iusticia, uita æterna, & omnia, quæ sunt uerbo cognata. Qui hūc thesaurum habet, Christus Lucæ 12. diuitem eroga deum uocat. Alterum ne simus solliciti pro uictu, quem deus ex generali prouidentia, qui uisus omnibus rebus creatis prouidet, dat: copiosus uero illum dabit omnibus illis, qui prius æternorum bonorum thesaurum quærunt (sicut audiemus in hodierno Euangelio) regnum cœlorum & iusticiam eius. Quæ duo dogmata licet omnium maxima & utilissima sint, tamen adeo cæci sumus ex innata nobis diffidentia, quod potius iudicium rationis sequamur, quam tam magnificam de æterno thesauro, & de uictu ex prouidentia dei expectando, promissionem. In causa inquam est ratio, quæ præsentibus occasionibus ducitur, neque uult credere rebus, quas non uidet, promissis. Quare & ante textum hodierni Euangelij, in uniuersum damnat Christus iudicium illud rationis aduersus promissiones dei obstreperum semper, & docet rationem circa ueros thesauros fœdissime errare, neque quicquam intelligere de ratione thesaurandi æternos thesauros.

Inter cætera loco de thesauris colligendis, in signem sententiam aspergit Christus. Nam ubi fuerit thesaurus uester, illic erit & cor uestrum: qua sententia probat Christus, studiosos rerum temporalium, & thesaurorum corporalium,

non posse cœlestes thesauros habere, aut quærere. In qua enim re delectatur animus, in ea occupatus est: teste etiam Poeta. Pectora nostra duas non admittentia curas. Hanc sententiam incipit Christus in hoc Euangelio maxime urgere, quam illustrat exemplo ab impossibili, ostendens studium pecuniæ, & curam uictus, cum uera pietate subsistere non posse: quemadmodum impossibile est, unum hominem posse duobus dominis seruire, diuersa præcipientibus. Verum qui illi sint domini, exponit Christus, quorum alterum deum appellat, alterum mammonem.

Summary loci.

1 Studium nostrum, & fiducia pro diuitiis & in diuitias, cum uera pietate subsistere non possunt.

2 Non est sollicitandum de uictu:

3 Quærere regnum dei & iusticiam eius, caritatis sunt, quas sua sponte sequitur uictus sine nostra cura.

Nemo potest.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Docet in primo loco Christus, quod Paulus clarius explicat ad Timoth. capite sexto prioris epistolæ: uidelicet studium pecuniæ, & fiduciam in pecuniam (Est enim fiducia studi necessarius comes) cum fide seu uera pietate subsistere non posse. Ratio est, quam hic adfert Christus

Christus. Nemo potest duobus dominis seruire. Ratio uero sumpta est ab impossibili & communi sententia per ipsam experientiam probata. Verba Apostoli sunt. Cæterum qui uolunt ditescere, incidunt in tentationem & laqueum &c. Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniæ, quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide. Est uero hic à fide aberrare nihil aliud, quàm relicta fiducia in deum, opibus fidere. Hoc autem summum peccatum est contra primum præceptum, quod iubet omnem fiduciam in deum proicere: hic quia unus est. Deuteronomij capite sexto, ideo ferre non potest, ut circa illum alius quispiam deus colatur. Qui & si ferre possit, tamen nobis est impossibile, ut uerè seruiamus duobus dijs. Ut enim in rebus civilibus, duobus dominis nemo seruire uerè potest: ita nec deo quis corde adherere potest, & mammonæ simul. Fortassis potest fieri, ut quis ore confiteatur, se diligere simul, & deum & diuitias, reuera tamen mendax est, quia experientia diuersum testatur, & Christus hic impossibilitatem prononiat. Est autem impossibile duobus dominis seruire, non tam quia duo sunt domini, quam quia diuersa præcipiunt. Deus iubet studium pecuniæ, & fiduciam deponere, neque esse sollicitum pro uictu, aut pro thesauris,

Econtra

Econtra Mammona præcipit cōtraria. Item
 studere pecuniæ ex mandato māmonæ, & non
 studere pecuniæ ex præcepto dei, quæ duo con-
 traria simul & semel præstare, est impossibile:
 id quod Christus in primo hoc loco argumento
 ab impossibili ducto probat.

Nemo potest.

Urget Christus supradictam causam. Nam
 ubi fuerit thesaurus uester, illic erit & cor ue-
 strum &c. Hanc illustrat exemplo ducto ab im-
 possibili. Et annectitur hic locus præcedētib;
 occupatione. Ratio enim obicit. Homo Chri-
 stianus & potest cum studio & fiducia reconde-
 re thesauros, & simul seruire deo. Potuissent eti-
 am Apostolis sic obiecisse Christo iudicium ra-
 tionis. Generalis est sententia, nemo potest
 duobus dominis seruire, probata experientia,
 quam magna mea admiratione uideo rationem
 inuertere conari. Et Iuuenalis dixit. Pectora no-
 stra duas non admittentia curas.

Duobus dominis.

Qui diuersa præcipiunt. Alter iubet studere
 pecuniæ. Alter uetat. Domini appellatione ex-
 primitur dominium.

Seruire.

Studij uerbum. Est enim seruire hic obsequi
 domino, colere, corde adhærere &c. Discernit
 Christus inter hypocrisin & ueritatē, hoc est, in-
 ter seruitium uerum, quod ex corde fit, & inter
 seruitium hypocrisis tectum,
 Aut

Aut enim.

Causa adiecta à necessario. Nam humanus animus non potest pluribus rebus occupatus esse, & illas pro dignitate bene expedire. Fieri fortassis potest, ut quis præsumat duobus dominis seruire: at bene nunquam expediet, nunquam utrisque corde adhærebit. Foris in speciem apparere potest tuum seruitium uoluntarium: uerum in corde diuersum senties. Sicut hodie uidemus in avaris illis usurarijs cõtingere, qui nobiscum audiunt uerbum, & confitentur ore se diligere deum, illi seruire &c. tamen in corde diuersum agunt.

Alterum diliget.

Corde adhærebit sine hypocrisis.

Adhærebit.

Corde seruiet, corde expediet à domino commissa &c. diligere & adhærere adfectus cordis sunt.

Non potestis.

Exponit duos illos dominos, quibus nemo simul & semel seruire potest, uterque enim dominus cordis adfectus flagitat.

Propterea dico uobis.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus huius Euangelij locus illustrat propositionem de reponendis thesauris, & clarius exponit, quid sit non reponere thesauros: Nimirum nõ esse sollicitum de uitæ necessarijs, r. 10

studere pro illis, non corde adhibere curam pro illis, non adfligi corde pro illis &c. quæ omnia certissima sunt diffidentiae signa, & incredulitatis contra primum præceptum. Item sollicitari pro uictu & corde pro illis adfligi, est negare cum Epicuræis providentiã dei. Quid enim aliud est anxie sollicitari pro uictu, quàm non credere deo, qui in primo præcepto promittit se Deum nostrum fore, iuuare nos: &c. Item. Quid aliud est adfligi sollicitè pro uictu, quàm negare deum providere rebus creatis, & illas nutrire? Exempla huius diffidentie & negatae providentiae dei plurima habes in Israel. Exod. cap. decimoquinto, ubi populus de aqua diffidit & paulo post de cibo. Punitae diffidentiae & negatae providentiae exempla habes in eodem populo. Numeri undecimo cap. ubi percussit deus Israel plaga nimis magna propter murmuraciones pro uictu contra dominum. Num. uigesimo primo, deus populum murmurantem pro uictu, ignitis serpentibus deleuit.

Numeri 20. puniuit deus propter diffidentiam uictus, Aaronem & Mosen, ne inducerent populum in Canaan.

Porrò huius diffidentiae & negatae providentiae causa eradicanda est, si uelimus à tantis uictibus liberi esse: ea autem causa est ratio, quæ tantum intuetur in præsentia, neglecta promissione, qua deus promittit nobis uictum. Duo itaq; docet hic locus. Prohibet curam pro uictu, & horet

hortatur ad fidendum deo, qui in primo præcep-
to promisit credentibus uictum. Deinde dehor-
tatur à diffidentia & negatione prouidentiae.

Credentes satis uictus habebunt, & deum do-
minum suum. Diffidentes & Epicuræi fortassis
ex suo studio habebunt uictum, sed carebunt do-
mino deo, & sentient Mammona urgentem,
qua non est alius tyrannus sæuerior & cru-
dellior: uel Salustio teste in Catilina, qui studiū
pecuniae ipsam auariciam scribit corpusq; ani-
mumq; effœminare.

Dico uobis.

Qui habetis uerbum meum, q. d. Christus mū-
dum aliter dicere, & studium pecuniae pro hone-
sto opere proclamare, quo prospiciunt homi-
nes coniugi, liberis &c.

Ne sitis solliciti.

Hic aperte uides Christum tantum damnare
curam, studium & fiduciam in diuitias.

Animæ uestræ.

Animæ appellatione potissimum intelligen-
dus uenit uictus & amictus.

Nonne anima.

Locus suasorius est constans multis argumē-
tis, quæ ordine indicabimus. Primū est sumptū
à maiore ad minus, uel à digniore ad dignius:
Anima pro uita uulgari tropo ponitur.

Vertite oculos.

Secundum argumentum à minore ad maius,

uel ab indigniore ad indignius. Merito nos p^{ro}deat auiculas nobis proponi in doctores. Mone mur & hic de usu creaturarū dei, ut inde cogno scamus potentiam & diuinitatem dei, hoc est, quòd creet, gubernet & conseruet res creatas.

Quia non serunt.

Non inquit, non faciunt suum officium, sed inquit, nō serunt &c. ad quod quidem officium non sunt natæ aues: Interim uolando & cantan do suum officium faciūt. Et dum uolant ex pro uidentia dei reperiunt, quod edunt. Homo autē natus est, ut metat & cōuehat fruges in horrea.

Et pater.

Non ait uolatiliū, ut sciamus nos habere pa trem, qui curat pro nobis. Patris uocabulū pul chre huc quadrat ad locum de uictu.

Cœlestis.

Qui non nutrit humano more: imò qui nutri re potest, ubi nulla est occasio uictus. Refer huc scripturæ exempla.

Nonne uos longe.

Commendatio hominis à dignitate, qua ex cellit reliquas omnes creaturas, ut imago dei.

Quis autem ex uobis?

Argumentum contra curam amictus, à non necessario, uel inutiles per impossibile. Cuius summa est, conatus nostros pro uictu nihil esse.

Cognoscite hila agri.

Aliud argumentum contra curā amictus à mi nori

nori ad maius sumptum à prouidentia dei. Cognoscere est fide apprehēdere. Nam & mundus uidet lilia agri, nec tamē illis mouetur, ut abiciat curam pro amictu.

Quomodo crescant.

Deo sic prouidente.

Non laborant.

Quòd lilia crescant, diuinæ prouidentiaē adscribi debet, non illorum conatibus.

Ne Solomonem.

Quia decor Solomonis nō fuit natiuus, sicut liliorum est.

Quod si gramen.

Aliud argumentum contra curam amictus, à minore ad maius, sumptum à prouidentia dei.

Cras in clibanum mittitur.

In nulla aestimatione est. Clibanus pro quotis graminum interitu accipitur.

Deus sic uestit.

Tam magnifice. Vestire est ornare.

Vobis.

Vt potioribus creaturis, neq; in uniuersum perituris, ut clibanus.

O parum fidentes.

Epiphonema constans exclamatione, quo Christus causam uictus & amictus exprimit. Nam quòd uictum & amictū accipimus, in causa est fides; quòd uero nō accipimus, in causa est infidelitas

Ne sitis igitur solliciti.

Epilogus huius contionis de uictu cum adhortatione.

Quid edemus.

Mimesis uerborum illorū non fidentium deo pro uictu. Nascitur hæc mimesis ex ratione, quæ sic argumentatur: Honestum est prospicere liberis &c. Ergo non est inhonestum curare, quid edendum ac bibendum sit.

Nam omnia ista gentes exquirunt.

Causa ab indecoro seu inconuenienti, q. d. Christus, homines gentes atq; increduli dicunt, Quid edemus &c. ignorantes prouidentiam dei, aut sane cognitam nihil curantes.

Nouit enim.

Alia causa suæ adhortationis ab effectu patris cœlestis erga nos, & a prouidentia dei, qua causa auocat nos à cura uictus. Voce cœlestis commendat nobis potentiam dei patris. Cœlestis pater est: igitur potest nos alere.

Quin potius.

Correctio per concessionem, q. d. Christus, si uultis solliciti esse, sitis potius solliciti pro regno dei, quod causa est uictus.

Quærite.

EXPLICATIO TERTII LOCI.
Tertius locus huius Euangelij agit de causis uictus

uictus, quæ sunt audire uerbum dei, credere uerbo, amplecti iusticiam, quæ est ex uerbo &c. Et est sensus huius loci, eos fame perire non posse, qui sunt in regno dei, qui audiunt uerbum, qui credunt illi, qui possident regni dei iusticiam. Pertinent huc scripturæ loci, qui hoc ipsum cõfirmant, qualis est ille in Psalmis. Iunior fui & consenui, nec uidi iustum derelictum, neq; semẽ eius quærens panem. Mundus causam uictus curam & labores facit, sed quàm hoc sit impiũ factis multis argumentis confutauimus in nostro Catechismo. Debet & hic solui obiectio illa, qua mundus obicit, & eos habere corporis necessaria, quam obiectionem diluimus in nostro Matthæo.

Quærere studij uox est. Est aut̃ quærere regnum dei, audire uerbũ & illi credere, per quod regnat in nobis deus, & nos per idem in Satanam, peccatum &c. Quia Christus iubet nos quærere regnum dei: ergo natura sumus in regno Satanæ.

Regnũ dei posuit pro cognitione dei seu Euãgelij, effectum pro causa.

Et iusticiam eius.

Quæ est in regno dei, & est effectus regni seu recognata. Et quia iusticiæ mentio fit, reuocanda huc est, & causa ipsa fides, quo impetratur iusticia illa.

Et hæc omnia.

Hi effectus satis testantur regnū dei esse causam uictus. Marci 11. fidem causam facit Christus. Creditis, quod accipitis, & erunt uobis: id quod alius uerbis hic effert Christus. Et hæc omnia adiciuntur uobis. Locus præsens promissio est, propter quam etiam ut causam sequitur uictus. Excludit hæc promissio meritū ex opere operato.

Omnia adiciuntur uobis ad inquisitionē regni dei, & iusticiæ eius, ut effectus commendat nobis potentiam regni dei, & iusticiæ eius, ut causarum.

Ne sitis igitur solliciti.

Alter epilogus seu ipsa per oratio loci de uictu cum adhortatione à circumstantia temporis. Crastinus opponitur quotidiano diei.

Nam crastinus.

Aetiologia quare non sit sollicitandum in crastinum, à necessario, q. d. Christus, quia crastinus ueniet dies. Ergo & uictus ueniet ex providentia dei, qui cum finit diem oriri, curabit unā cum die uictum.

Sufficit sua diei afflictio.

Id est, satis est laborare per diem, nō angere. Generalis clausula, qua concludit hunc locū de cura pro uictu Christus.

IN EVANGELIUM

LUCÆ VII. DOMINI

ca xvi. A Trinitatis.

Status nostrorum temporum, & personarū
 Mira uarias postulare uidetur, ut de Luca
 Euangelista hic aliquid dicamus, è quo hodie-
 num Euangelium de promptum est. Aduersarij
 nostri, & inimici illius iusticiæ, quam per Chri-
 stum Iesum accipimus, sola fide intercedere, gra-
 tiam, relictis alijs, hoc unico Luca innituntur,
 tanq̃ singulari operum patrono, aut illius iusti-
 ciæ, quam fingunt homines ociosi illi & securi,
 ex operibus constari. Concedimus itaq; Lucam
 Euangelistam libenter facere mentionem bono-
 rum operum, commendare illa, & summis lau-
 dibus euehere. Item quòd effectibus fidei ipsis
 operibus subinde uideatur adscribere iusticiam,
 cum sæpe pro more scripturæ cõplectitur cau-
 sam, & effectum in uno uerbo, idc̃q; iuxta *συνεχ*
δοξῆν. ut Lucæ 6. in Maria Magdalena pecca-
 trice. Remittuntur eius peccata multa, quia di-
 lexit multum &c. Et statim subiungit Euangeli-
 sta. Fides tua saluã te fecit. Et quia Papistæ non
 consyderarunt hanc in Luca proprietatem lo-
 quendi, commoti, cæperunt iustificationem ope-
 ribus tribuere, uel fidei & operibus simul. At nõ
 concedimus ex proprietate loquendi ipsius E-
 uangelistæ, probe intellecta, ideo commenda-
 re Lucam bona opera, quòd ex operibus sit iu-
 sticia. Et ut cognoscant Papistæ, qui Lucam de-
 fensorem arripiunt, iusticiam non esse ex operi-
 bus, eundem Euangelistam illis propono, qui
 in hodierno Euangelio expressis uerbis scribit

Centurionē fide suo seruo impetrasse restitu-
tionem. Et quanquam charitatis insigne exem-
plum in Centurione existit, tamen non com-
mendatur hic à Christo propter charitatem,
uerum propter fidem. Vnde commendatio fi-
dei omnibus modis magna. Amen dico uobis:
nec in Israel tantam fidem inueni. Quis igitur
Papistæ uertunt, & ora & oculos ad opera:
quæ subinde commendat Lucas, neque imme-
rito, & tam magnifica fidei encomia negli-
gunt:

Cæterum & specimen aliquod commenda-
tæ & ueræ fidei in Luca exhibebo, & simul offe-
dam, quam longe errent papistæ in struenda uia
ad iusticiam ualentem coram deo, & quam lon-
ge à Luca discrepent: Ordiamur à causis, quib.
ad iusticiam fidei peruenitur. Euangelista inci-
pit in Centurionis persona ab audito uerbo,
quod de Christo audierat. Et ex audito uerbo
de philanthropia Christi, orta est in Centurio-
ne fides. Hæc certa sibi persuadens de humanita-
te Christi, misit ad eum seniores Iudæorum &
rogauit, ut ueniret & seruaret seruum suum.

Hæc autem omnia moderatur, & facit Cen-
turio in magna & obstupescenda humilitate.
Non prætendit sua opera, non gloriatur in præ-
rogatiuis, non cupit de congruo & condigno
mereri iusticiam: imò his omnibus posthabitis,
incipit ad Christum loqui per amicos suos. Do-
mine noli uexari. Non enim sum dignus, ut sub
tectus

tectum meum intres . Propter quod & me-
 ipsum non sum dignum arbitratus, ut uenirem
 ad te, sed dic uerbum, & sanabitur puer meus.

Hinc nunc facile liquet, quos gradus ponat
 Lucas ad ueram iusticiam impetrandam: sane
 non hæc uel illa opera, non hæc illaue præroga-
 tiua merita; uerum extremam animi abiectio-
 nem, qua Centurio in se nihil, aut sanctimoniam
 aut iusticiam agnoscit, confugiens fide ut nudus
 peccator ad misericordiam Christi, & impetrat
 quod petit.

Econtra Papistæ iusticiam non ab audito
 uerbo incipiunt iusticiam quærere, quod in
 uniuersum ut seditiosam & diabolicam doctri-
 nam damnant, sed incipiunt à uerbo humano
 seu traditionibus humanis, quæ ex consensu
 rationis docent, ab operibus esse progredien-
 dum ad iusticiam ueram. Hæ traditiones hu-
 manæ postea gignunt in Papistis iusticiam
 persuasionem seu opinionem de operum iusti-
 cia; quæ aliquandiu certos detinet suos secta-
 tores, donec mortis pericula, & conscientiam
 certamina diuersum testantur. Et quales nunc
 sunt causæ illius iusticiæ, quam fingunt Papi-
 stæ ex operib. ita & humilitas est præcipuus ad
 ficticiam illam operum iusticiam gradus, quam
 potius dixeris elationem animi & superbiam,
 qua inflati iusticiam operum, audent suam sancti-
 moniam, & iusticiam opponere deo pro propitia

corio sacrificio. Hinc tot cæremonix & ritus, tot missæ & sacrificia, tot supererogatiua opera profiluerunt, quibus credidit hætenus stulta ratio, se ueram iusticiam adipisci.

Sed quæso utra nunc uia apprehendenda est ad iusticiam: Num ea, quæ à uerbo incipit, & cõdit ad fidem eiusq; effectus in summa animi humiliatione, & quam in hodierno Euangelio describit Lucas: An illa, de qua iusticiam præcipiunt: Respondeo. Lucæ uia potius amplectanda est, quæ recto itinere pergit ad iusticiam, & quæ commendat hic Christus, cū inquit. Nec in Israel tantam fidem inueni. Interim non damnatur charitas ut opus in Centurione, quam & Lucas suo more diligenter exaggerat: at non ultra debitum, sed ita ut fidem causam iusticiæ esse sinat non opera.

Hæc igitur ad hodiernum Euangelium præfari uolui, ut cõtunderem istorum ora, qui pro libidine diuulsas scripturæ sententiâs coaceruât, ut ueritati incommodent. Neq; iniquum esse iudicauit, eos cõfundere autoritate Lucæ, qui Lucam in patronum sine omni uerecundia ad operum iusticiam trahunt.

Summarum loci.

1. Aud'tum uerbū, fides & necessitas urgent ad Christum. Fides autē non tam suam, q̄ aliorum calamitatem proponit.

2. Orandum est etiam pro gentili magistratu: maximè autem pro illo, qui nō impedit ueram religio

religionem, quanquam non probet.

3 Veræ humiliationis exemplum in Centurione est, qui non audet accedere Christū, sed mittit intercessores. Hæc humiliatio certus est ad hunc gradum, quæ postea impetrat iusticiam & alias res, quas petit.

4 Vehementissimæ fidei exemplum in Centurione est, in quo proximè cernitur, & quid sit fides: nempe certa fiducia & firma, & quæ sit natura fidei.

5 Fides impetrat quod petit, & huic soli ascribitur acceptio rei petitæ.

Centurionis autem.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Primus hodierni Euangelij locus agit de causis, quibus primum motus fuit Centurio ad petendum præsidium à Christo. Et quia in re aperta, non admodum uolunt occupati esse Euangelistæ, igitur & Lucas tantum duas causas præmittit, uerbum & necessitatem. Fidem ut causam accessionis in Centurione relinquit ex uerbo, ut causa colligendam, & ex rogatione, quæ rogauit Christū pro serui restitutione, quæ effectus est fidei: itè permittit & Christo postea commendandam fidem in Centurione.

Monemur itaq; primo hoc loco de causis propellentibus ad Christum. uerbum monstrat uiam. Necessitas urget. Fides inuocat, non tantum pro se, sed & pro proximo, id quod charitatis est

est, cuius uiuacissimū exemplum hic cernimus
 In Centurione, qui non minus sui serui calamitate
 adficiatur, quam propria. Et docemur hie
 quæ natura sit ueræ charitatis, quæ semper pro
 ximi cōmoda proprijs præfert, sicut & incom
 moda. Vnde & Apostolus inquit 1. ad Corinth.
 13. Charitas non quærit, quæ sua sunt. Ostendit
 & primus hic locus fidem ueram nō posse ocio
 sam esse, sed semper conari, ut declarat charita
 tis operibus.

Centurionis autem seruus.

Hominis gentilis. Proponitur hic Centurio
 gentilis in solatiū, ut habeant exemplū, quo cō
 firment suam uocationem è gentilitate factam.

Seruus male habens.

Propositio sequentis euentus. Male habere
 & agere animam, exaggerant necessitatem.

Qui illi erat charus.

Sine dubio propter fidelitatem.

Et cum audisset.

Causa motiua ad Christum, audire uerbum
 unde postea fides in Centurione, quæ nō est oc
 iosa, sed inseruit charitati.

Misit ad eum.

Veræ humiliatiōis exemplum in Centu.

Rogans eum.

Rogare effectus ueræ fidei est erigentis se ex
 humiliatiōe ad Christum,

At illi cum uenissent ad eum.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Relinquitur nobis in secundo hoc loco exemplum orandi pro magistratu & pro illo, qui etiam non est de nostra religione, aut non admodum probat eam, modo non impediatur. Causa huius orationis finales describit Apostolus. 1. ad Timoth. cap. secundo, ubi inquit. Adhortorigitur, ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis, ut placidam & quietam uitam degamus, cum omni pietate & honestate. Quidam furiosi homines plane in ea opinione sunt, quod credunt impium magistratum prorsus non esse ferendum in suo officio. Quidam nec eos ferendos esse contendunt, qui & si probent religionem ueram, tamen quia non aperte conuittantur contra quos uis uerae doctrinae aduersarios, aut quia non utuntur extrema libertate in omnibus rebus, deponendos putant. Quidam prorsus negant magistratum & Christianum simul esse posse. Horum sententiae improbantur exemplo seniorum inter Iudeos, qui pro Centurione sollicitate rogant Christum. Et Centurionis magistratus ualde commendatur a Christo, ut uerus Christianus.

Præterea charitatis exemplum proponitur in hoc secundo loco in senioribus Iudæorum, qui

qui intercedunt pro Centurione. Et quia sollicitè rogant Christum pro illo, exprimitur natura charitatis exaggerantis semper proximi necessitatem.

Oratio seniorum suasoria est à dignitate personæ Centurionis, & à præstitis in Iudaicū populum beneficijs.

Jesus autem ibat cum illis.

Effectus orationis ex fide factæ. Ad alienam fidem it Christus, quanto magis ad propriam.

Et cum longe esset a domo, misit ad eum.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus ponit nobis ob oculos ueræ humiliationis exemplum in Centurione. Ea non est quæ in hypocrisis consistit, & tegitur prætextu rerum externarū, qualem humilitatem fingunt Monachi: uerum est animi humiliatio, quæ ex ueris cordis terroribus constat, qui oriuntur ex cognitione peccatorum seu indignitatis nostræ, abiciens omnem propriam fiduciam & sanctimoniam, accusansq; se tanq; puluerem in conspectu dei. Qualis humiliatio in Dauide fuit cū obiurgaretur à Nathan propheta: & qualis describitur in peccatore. Lucæ 18. qui nō audebat oculos suos in cælum attollere. Nam sine dubio sic adfectus fuit in animo suo Centurio. Dominus, ego miser sum peccator: tu uero iustus solus, cam igitur quam tu habes iusticiam, mihi nudo

mudo peccatori impartito. Hæc fidei uerba fue-
 runt, qua se rursus erexit Centurio ex humilia-
 tione ad misericordiam apprehendendam. Si
 uero permansisset Centurio in hac humilitate,
 nec erexisset se fide ad Christum atque dixisset:
 Sed dic uerbum, & sanabitur puer meus: nihil
 profuisset illi sic humiliari. Discernendum ita-
 que est inter humiliationem, quæ non audet se
 fide ad gratiam erigere, & inter humiliationem,
 quæ fide exurgit ad misericordiam fide accipi-
 endam. Et Saul humiliavit se coram domino,
 confessus est indignitatem suam & peccata: ta-
 men nihil profuit ei tam profunda etiam humi-
 litas sine fide. Ita nec Iudæ in salutem cessit humi-
 liatio sua omnium maxima, qua aperte dixit,
 se iniustum sanguinem prodidisse, quia fide
 caruit.

Et nos plerumque sic cogitamus, indigni sumus,
 peccatores sumus, miseri atque infirmi. At deus
 summa est maiestas, iusta & bona, quæ tantum
 dignis & iustis promittit exauditionem: quid in
 sic, uel sic uiuere: quid si talis & talis essem, for-
 tassit exaudiret me deus. Verum hæ cogitatio-
 nes sine fide ipsissimi cruciatus sunt, ipsissimi
 infernus certissimaque desperatio: quare hæ co-
 gitationes fide moderandæ sunt, concipiendus
 est animus, & reparandæ sunt uires, illis scriptu-
 ræ locis, qui testantur Christum propter pecca-
 tores ac indignos uenisse, non propter iustos,
 ut Esa. 61, Matth. 9, & 11, Venite ad me omnes,

qui laboratis & onerati estis, ego reficiam uos.
 Monachi olim differentes de indignitate nostra multas conscientias ad desperationem adigerunt: neque hodie desunt, qui nouum monachatum parturiunt, & præscribunt conscientiarum iter confitendum, nescio quas sentiendi dignitatem & indignitatem regulas. Cæterum longe aliter de indignitate nostra docet nos Cæturio, qui se indignum multis uerbis proficitur: sed non sinit illam indignitatem sibi causam esse desperationis: uerum occasionem salutis. Siquidem scriptura confessionem indignitatis nostræ, non ideo requirit, ut illa nos perdat: uerum potius, ut seruet, id quod fit, quando confitemur nos indignos, & humiliamus nos coram deo, cum fide erigente se ad misericordiam promissam.

Et sic confiteri atque humiliari appellat scriptura facere iudicium & iusticiam. Mich. 6. Iudico tibi o homo, quid sit bonum &c. utique facere iudicium & diligere misericordiam seu iusticiam.

Misit ad eum Centurio, amicos.

Fortassis hac missione sic cogitauit Centurio, sicut & nos plerumque cogitare solemus. Ego iniustus sum peccator, mittam igitur sanctiores, quos exaudiet fortassis Christus propter sanctimoniam. Confirmantur sæpe conscientia agnoscens suam indignitatem, scripturae locis, qualis est ille. Cum sanctis sanctus eris, cum electo electus, & cum peruerso peruerteris. Psalm. 17.

Dominica

Domine.

Fidei uox non dubitantis de potentia Christi. Est enim dominus potentiae uocabulum.

Noli uexari.

Ne abscito me propter indignitatem meam.

Non enim sum dignus.

Actiologiae ne offendatur Christus indignitate Centurionis. Mimesis est totus locus uero orationis Centurionis, quibus humiliavit se coram Christo.

Sed dic uerbum.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Et quanquam in praecedentibus satis superius declarauit Centurio fidem suam: tamen in hoc quarto loco se primum efficacissime aperit. Potuisset enim Centurio desperasse propter indignitatem suam, sed hoc non facit: uerum e media indignitate erigit se, & credit uerbum dei longe potentius esse, quam indignitatem suam: & misericordiam Christi longe ualidior, quam peccata sua. Et hoc est uere credere uerbum dei esse uirtutem & potentiam dei. Ad Ro. 1. Porro fuit haec fides omnium maxima in Centurione, quia hic praeter sensum carnis, opponit se omnibus scandalis. Habuisset enim iustissimas causas offensionis Centurio, quia gentilis erat, homo extraneus a testamenti promissionis, alienus a Republica Israelis &c. Ad Ephesios cap. secundo, tamen fide erectus, perdurat contra omnia scandala, & credit in

uerbo contempto atq; humili uitam esse. Et quia hoc credit Centurio, ideo fit illi uerbum uita.

Docet igitur quartus hic locus, primum quæ sit uera fides: Nimirum ea quæ est certa fiducia erga uerbum, & in uerbum. Deinde docet hic locus, quibus pro fit uerbum: uidelicet qui omni offendiculo deposito, simpliciter credunt uerbo. Et est hic quoq; expressa ueræ fidei natura, quæ non sinit se absterri a uerbo ullis scandalis: unde nec immerito Christus fundare uoluit ecclesiam super fidem, quam Petrus Matth. 16. cap. omnium discipulorum nomine de Christo confiteretur, dicens. Tu es filius dei uiuentis. Hæc est illa fides, contra quam non ualebunt inferorum portæ. Et Apostolus ait ad Roma. 10. Qui fidit illi non pudebit. Et Dauid cecinit. Vir iustus non commouebitur in æternum.

Sed dic uerbum.

Fides reiectis scandalis credit in uerbo uitam esse. Estq; hæc fides hic altera pœnitentiæ pars, qua erigit se animus humiliatus, ne desperet ac succumbat in humiliatone, exemplo Saulis & Iudæ.

Nam & ego sum homo.

Confirmat Centurio suo exemplo confessionem fidei suæ de potentia uerbi, ducto argumento a maiore ad minus. Homini uocabulo extenuat se Centurio præ uerbi potentia, ut potentiam uerbi extollat,

Sub potestate constitutus.

Id quod uerbum non est, imò quod domina-
tur omnib. Collatione aperiore sit rotus locus.

Dico huic.

Mimesis uerborum domini imperantis ser-
uis suis. Accommodationem exempli à perso-
na Centurionis ad Christum relinquit Lucas le-
ctori accommodandam.

Admiratus est.

Super tam magnificam fidei confessionem
de potentia Christi & uerbi.

Amen dico uobis.

Iurat Christus in re seria & uera.

Ne in Israel.

Ne inter illos quidem, qui pietatis speciẽ ha-
bent, & gloriantur superbe de uera religione.

Tantam fidem inueni.

Commendatur hic sola fides, neq; habetur à
Christo respectus, uel magnæ illius humiliatio-
nis, uel charitatis famulo præstitæ.

Et reuersi.

EXPLICATIO QUINTI LOCI.

Quintus locus commendat nobis potentiam
ueræ fidei, & nos ad fidem prouocat, idq; à fidei
effectibus, qui pro petitionibus diuersis uarij
sunt. Alij enim sunt rerum spiritualium, dum si-
des petit spiritualia. Alij rerum temporalium,
cum fides petit temporalia.

Qui fide petit remissionem peccatorum, is accipit ipsam iusticiam. Qui petit fide panem quotidianum, is accipit uictum. Placet etiam hic nobis, quod multis theologis placere uidemus, qui statuunt ad miracula non solum externos fidei effectus sequutos fuisse, sed etiam internam restitutionem: Sic pie credendum est, seruum Centurionis etiam anima fuisse restitutum, quanquam cum miraculis, quæ ex aliorum fide contingunt, & quæ ex propria alia res sit, sicut in nostrum Matthæum annotauimus.

IN EVANGELIUM

LUCÆ XIII. DOMINI

ca xvij. A Trinitatis.

Tractatur in hodierno Euangelio locus communis de libertate Christiana, de qua non pauca controuersia hodie in mundo extant. Et quia illius non exiguus est usus, ad Euangelij fructus intelligendos, & ad frenandum eos, qui nostro nunc seculo sub prætextu uerbi, nescio quam carnalem libertatem introducunt: uisum est præfationis loco, in hac contione, de libertate Christiana agere, & ut commodius etiam postea textum præfati Euangelij percipiamus.

In primis autem scire refert duplicem esse libertatem. Altera carnis est. Altera spiritus est. Illa carnalis dicitur. Hæc Christiana seu spiritualis. Cum prior e sic se habet. Quomodo prædicatur

dicatur Euangelium, promittitur nobis libertas spiritualis, qua sumus liberi ab omnibus externis rebus, in negotio iustificationis, quæ datur nobis propter nullas res externas, neque propter legem, neque propter opera legis, neque propter hoc uel illud, sed gratuito propter fidem in Christum apprehendentem misericordiam dei in Christo promissam. Hinc liberi sumus ab omnibus legibus Mosaicis, à decalogo, iudicijs & caeremonijs, ab humanis traditionibus omnibus, in quibus ante cognitionem Euangelij quaerimus iusticiam, tamen frustra.

Verum ut ratio omnia opera dei etiam optima, qualis reuera est libertas Christiana, sinistre accipit, Præterea & natura humana cuncta dei opera præpostere intelligit: ita & hic in libertate Christiana accidit, quam humana natura à spiritu ad carnem, & à rebus spiritualibus ad corporales trahit: donec tandem ex spirituali libertate facit carnalem. Illa docet nos liberos esse ab omnibus rebus externis in conscientijs, quantum attinet ad iusticiam ualentem coram deo. Hæc intelligit nos liberos esse ab omni civili obedientia, quòd amplius nullis legibus, nulli honestati, nulli denique magistratui obtemperemus. Qui falsus & carnalis libertatis Christianæ intellectus, ante decennium conflauit nobis rusticum tumultum, pròh dolor, miserabilem.

De hac libertate carnali timuit & libi diuis

Paulus. Ad Gala. 5. Postq̄ docuerat Galatas de Evangelio, & Christiana libertate, ne in carnis libertatem proruerent. Adeo enim facilis est transitus à prædicatione libertatis Christianæ, ad illam libertatem carnalem. Hinc merito omnibus prædicatoribus timendum est, ne nimia indulgentia perdant suorum auditorū animos, & præbeant illis occasionem ad carnis libertatem: quæ ut paucis ostendam, quid sit, liber carnis uerè diffinire. Carnalis libertas est, qua sub prætextu Euangelij, quiduis nobis licere putamus, nullo habito respectu, aut obedientiæ civilis, aut personarum, quæ possint nostris malis operibus offendi. Huius autor Satan est, qui est omnis civilis obedientiæ & honestatis interturbator atq; impeditor. Huius effectus sunt omnium periculosissimi, tendentes ad turbationem & dissolutionem omnis obedientiæ, ac ciuilitatis honestatis: quales sunt, Ciere tumultus, soluere pacem, tollere ciuilem obedientiam, auferre honestatem, immutare publicas ordinationes, labefactare & perdere respublicas &c. Talia sancti insana opera non docet Euangelium: quæ tamen, quia adsunt hodie plurima: igitur certum est, maximam partem eorum, qui nunc audiunt Euangelium, pro spiritali libertate carnalem apprehendisse.

Et ut monstrem quàm longe erret uulgus auditorum uerbi, hac sua impia opinione de libertate, subiiciam ab antithesi descriptionem Christianæ

Christianæ libertatis, quæ nihil aliud est, quàm libera assertio in spirituali regno Christi, qua assuevit Christus omnes in eum credentes, liberòs ab execratione legis, mortis, Satanæ & peccati: adeoq; ab omni rerum externarum obseruatione, idq; in negotio iustificationis, quæ gratis offertur credentibus propter Christum, intercedente fide.

At quia non statim deo naturæq; concedimus, sed oportet nos hic in terris adhuc aliquandiu morari, translati in hanc libertatem spirituales: idcirco externas ciuiles ac politicas ordinationes in mûdo, boni ordinis, & publicæ tranquillitatis seruandæ gratia, obedienter seruamus. Quamq; interim, & ab his liberi sumus in conscientijs, quod tales externæ ordinationes, siue nunc sint politicæ siue ecclesiasticæ, nihil faciunt ad iusticiam coram deo. Huius libertatis causæ sunt. Christus persona liberans & propter quam liberamur. Iuxta illud. Si filius uos liberos reddiderit, uerè eritis liberi. Euangelium causa est, quia hanc libertatem, quæ contingit nobis per Christum annunciat & reuelat. Et Spiritus sanctus, qui gubernat & conseruat illam libertatem per Christum fide acceptam. Quales uerè nunc sunt causæ hæ libertatis Christianæ, talis quoq; est ipsa libertas. Nec opinor quispiam dicet Christum, Euangelium & spiritum sanctum turbare publicas & ciuiles ordinationes, pacem soluere, honestatem tollere & similia. Et cū

hæ causæ nihil malorum adferant, nec ex natura adferre possunt: sane longe diuersissimos effectus habebit Christiana libertas, ab effectibus carnalis libertatis, qui esse possunt præcipui à commodis, quæ per eam accipimus, ut sunt. Habere remissionem peccatorum gratuitam sine lege ulla aut conditione.

Esse liberos nos credentes Christo, à iure & maledictione legis.

Esse nos liberos factos à Satana, peccato, morte &c.

Esse nos donatos credentes Spiritu sancto, qui uiuificat nos ad nouam uitã, erigit & cõseruat.

Esse non liberos ab omnibus legibus, ordinationibus traditionibus &c. in negotio iustificationis. Alias pacis & publicæ honestatis conseruandæ gratia, & ut omnia cū decoro fiant, præstamus externis ordinationibus, obediẽtiam, qua testamur apud alios nos esse Christianos, ut aliamus eos ad ueram religionẽ amplectendam.

Qui uero aliõ trahunt libertatẽ Christianam & ea abutuntur, sicut supra dictum est, illi apertis factis testantur se adhuc sub lege esse, & executioni legis subiectos. Iuxta illud. Ad Ro. 8. ut iustificatio impleretur in nobis: qui nõ secundum carnem uersamur, sed secundum spiritum. Item priore ad Tim. 1. In iustis lex posita est. Tales itaque libertate Christiana, tñ adhuc sunt sub lege, hoc est, agitantur procellis & execrationibus legis, & damnantur per legẽ & accusantur.

Denunc itaq; hactenus dicta spirituali & Christiana libertate in hodierno Evangelio exemplum habemus, in quo uidemus quando & propter quas causas licet Christianum libertatem exercere & cauti: Nimirum quando sana doctrina confitenda est, & quando necessarium opus exercendum est in proximum. De sana doctrina aliquot exempla extant in Ioanne Evangelista, & in alijs. Charitatis seu necessitatis exemplum hic habes in hydropico sabbato die restituto sanitati. De utrisq; uero rebus tam de sana doctrina, quam de necessarijs charitatis operibus mandatum dei habemus, cui obediendum est simpliciter, rumpantur uel illa hypocritis. Nam oportet deo magis obedire, quam hominibus. Sic quando uidemus hypocritas iusticiarios humanas traditiones praeferre syncerae doctrinae aut aequare: uel cum uidemus hypocritas sabbata, & res similes etiam legis diuinae praeponeere necessitati proximi: semper respondendum est. Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.

Verum ut iam liberum est, & sine peccato, propter praedictas causas, libertate Christiana uti: ita & necessarium est diligenter uidere, ubi humanis traditionibus agitur, ut discernamus infirmos & pertinaces. Infirmorum magnus est habendus respectus: pertinacium non itidem. Voco autem infirmos, qui audiunt quidem uerbum, sed per omnia nondum ueram libertatem

tatem intelligat. Pertinaces sunt, qui etiam ueritate uicti in conscientijs tamen cedere nolunt: aut qui humanas traditiones, seu leges quoque Mosaicas ad iusticiam necessarias requirunt. Pro infirmis exemplum habes in Apostolo, qui propter infirmos passus est circumcidi Timotheum. Contra pertinaces Titum seruauit incircumcisum.

Regula.

Charitas magistra esse debet in moderanda, & gubernanda libertate in uitæ moribus & traditionibus humanis.

Summarum loci.

- 1 Philanthropiæ ac humanitatis exemplum est in Christo, qui conuictum hypocritarum seu pharisæorum non fugit. Sed obserua premium philanthropiæ illius, quod est obseruare Christum.
- 2 Propter ingratitudinem non est desistendum ab officio, ad quod quis uocatus est, exemplo Christi, qui quanquam obseruetur à pharisæis, tamen docet & sanat, quæ sunt Christi propria officia.
- 3 Gratia proximi licet uiolare quæuis præcepta etiam diuina, quæ spectant ad exteriorem dei cultum, certo populo ad certum tempus præscriptum: qualia fuerunt sabbatum, panum propositionis esus, sacrificia externa &c.
- 4 Summa est gloria coram deo nihil in se agnoscere

scere, exēplo illorum, qui è humiliatōne in ac-
cubitu nuptiarum è loco nouissimo parant sibi
summam gloriam. E contra summus contem-
ptus est coram deo, aliquid in se agnoscere, ex-
emplo illorum, qui in nuptijs ambiunt primos
locos.

Et factum.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Primus locus cōtinet exemplum philanthro-
piæ Christi, qui adeo se præbet omnibus famili-
arem amicū, quòd etiam pharisæis se associet,
in hoc ut eos deo patri lucrifaciat. Verum non
fit pharisæus, ut uel illorum doctrinam uel uite
mores sequatur, sed quo suum expediat officium,
ad quod erat missus à patre. Et quanquā hu-
manæ naturæ uicio accidere solet, sicut passim
cernimus in Euangelistis, quòd hypocritæ san-
ctuli Christum propter suam conuersionem su-
spectum habeant, & è sodalitiis iudicent, & per-
sonam & doctrinam, tamen Christus hæc pra-
ua iudicia insanasquē suspiciones nihil moratur,
defendēs se ubique contrā, certitudine sui officij.
Sic Matthæi nono inquit. Non ueni uocare ius-
tos, sed peccatores. Item. Qui ualidi sunt, non
opus habent medico, q. d. Christus. Officium
meū est curare. Ergo oportet me uersari apud
infirmos, peccatores, pharisæos, huren vnd
est, ingredi in domum languentis mulierculæ,
&

& cum illa loqui, agere &c. ita medici exemplo nec Christus se dehonestari ait conuersatione peccatorum.

Relinquit igitur primus hic locus nobis philanthropiæ & mansuetudinis exemplum, quatenus licet nobis conuersari cum impijs in mundo: uidelicet quatenus charitatis officia & ratio institutionis permittit. Præmium quod sequitur pios conuersantes ex charitate cum impijs propter institutionem, in exemplo Christi obseruatio est in dictis & factis, ut habeant impij, quod in impijs reprehendant.

Et factum est.

Notat occasionem. Non enim est meritum pharisæi, quia Christus ingreditur domum illius.

Cuiusdam principis.

In uoce principis exaggerat Lucas ualde emphatice, einen erzbüben oder erzheuchler.

Sabbato.

Circumstantia temporis, & confirmat historiam, & simul præbet parasceuen ad sequens factum in Sabbato.

Ad accipiendum cibum.

Maximè philanthropiæ opus. Cibum capere cum impijs & hypocritis licet: at participare impiadoctrina non licet.

Et ipsi.

Præmium quod reddit mundus Christo pro sua philanthropia.

Eecce,

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus præscribit nobis formam quid agendum sit cuius in sua uocatione, contra ingratitudinem. Non enim desistendum est ab officio, nec oscitanter agendum. Nam sic omnes à natura sumus adfecti, ut eatenus diligenter studeamus nostro officio, maximè publico, quatenus sentimus gratitudinem illorum, quibus publico officio inseruimus: ubi uero accedit ingratitudo, ibi plerūq; in oscitantiam incidimus, & quærimus ab officio diuertere.

Verum Christus in secundo huius Euangelij loco, suo exemplo, aliter nos docet: qui cū obseruaretur à pharisæis, sinit illam ingratitudinem ualere, & confert se ad magis strenuam suæ officij expeditionem, cum in docendo, tum in sanando: quæ duo Christi sunt propria officia.

Quare docemur secundo hoc loco, ut strenue progrediamur in nostris officijs, nec propter ingratitudinem deseramus ea: certi in animis nostris, quòd deus defendet nos contra illos, qui nobis in publicis officijs constitutis, male uolunt. Habebimus autem post hanc uitam recompensatoria præmia & uberrimam gratitudinem.

Ecce.

Attentionis particula, q. d. Lucas, præter expeditionem accessisse hydropticū, in quo Christus commo-

eōmode responderet suis obseruatoribus. Notat & occasionem particula ecce, ut excludat meritum.

Hydropicus.

Exprimitur necessitas in persona & exaggeratur, ut sic postea clarius innotescat potentia Christi. Est enim hydropicis talis morbus, quem medici incurabilem putant. Tacet Euangelista omnes causas, quæ alioqui præcedunt miracula, ut uerbum auditum fidem, inuocationē &c. ut ostēdat Christum etiam ne rogatum quidem sæpe iuuare homines.

Dixit ad legisperitos.

Charitas proximi urget Christum ad hanc in terrogationem, ut paret sibi uiam ad restitutionem hydropici, quem legisperiti & pharisæi in sabbato non putabant restituendum. Legisperiti sunt, qui gloriabantur in peritia legis. Pharisæi sunt operarij, qui ligabant conscientias ad literam legis, nullo respectu seruato, aut necessitatis aut charitatis.

Num licet.

Quæstio est de iure, tam legisperitis, quam pharisæis apta. Illis ut peritis in lege. His ut rigidis legis ad literam custodibus.

Sabbato.

Illo die, quem deus feriandum præcepit, emphaticè.

At illi tacuerunt.

Vel

Vel expertinacia, uel propter aliam causam: quanquam pertinacia præcipua est, ex qua iusticiarum operum resistunt ueritati, sæpe etiam uicti in conscientijs.

Ipsè uero apprehensum.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus oritur ex quæstione à Christo legisperitis & pharisæis proposita. Et est de libertate Christiana, quam exercere possunt Christiani in omnes leges etiam diuinas, quæ ad certum tempus, certo populo præscriptæ sunt. Causæ libertatis sunt, sicut & in præfatione diximus. Sana doctrina & necessaria charitatis opera. De doctrina hic nihil agit Christus, nisi in quantum disputat de oblata quæstione, & in quantum docet de libertate, cum per restitutionem hydropici, tum per similitudinẽ sumptam ab asino, qui in puteum incidit. De necessario charitatis opere, hic ponit Christus exemplum in restitutione hydropici, quo probat omnes leges tam diuinas, quã humanas propter necessitatem proximi uiolari posse. De diuinis dico, quæ pertinent ad exteriorem dei cultum, certo populo, ad certa tempora datæ. Sic dauid 1. Regum 21. Panes propositionis edit, quos edere nemini erat integrum, nisi sacerdotibus: ueniente autem necessitate ab illis non abstinuit se Dauid. Ita Christus hic frangit legem de Sabbato, coactus necessitate proximi,

Cæterum ut nunc licet propter prædictas causas uiolare leges, ita in uiolandis legibus nihil est temere agendum. Qui enim ex hoc Christi factio, uellet iam accipere occasionem uiolandi quæuis sine respectu circumstantiarum, pro arbitrio, ille Christiana libertate abutetur, quæ ex sana doctrina defendenda, & ex necessarijs charitatis operibus, tanq; ex suis originalibus fontibus pendet. Doctrina sana non est tacenda ex mandato dei singulari, è quo & charitas exercenda est. De traditionibus humanis non est dubium, quin præfatæ causæ illis præferendæ sint.

De diuinis legibus ad certum tempus certo populo datis, nullum est dubium, quin propter necessitatem proximi libenter postponat eos deus, & nostra causa præponat necessitatem proximi, suis legibus, honori & gloriæ. Sicut & docent prophetæ passim, ut Esa. 1. & 58. cap. Matthæus 5. de munere deponendo iuxta altare, donec reconcilietur proximo.

Proponit itaq; tertius hic locus alteram causam propter quam licet libertatē Christianam exercere: ea uero est, necessitas proximi seu charitas in proximum. Sic hodie seruo sabbatum & non seruo: edo carnem & non edo: seruo hunc & non seruo &c. pro ut monet necessitas & charitas.

Præterea monet hic tertius locus obiter, quid sit propriè feriari sabbatum: non ociari tantum &

et quiescere ab externis operibus sed inseruire proximo. Siquidem propter hominem & usum hominis institutum est sabbatum; sicut Christus inquit. Marci 2. Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum. Et hunc esse uerum sabbati usum subinde restantur prophetæ, ubi scribunt propter neglectum charitatis, deo sabbatum, neomenias & sacrificia facta abominationem & nauseam. Esa. 1. Amos 5. Heb. 6.

Ipsa uero.

Cum tacerent legisperiti & pharisæi ad propositam quaestionem. Christus interim facit, quod quaerit quaestione rectum & pium esse, restituit hydropicum atque dimittit. Nec ipse dissoluit quaestionem, sed aliam superinducit, uel quia statuit legisperitos & pharisæos uictos esse in conscientis, uel ut ex illorum responso eliciat, quod probatum uelit: scilicet licere causa necessitatis seu charitatis uiolare sabbatum.

Cuius uestrum a sinu.

Probat simili exemplo licere sabbatum uiolare necessitatis seu charitatis gratia.

Et non poterant.

Victi in conscientis de ueritate. Et quamquam legisperiti & pharisæi nihil contradicere possunt, tamen perdurant in sua cæcitate & pertinacia. Adeo res ardua est posse operarium aut alioqui ciuilibiter sapientem conuerti ad Christum.

Dicebat autem ad inuitatos
parabolam.

EXPLICATIO QVARTI LOC.

Quartus locus reprehendit fastum & superbiam illam spirituales & internam legisperitorum & maximè pharisæorum, qua turgent apud animos nimia sanctitate inflati, in hoc ut ipsi uideantur soli sapere, & esse reliquis hominibus sanctiores, prudentiores & beatiore. Ex hoc spirituali ac interno fastu, fit tandem, ut etiam foris primatum ambiant, aut primos locos. Et credo uix aliud genus hominum etiam externe elatius ac superbius existere in mundo: Verum cum hic fastus siue nunc externus siue internus sit, præcipuum impedimentum ad Christum exitat: hic autem ex suo officio omnium hominum salutem quærat: accingit nunc se ad illius fastus etuulsionem, quo ipse locum solus habeat. Cum enim Christus locum habet, quando per dejectionem & humiliationem animi nihil in nobis agnoscimus. Et sicut Esa. ait ca. 40. de præparatione uia: Ioannis præcursoris parantis Christo &c. Insinuat igitur summatim hæc parabola, nihil in se agnoscere, nulla operum fiducia turgere; tandem coram iusticia Christi se humiliare: illa inquam esse certos gradus perueniendi ad gloriam, iusticiam & uitam æternam: non aliter atq; is, qui in nuptiis nouissimum locum occupat, postea ab eo, qui illum inuitauit, transfertur in locum superiorẽ cum summa gloria. Hæc parabola pulchre cohæret cum præcedenti.

dentibus. Nam suprā egit Christus cum inflatis doctoribus ex fiducia operum. Nunc cum reliquis inuitatis agit eodem morbo laborantibus.

Parabola docet Christus, quia optima & facillima ratio est instituendi uulgus, quæ fit per parabolas.

Eligerent.

Notat hac uoce causam ambitus, ipsum factum.

Cum inuitatus fueris.

Parabola sumpta est à communi ritu nuptiarum, & à quotidiana experientia.

Et tunc incipias cum rubore.

In magna ignominia & confusione conscientiarum frustrabuntur operarij spe de operum fiducia concepta.

Recumbe in nouissimo loco.

Humiliare & deince factum animi.

Quia omnis.

Epiphonema quo concludit Christus humiliationem animi causam esse gloriæ nostræ apud deum.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI XXII. DOMINI

ca xvij. A Trinitatis.

Sæpe monuimus pro cõtione, non exiguam lucem addere dominicalibus Euangelis, si

eor: occasio diligēter ex p̄cedentib. colligitur.
 Nam Euangelia dominicalia plerunq; eiusmo-
 di sunt, quę aut imprudenter aut negligenter d̄-
 uulsa sunt ā p̄petua ac cōhærēti orationis serie.

Occasio autem huius Euangelij inde nascitur:
 Turba auditis magnificis Christi argumentis
 de resurrectione contra Sadducęos, qui con-
 tra tam ualida argumenta ne hiscere quidem
 possunt, stupescit ad doctrinam Christi, & mira-
 tur illam. Pharisei autem cum audissent uic-
 riam Christi contra Sadducęos, pro sua perti-
 nacia nihil mouentur ad pietatem: sed de nouo
 aggrediuntur Christum, externam diligētiam
 adhibentes, quo si non uincant Christum (Qui
 enim uincerent pharisęi eum, quem Sadducęi
 inuictum reliquerant) tamen tentando circum-
 ueniant & ad minus confundant. Ea namq; est
 semper operariorum pertinacia, qui & si sciunt
 se contra Christum & iusticiam fidei nihil posse:
 tamē pulchrum simul ac iucundum esse putant,
 non nihil negotij facere illius iusticię prædica-
 toribus, & illos molestare. At consolatorium
 nobis est, quod nulli pharisęi, nulli Sadducęi,
 nulli deniq; iusticiam contra iusticiam fidei uin-
 cere possunt, tentent interim quantum uelint,
 & struant quascūq; eligant astutias. Nam oportet
 ut tandem muti abeant, & qui non audeant
 amplius interrogare.

Perspicitur autem in hoc Euangelio insigne
 exemplum humanę cęcitatıs & pertinacię,
 quę

quæ subinde augetur & crescit, tantoq; magis, quanto clarius prædicatur uerbum purum. Sic Christus ante hodierni Euangelij textum, manifesta ac certa assertione euicerat Sadducæos in proposita quæstione de resurrectione. Videbant hanc uictoriam Christi omnes, qui aderant præsentibus, etiam ipsi pharisæi audiebant, sicut inquit Matthæus. Pharisæi cum audissent, quod obturasset os Sadducæis &c. tamen nihil mouentur pharisæi iusticiarum uictoria Christi, sed magis excæcantur & indurantur, de nouo incipientes cum Christo disputare contra conscientiam, in qua uicti erant de ueritate, si quomodo possent capere Christum & confundere, tantum in hoc, ne operum fiducia patiantur periculum; maneat interim ubi uelit conscientia. Et hæc pertinacia atq; inuidia est, quæ non uult credere personæ Christi contemptæ & humili. Quæ duo uicia apud iusticiarios frequentissima, ut etiam ciuilitate magna peccata sunt, ira quod sæpe integra regna, & Respublicas funditus in ruinam duxerint: sic omnium maximum peccatum coram deo est: ex pertinetia & inuidia damnare ueritatē contra conscientiam, tantū quia inuidemus personis prædicatoribus, aut quia ex pertinetia nolumus per Christum nostra opera in nihilū redigi coram deo.

Tales itaq; pharisæi, quales hic describit hic Christus, in magno numero hodie reperiuntur, qui uicti in cōscientijs de nostra sincera doctri-

na, tamen quia nō est à turgidis iusticiarijs redēta, sed ab hominib. exiguæ fortune, odio illam habent, & persequuntur. Porrò quæstionem quam hic legis doct̃or proponit Christo, eam communem habent omnes iusticiarij: uidelicet quod magnum sit mandatum in lege; cogitantes Christum maius aut excellētius allaturum, ut sic statim in responso capiatur Christus tanquam corrector aut abrogator legis diuinæ. Siquidem hæc persuasio habet omnes operarios, quod credunt nos diuersam à Biblia sacroq̃ uerbo doctrinam adferre atq̃ docere. Verum sicut Christus hic ipsius legis uerba profert: ita & nos præter doctrinam illam antiquam, in sacra Biblia fundatam, non aliam adferimus. Apparent uero iusticiarijs omnia noua, quia nos maximam scripturæ partē, uti æquum est, ad Christum eiusq̃ iusticiam pertrahimus. Illi autem contrarium faciunt, ueteres utres, sicut Christus loquitur Matth. 9. non apri ad concipiendum nouum mustum. hoc est, ad intelligendam iusticiam fidei & Christianam libertatem. Sed quæadmodum Christus in hodierno Euangelio suo responso de primo præcepto statim prosternit omnia tentamenta pharisæorum: ita & nos facillime unico mandato primo proposito, omnes iusticiarios operum iugulare possumus, adeo, quod ne hiscere quidem possint contrā.

Est enim primum mandatum, fidei præceptum

ptum non operum, teste etiam Mose. Deut. 6. cum inquit. Diliges dominum deum tuum ex tota anima tua, & ex totis uiribus &c. Quare di-
 sputaturus cum iusticiarijs non potest præscri-
 bi certior forma disputandi, quā ubi illi de ope-
 ribus legis interrogant, tu propone opera le-
 gis prioris tabulæ, & statim in conscientijs sen-
 tient se superatos, quia experientur in animis
 se non posse præstare legem: Postea urge illū,
 qui ad executionem legis promissus erat, & qui
 nostro omnium nomine legem ad iusticiam im-
 pleuit: hic est Christus Iesus. Vnde & accidit,
 quod Christus in hoc Euangelio pharisæis ali-
 tur illis de Christo, & cuius sit filius, ut occulte
 insinuet, se in hoc promissum esse & uenisse, ut
 illorum nomine & omnium hominū legi satis-
 faciat, quæ humanis uiribus & externis operib.
 impleri neq; potuit, neq; adhuc potest. Et ne du-
 bitet q̄ potens sit Christus satisfacere legi, pro-
 bat se maius aliquid esse, quā hominem; scili-
 cet dominum Dauidis, & sic per consequens &
 deum.

Summarū loci.

1 Homines contempti & ignobiles sentiunt
 effectus potentiaē uerbi, & eos admirantur. Sa-
 pientes uero mundi & nobiles, potentia uerbi
 in conscientijs uicti, magis excæcantur & indu-
 rantur contra uerbum, exemplo turbæ obstu-
 pescentis ad doctrinam Christi & pharisæorū,

Qui redduntur cœciores & pertinaciores.

2 Operarij semper sunt in ea opinione, quod credunt prædicatores iusticiæ fidei aliquid noui aut diuersi à lege adferre: ideo opponunt se defensores legis. Christus autem & prædicatores gloriæ Christi, prædicatione iusticiæ fidei non tollit præcepta legis, sed magis stabiliant, nec diuersam à lege doctrinam adferunt: uerū interrogati de lege, legem proponunt, & de lege respondent, non ut doceant homines sua legis impura adimplerione, satisfacere legi posse, aut per illam cōpletionē eos iustificari, sed ut proposita lege ducant homines ad cognitionē impfectionis, seu impossibilitatis suæ, & faciāt eos pro Christo uero legis cōpletore circūspicere.

3 Ideo addit Christus has uoces. Ex toto corde legē, dum proponit pharisæis de Christo quæstionem, ut tacite doceat eos de potissimo Christi promissi officio.

4 Iusticiarū operum coram Christo iusticiæ fidei prædicatore nihil possunt, neque respondere neque ulterius interrogare.

Et cum audissent turba.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Aperit se primo huius Euangelij loco, id quod passim scribunt prophætæ de illorum hominum genere, qui forent suscepturi Euangelium, admiraturi gloriam & potentiam uerbi; quales sunt homi-

homines contēpti in mundo, humiles, nullis nominibus clari, stulti, abiecti, de turba &c. quos ideo eligere deum memorant prophetæ, ut sapientiam sapientum perdat, & intelligentiam intelligentum &c. Esa 29. Pertinet huc totum primum caput prioris epistolæ ad Corinth.

Porro quod prophetæ de auditoribus Evangelii scripserunt, in hoc primo loco aperte cernimus, in quo uidemus turbam obstupescere ad doctrinam Christi, quam sentit potentiam dei esse. Pharisei rursus homines sapientes & iusti in mundo excœcatur doctrina Christi magis ac magis. Est igitur primus hic locus partim consolatorius, partim cōminatorius. Consolatur uero eos qui exemplo turbæ obstupescunt ad doctrinam Christi, amplectuntur illam & recipiunt: neque offenduntur humana sapientia, & uili ac contempta persona Christi.

Comminatorius est illis, qui exemplo phariseorum ex pertinacia nolunt suscipere uerbum, propria gloria, fiducia, in opera & alijs cōmoditatibus persuasi: & qui offenduntur humana sapientia & uilitate personæ Christi. Sic enim iudicant pharisei. Cōtempta & uilis est persona Christi. Ergo uerbum impium est & insyncerum. Quis uero deo sic placuerit per humilem & contemptum Christum suam uoluntatem aperire mundo, causas ponit Apostolus 1. ad Cor. 1.

Obstupuerunt.

Stupor uulgaris effectus in scripturis potest

tiæ uerbi, quod si non aliud efficit in suis auditōribus, saltem obstupescere facit. Stupor hic cōmendat potētiam uerbi & efficaciam. E contra inefficax est doctrina operariorum.

Pharisæi autem cum audissent:
Pharisæi non disputant cum Christo ex aliqua infirmitate aut ex ignorantia, quia scribit Matthæus eos audisse, quod Christus obrurasset os Sadducæorum hominum philosophorū & doctissimorum apud Iudæos. Sed ex sola pertinacia & cœcitate, quæ ad uictoriam uerbi, & manifestam uerbi prædicationem accrescit.

Conuenerunt.

Notat studium pharisæorum & maturam de liberationem.

Et interrogauit eum unus.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus nascitur ex uulgari illa persuasione, quam hic legis doctor communem habet cum omnibus operarijs, qui credunt Christum atq; adeo prædicatores iusticiæ fidei, nouam doctrinam adferre, alienam à lege dei: quare non possunt non opponere se Christo, & Christianis prædicatoribus.

Impulsiuua causa, qua mouentur operarij ad opponendum se Christo p̄iſc̄ prædicatoribus, honesta & pia est, & sumitur à defensione legis diuinæ, quam certe nemo pius patietur irritam fieri, & ad nihilum redigi. Posteaq; hæc sua testimonia

monia præclarissima habet in uerbo dei fundata. Hæc autem causa impulsiva quamuis honesta & pia, sit tamen impia, quando operari ex ignorantia ueri usus ipsius legis, statuunt nos lege iustificari. Hic enim legis usus non est, neq; in hoc dedit legem deus, ut per illam iustificaremur, sed ut legis beneficio duceremur ad agnitionem nostrorum peccatorū, imbecillitatisq; nostræ, & postea circumspiceremus pro Christo legis cōpletore promisso: de quo legis usu docet Apostolus. Ad Rom. 5. Cæterum lex obli- ter subit, ut abundaret delictum. Item ad Gala. 3. Lex pædagogus ad Christum. Et hunc legis usum urgent Christus & prædicatores iusticiæ: quæ est ex fide: neq; docent declaratione huius usus aliena à lege, sed sumpta eadem lege, uerū usum legis ostendunt. Proponunt quidem unū deum diligendum esse, ex toto corde &c. nō ut doceant hanc dilectionem esse in nostris uirib. aut quòd propter nostram dilectionem iusti sū- mus: uerum ut audientes magnum hoc manda- tum, exhorrescant conscientie atq; incipiant de suis uiribus dubitare, suam infirmitatem agno- scere & confugere ad Christum. Ceterum hunc legis usum non uident iusticiarū, iusticia legis externa impediti. Ad Ro. 10. Ignorantes dei iu- sticiam, & propriam iusticiam quærentes.

Quod est mandatum magnum?

Magnum mandatum dicitur respectu inferi-
orum

brum: qualia sunt prioris tabulæ præcepta de
exteriore cultu dei, & secundæ tabulæ manda-
ta. Quæstio de lege cõmunis est omnibus ope-
rarijs. Ea autem solui facile potest, modo urgea-
mus uoces, ex toto corde &c. Et reipsum.

Diliges.

Monemur hic responso Christi de forma re-
spondendi iusticiarijs operum, qui cum de lege
quærent, per legem illis respondendum est,
idq; propter duplicem causam. Altera est, ut ui-
deant nos non diuersum doctrinæ genus à lege
docere. Altera, ut cognoscant ex difficultate le-
gis suam imperfectionem atq; imbecillitatem,
qua cognita currant ad Christum.

Diligere non tantum est operum uox, sed
adfectus.

Ex toto corde.

Formam cõplendæ legis sequentes uoces ex
primunt, qua cõpungit Christus cor doctoris, ut
discat longe rem aliam esse legis impletionem, q̄
ille somniabat atq; totus Iudaicus populus.

Hoc est primum.

Scilicet ex quo omnia reliqua æstimanda sunt
præcepta. Nam ut ad primum requiritur ani-
mus purus plenus dilectione & fiducia dei, ita re-
liqua animum ab adfectibus purum requirunt.
Et cum hic doctor suis operibus fideret, statim
in conscientia uictus fuit, se primum præce-
ptum non adimplere, Nam uoces ex &c. exclu-
dunt

Sunt omnem erga res alias fiduciam & dilectionem.

Ex toto corde, & ex tota anima &c. hæ orationes requirunt perfectissimam legis implementationem, quæ fit animo perfectè consentiente, & externis factis simul. De qua uero quis gloriabitur, solo Christo excepto?

Et magnum.

Quia supra humanas uires est, & quia nequit humano opere impleri.

Secundum autem simile est huic.

Quia exigit eosdem animi adfectus, eandem adimplerionem perfectam. Secundum præceptum uel ideo facit simile priori, ut occupatio ne anteuortat Christus glorificationem doctoris, de posterioris tabule præceptis, quæ alioqui se compleuisse dixisset.

Te ipsum.

Hoc pronomen requirit adfectus puros?

In his duobus.

Hæc duo præcepta requirementia adfectus, interpretantur totam legem dū postulant animos puros, & externa facta simul. Item docent hæc duo præcepta non esse in uiribus nostris cōplere legem.

Quid uobis uidetur?

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Pulcherrimo licet occulto & tecto mysterio, connectitur hic tertius locus præcedentibus.

Nam

Nam postq̄ Christus multis circumstantiis
atq̄ indicis à longe monstrarit, nos in comple-
nda lege nihil posse. Est em̄ primum mandatum
magnum. Secundum non inferius. Nunc quia
lex complenda est, & in hæc data diuinitus, ut
compleri debeat. Sicut docet Christus March.
5. Non apex præteribit de lege: idcirco com-
modissime subiicit Christus de se quæstionem,
qua occulte significat, se esse in hoc promissum,
ut legi nostra uice respondeat, q. d. Christi-
tus. Vos Iudæi estis in ea sententia, quòd filius
dei aliquando uerturus sit: quod igitur erit eius
officium?

Cæterum carnales Iudæi præter carnalia ni-
hil adducunt, qui interim multa gloriantur de
cognitione prophetarum & legis: tamē in ipsa
gloriatione ignorant adhuc Christū maius ali-
quid esse, quàm purum hominem, externam ac
ciuile regnum tantum instituentem.

Monet itaq̄ hic locus, quam nihil intelligunt
iusticiarum operum de officio Christi, quod non
minimum est uenire & satisfacere legi, & dona-
re nos spiritus sancto, ut & nos ad perfectam ali-
quo modo obedientiam, præstemus legem.
Oseruabimus autem diligenter pharisæos in-
terrogatos de Christo, nescio quid carnale re-
spondere. In summa operari non pluris faciunt
Christum, quàm filium Dauidis, qui uenerit ex-
ternum regnum instituere. Ita & Papisæ nostri
ludunt cum Christo, quòd tantum uenerit no-
bis meo.

bis mereri primam gratiam, aut habitum incli-
nantem ad salutem: Postea nos nostris operib.
mereri iustificationem & uitam æternam.

Dicunt ei: Dauid.

Iuxta promissionem ex semine Dauid. Non
errarent pharisæi hoc responso, si promissio-
nem intelligerent & penitus introspicerēt. Sed
illi tantum Christum carnalem regem imagi-
nantur, & promissiones de Christo carnaliter,
& de regno carnali intelligunt.

Quomodo ergo Dauid.

Christus reuocat pharisæos a carnali opinio-
ne & docet de Christo ex uerbo.

In spiritu.

Sine carnali opinione, qua uos cogitatis Chri-
stum fore carnalem regem & carnalis regni in-
stitutorem. In spiritu, opponit carnalibus cogi-
tationibus pharisæorum atq; adeo totius popu-
li Iudaici. In spiritu, ad significandum regem spi-
ritualem & regnum spirituale.

Dominum.

Qui non solum modo filius Dauid sit, sed ma-
ior Daude, qui liberet Dauidem, regat & tuea-
tur.

Dixit dominus.

Psalms 109. descriptio est regni & sacerdo-
tj Christi spiritualis, in quo regnat Christus
æquali potentia cum deo patre, id quod insinu-
ant uerba.

Sede à dextris meis &c.

Domino meo.

Christo seruatori meo, qui seruabit ac liberabit me à tyrannide legis, peccati &c.

Sede.

Regua mecum æquali potentia. Sedere enim regnare est.

Donec.

Hoc regnum Christi per prædicationem Euanpeli durabit usque ad extremum diem, quo euerentur omnes hostes huius regni, & subigentur ad seruitutem æternam, è qua non licebit egredi, Apostolus 1. ad Corinthios capite decimo quinto, hunc è psalmo locum clarius tractat.

Si ergo.

Ab inconuenienti seu absurdo. Pater enim non uocat filium dominum.

Et nemo poterat.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Quartus locus potentiam ac uirtutem uerbi nobis commendat, cuius tanta est uirtus & potentia, contra quam iusticiarij ne hiscere & dem audent, coram qua operarij nulli subsistere possunt. Notat & hic locus præmium, quod acceptum ferunt illi, qui uerbo se opponunt. Consolatur autem nos contra scandalum uilis ac contempti uerbi in speciem,

IN EVANGELIVM

MATTHÆI IX. DOMINI

ca XIX. A Trinitatis.

SVbinde proponunt nobis Euangelistæ miracula, ut officium Christi, ad quod uenerit, ut gloriosum faciant, & simul ostendant quomodo Christus ille unâ cum officio suo suscipiendus, atque apprehendendus sit. Propterea has dictas causas, Et Matthæus in hodierno Euangelio miraculū de paralytico adducit, quo exprimat, quod sit Christi officium proprium, & quomodo illud impetrandum sit. Et quamquam Euangelistæ sæpe in alias atq; alias res inuidunt, quas diligenter circa miracula explicant, tamen diligentius student nos ad causas necessario præcedentes miracula, & sine quibus, miracula ad certum effectum confici non possunt, adducere. Hæ causæ sunt: uerbum auditum, necessitasurgens & fides; quas causas licet Euangelistæ sæpe aut non ponunt, aut in transcurso obiter attingunt: semper tamen necessario ad omnia miracula sunt adhibendæ. Hic uero Matthæus, è quo hodiernum Euangelium depromptum est, præ alijs Euangelistis hoc sibi proprium sumit, quod contentus est effectibus fidei, è quibus ut certissimis colligitur signis, & fidem præsentem adfuisse.

Hinc inuocationem, præcationem & alios huiusmodi fidei effectus miraculis præmittit.

Fidem autem sæpe ante miracula, sæpe post miracula reliquit Christo urgendam. Sic in hodierno Euangelio, postq̄ adductus esset Christus paralyticus, ab ipso paralytico fidem requirit Christus, inquit. Confide fili &c. Item in adductoribus paralytici permittit Christo Euangelista uidere fidem, cum ait. Et cum uidisset Iesus fidem illorum.

Porrò dictæ causæ ad omnia miracula necessariae sic se habent. Per uerbum offertur nobis officium Christi. Necessitas urget ad Christum. Fides apprehendit oblatum officium Christi per uerbum. Inter has uero causas præcipua est fides, sine qua impossibile est placere Deo. Ad Hebr. 11. item sine qua impossibile est aliquid posse impetrare officium Christi. Huc pertinent contiones Christi, quæ passim extant apud Euangelistas de encomijs fidei, ut Matth. 17. Amen dico uobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, & dicetis monti huic, demigra hinc illinc, & demigrabit, neque quicquam erit impossibile uobis. Item. Marcus 11. scribit eadem, & addit: propterea dico uobis: quæcumq̄ oraueritis, credite quòd accipitis, & erunt uobis. Has promissiones credentibus factas, hodierni Euangelij miraculo confirmatas uidemus.

Verum ut nunc sola fides in credentibus apprehendit Christum & officium eius: item expectatur: ita à contrario impossibile est, quòd iustitiarum operum sine fide queant apprehendere Christi-

Christum, aut suscipere officium eius, quiq; uilitate personę Christi offensi, credere non possunt, & dum uident eum suum facere officium, quod proprię in peccatorum remissione consistit, incipiunt de doctrina dubitare, personam contemnere, quod ubi fit, statim & officium damnant, quod iudicant blasphemiam dei esse. Tanta mala potest eiere in iusticiarijs uana operum persuasio, quę neq; Christum, neq; doctrinam eius, neque officium capit: unde postea & Christum fidei prædicatorem ferre non potest. Auget uero hæc mala in iusticiarijs ipsius rationis immaturum iudicium, quę credere non potest, Christum tam uilem ac contemptam personam posse peccata remittere. Et ut hic adfecti sunt scribæ iusticiarij erga Christum & officium eius: ita semper adfecti sunt, & manebunt omnes operum iusticię cultores, pro blasphemis reputantes nos sola fide in Christum accipere peccatorum remissionem. Sed quęso quibus porissimum causis offensi fuere scribæ & adhuc hodie offenduntur, quo minus credunt nobis fide in Christum contingere peccatorum remissionem: aut quod credunt Christum esse blasphematorem, quia remittit peccata? Respondeo. Habent operę iusticiarij maximas ac honestissimas causas. Primum sumpta est ab autoritate legis diuinę, quam instituit & præcipit deus, cuiq; adtexit promissiones & præmia: hanc dedit deus, & totam seruari uult serua-

tam recompensare beneficijs. Nunc accedit
 Christus, & dicit legem neminem seruare pos-
 se, nisi credat in Christum: item neminem pla-
 cere deo sine fide in Christo, faciat interim quæ
 uelit opera, quæ tamen sine fide in Christo nihil
 sunt: Hæc prima est causa ab honesto sumpta,
 satis ardua, quæ mouet scribas uocare Chri-
 stum blasphematores. Altera sumitur à ui-
 litate personæ Christi, quem sperabant Iudæi
 in summo apparatu uenturum ut regem po-
 tentissimum & splendidissimum simul, repa-
 raturum regnum Israel: id cum non facit Chri-
 stus, offenduntur Iudæi, neque credere possunt
 Christum esse promissum Messiam: quæ tan-
 dem causæ persuadent scribis, atque adeo om-
 nibus iusticiarijs operum Christum blasphema-
 torem esse, hoc est, qui purus homo audeat sibi
 arrogare officium dei, cuius solius est remitte-
 re peccata.

Cæterum Christus qui scit suum se facere
 officium, ad quod diuinitus missus est, in eo,
 quia remittit peccata, ostendit se esse uerum
 Messiam, qui potestatem habet remittendi pec-
 cata, omnibus illis, qui in eum credunt: ideo
 inquit ad paralyticum. Surge, tolle lectum tu-
 um & ambula. Procedit autem probatio Chri-
 sti, ab æquali potentia unius uerbi, licet in diuer-
 sis operibus, q. d. Christus. Ego potentia uerbi
 possum sanare homines in corpore.
 Ergo potentia uerbi animam sanare possum,
 purgan

purgando illam à peccatis.

Sunt uero ambo opera talia, quæ extra puri hominis potentiam sita sunt: quare & tacite uult inferre Christus, quòd maior sit homine puro.

Monemur itaq; hic ne prædicatores Euangelij, & iusticiæ fidei, cedamus operariis, sed ut firmissimis miraculis, & signis declarem nostram doctrinam ueram esse.

Quod autem uera sit, satis probant effectus seu miracula in conscientijs, quæ piæ mentes sentiunt, non minori fructu, quàm hic paralyticus sensit suam restitutionem. Postremo mundi sapientes & scribæ, neque uident neq; curant hæc interna miracula, idcirco non commouentur, interim sola turba admiratur & glorificat Deum, qui dedit talem potestatem hominibus.

Summarij loci.

- 1 Fides ex oblata necessitate accipit occasionem accedendi ad Christum, qui fidem præditus negare nihil potest, sed dat plura petitis, hoc est, restitutionem & corporis & animæ.
- 2 Aliena fides prodest quidem ad corporis sanitatem, ut autem in anima restituaris, opus est tibi propria fide.
- 3 Scribæ & sapientes mundi, operum iusticiæ excæcati, fidei iusticiam nõ intelligunt: imò improbant uilitate personæ Christi offensi.
- 4 Vbi blasphematur gloria Christi non est tacendum.

Sapientes mundi & iusticiarum operum quanto maiora uident miracula dei, tanto magis excæcantur & minus ad ueritatem commouentur. Contempta uero turba agnoscit Christum & glorificat deum.

Et ingressus.

Hodierni Euangelij pulcherrima est occasio. Christus enim à Gadarenis ut ingratis & impijs eiectus, ab adductoribus sentientibus præsidia Christi, excipitur,

Venit in suam ciuitatem.

Scilicet Capernaum, in qua urbe multum uersatus est Christus, unde sua dicta est ciuitas.

Et ecce.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

In primo loco ueniunt pronatura omnium miraculorum repentiæ causæ necessario præcedentes miracula. Illæ hic expressæ sunt, Fides & necessitas. Hæc in persona paralytici patet.

Illæ in uerbo adducendi. Est enim adducere effectus fidei. Hæc uero & de præcedente uerbo testatur. Accessuris itaque ad Christum præscribit hic primus locus certos gradus, per quos eundem est ad Christum. Primus est audire uerbum dei. Secundus audito uerbo credere. Tertius urgeri aliqua necessitate. Qui postremus gradus offert fidei occasionem, & fidem ad petendum instigat. Hæc uero non est tarda, ubi oblatam occasionem habet, siue nunc ea ex propria

priæ personæ malo contingit, in qua est fides, siue ex proximi incommodo, quod proponit si des Christo curiose & diligenter, nihil dubitans de exauditione.

Christus autem fide accedentibus adeo nihil negare potest, quòd fidem in adductioribus statim uideret & considerat, atq; promittit meli ora. Tanta itaq; res fides est, quæ cogit Christum stare promissis, & nolit uelit cogitur stare, quia natura uerax est, & mentiri non potest. Et cum uerax est, seruat promissa libenter. Docemur igitur primo hoc loco inter cætera, qua ratione aut quomodo adoriendus sit Christus: nempe ipsa fide, qua non est alia res maior uel efficacior coram deo, ad impetrandum queuis etiam coram iudicio rationis impossibilia. Ab antithe si quanta nunc in oculis dei magna res est fides, tanta oportet abominatio sit coram deo infidelitas & persuasio illa, qua credunt iusticiam operum se suis operibus iustificari: quam persuasio nem, uel ex primo hoc loco ostendemus falsam esse, in quo uidebimus Christum neglecto magno illo charitatis opere in adductioribus paralytici, ad solam fidem respicere, quam uideret in adductioribus, & in paralytico requirit.

Et ecce.

Notat subitanam occasionem, ut tollat meritum.

Adduxerunt.

Ex auditu uerbo & fide ut causis. In paralytici persona expressa est necessitas.

In tecto.

Exaggeratio morbi seruiens postea potentia Christi, qui extreme laborantē potuit restituere.

Cum uidisset Iesus fidem illorum.

Obserua quid respiciat Christus in illis, qui ab eo petunt aliquid, non opera hæc uel illa, imò ne charitatis in adductorib. maxima. Marcus omnes circumstantias recenset in adductoribus, ut tacite significet Christum ne tantis quidem operibus fuisse commotum.

Confide fili.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Subinde occurrit in nouo testamento circa miracula aliena fides, de qua & secundus huius Euangelij locus meminit. De uirtute alienæ fidei uariè à uarijs disputatur. Apud indoctos monachos eo res redibat, quòd credebatur aliena fides hominum religiosorum conducere aut stare pro alterius salute posse. Et ut illius rei exemplum adducam, audiui Lubecæ à uiris & fide & grauitate dignis, in Dania quendam Monachum Franciscanum fuisse, qui moribundæ mulierculæ persuadebat, quod si aureum cingulum, aut argentum auro oblinicum, quod domi habebat, in solatium diuò Francisco consecratum conferret, se curaturū ut mulier æterna potiretur uita, & ne dubitaret de uita eterna pro-

promittebat se simul pro certo arrabone interpositurum, & fidem suam & animam, qua promissione facta, zonam pro uoluntate abstulit.

Nos uero secundo huius Euangelij loco aliter docemur: nimirum alienam fidem efficacē esse pro alijs, sicut & orationem alienam, ut in corpore restituantur, ut hanc uel illam rem accipiant: Verum ut in anima sanentur, aut ut iustificationem accipiant alijs, propria fide opus esse. Quare & Christus acturus de remissione peccatorum, & restitutus paralyticum, & in anima purgaturus eum à peccatis, propriam fidem requirit & ait. Confide fili. Oportet enim semper firmam manere sententiam. Apud Abacuc cap. 2. Iustus fide sua uiuet,

Confide fili.

Requirit Christus propriam fidem à paralytico, & simul consolatur eum. In his uerbis. Confide fili, expressum est, quicquid cōtinet totum Euangelium: uidelicet nos fide in Christum accipere remissionem peccatorum.

Remittuntur tibi peccata tua.

Remissionem peccatorum pulchre annectit Christus fidei, effectum suæ causæ. Incipit Christus curare paralyticum ab anima, ut re potiore, quæ ubi restituta est, facile postea sequitur restitutio in corpore.

Et ecce.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius

Tertius locus ponit nobis ob oculos spectandam fortunam uerbi & præmia gratuita per fidem iustificationis, quæ scribæ & iusticiari per soluunt uerbo & gratuita iusticiæ, & sic ipsi Christo oblatores seu collatores iusticiæ, quæ est ex fide. Christus à patre missus est, ut credentes saluos faciat à peccatis. Iusticiari uero & sapientiores mundi ignorantes hoc esse officium Christi, rationis iudicio excæcati, uel ut ait Apostolus Ad Ro. 10. propriam quærentes constituere non possunt aliam esse uiam ad placandum patrem, quam ipsa opera. Accedit ad hoc uilitas contemptæ personæ Christi, unde statuunt, cum uident Christum suum facere officium, quale est remittere peccata, Christum esse blasphematum, hoc est, eum, qui ad hæc deum blasphemiam, dum arrogat sibi auctoritatem remittendi peccata, quod solius quidem dei est. Ratio enim sic iudicat de remissione peccatorum. Remissio peccatorum magnum dei opus est. Christus autem uilis ac contempta persona, filius fabri, cuius parentes apud nos sunt &c. Ergo non potest ille remittere peccata.

Postea quia pro certo habet ratio opera ualere coram deo ad quæuis impetranda, statim cum audit hanc uerè Euangelicam uocem. Filii remittuntur tibi peccata tua &c. incipit de causa disputare, propter quas remittuntur peccata; item de persona remittente, Causas uero cum audit

audit fidem. Confide fili, offenditur, quia uidet opera negligi. Et quia in Christo tantum uidet contemptam personam & purum hominem, iudicat offensa eum blasphematorem, idq; propter duplices causas. Et quia arrogat sibi officium quod solius dei est: & quia opera negligit, & tollit media perueniendi ad deum, & acquirendi peccatorum remissionem.

Eadem offendicula & eadem causæ offendiculorum manent semper omnes iusticiarios mundiq; sapientes.

Scribæ.

Sapientes & iusti in populo Iudaico.

Intra sese.

His metus exprimitur in scribis, qui non audent alloqui Christum, aut dicere illi in faciem.

Hic blasphemat.

Arrogat sibi ea, quæ soli deo conueniunt, cū ipse sit purus homo, & non deus. Blasphemia peccatum est contra secundum præceptum.

Et cum uidisset Iesus.

Videre per metaphoram pro intelligere seu cognoscere. Christus quia uidet cogitationes scribarum, id iudicium est diuinitatis.

Vt quid cogitatis mala?

Obserua cogitatus magna peccata esse: ideo mala quid cogitatis, inquit Christus.

Quid est facilius.

Expli-

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

Quarto hoc loco Christus defendit, & se & gloriam patris. Nam Christum uocare blasphematorem est gloriam patris per consequens si mulledere, quia pater misit eum. Idcirco Christus accingit se ad defensionem, relinquens nobis exemplum, ut sciamus, quando contra aduersarios uerbi agendum sit: uidelicet tum, quando audimus uerbum adici ignominia, quando audimus patris & Christi gloriam ledi, & quando cernimus iusticiam fidei damnari, non quando nostræ personæ conuictus obruuntur. Sic Christus hic defensionem suæ personæ omnino intermittit, quæ tamen occasionem Scribis potissimum offendendi dedit: tantum purgare atq; defendere instituit doctrinam suam, quæ defendenda & confitenda est, rumpantur etiam illa scribis ac iusticiarum operum. Hanc doctrinam scit ueram esse & piam, neque blasphemiam dei.

Vtitur uero Christus loco defensionis aperto miraculo, quo duo probat. Et suam doctrinam ueram, & uerbo remitti peccata, & si persona sit contempta ac uilis. Ratio est, quia uerbum est potentia uerbi. Ad Romanos capite primo. Quidam hodie ualde temere defendunt suas personas iniuria aliqua adfectas, & cum peruentum est ad defensionem doctrinæ sanæ, nihil possunt.

Argumentum defensionis procedit ab æquali po

Impotentia unius uerbi, licet in diuersis operibus. Forma uero argumenti hæc esse potest.

Ego potentia uerbi possum sanare homines in corpore malè habentes. Ergo potentia uerbi animam sanare possum remittendo illi peccata. Nam æqualis potentia unius uerbi requiritur ad ambo opera. Quem enim purum hominem ad uerbum unquam secuta est sanatio, & ita statim? Nam Christus tantum inquit. Surge, & statim surrexit paralyticus.

Quid est facilius?

Q. d. Christus, ambo opera eandem potentiam uerbi requirunt. Quærit autem à Scribis, quid facilius sit, ut capti in conscientijs se ipsos uincant.

Dicere.

Verbo remittit Christus peccata, ideo dicere inquit, non facere.

Dimittuntur tibi peccata.

Id quod opus est potentia uerbi.

An dicere.

Repetit uerbum & adsequens factum.

Vt autem sciatis.

Tria probabit Christus ab æqualitate operum per idem uerbum conficiendarum aut confectorum.

Primum se non esse blasphematorem dei. Secundum quod potestatem habeat remittendi peccata. Tertium quod non temere remittat pec-

rat peccata, sed potentia uerbi. Cæterum omnia eò tendunt, ut scribæ intelligant Christum amplius aliquid esse q̄ purum hominem, sicut de illo cogitabant scribæ: scilicet uerum deum & hominem: & quia deus est, ergo non blasphemat remittendo peccata.

Filius hominis.

Quem uos purū hominem iudicatis, & propterea nō posse remittere peccata hominibus: imò non debere.

Interra.

Nam post hanc uitam nulla erit peccatorum remissio. Vbi igitur purgatorium?

Tunc dicit paralytico.

Verbo sanat Christus.

Surge tolle lectum tuum.

Pertinent hæc omnia ad amplificandum me dium per quod sanat Christus, hoc est, ad exaggerandam potentiam uerbi.

Et uade in domum tuam.

In intregum seruat Christus, non particulatim.

Et ille surrexit.

Effectus potentiae uerbi plenus consolatio: ne, ne dubitemus de potentia uerbi in periculis constituti.

Videntes autem turbæ.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.
Quintus

Quintus locus commendat nobis auditores uerbi, & eos qui potissimum recipiunt Christū uicti in conscientijs ipsa ueritate à Christo proposita. Scribæ æque uident hoc miraculum re- futuri paralytici, per potentiam Christi factū, atq; turba. Verum in credendo Christo & reci- piendo uerbo, uariant scribæ & turbæ. Hæ re- ciipiunt Christum, & amplectuntur ueritatem, & admirantur doctrinam Christi in summo ti- more. Illi tam magnifico miraculo magis offen- duntur & excæcantur: id quod mirabile quidem est in oculis nostris iudicium. At coram deo iu- stum illud est, ut perdantur sapientes mundi cū sua sapientiā. Esa. 29. & ut uerum maneat: Pau- peres Euangelizātur, hoc est, homines abiecti, turbæ &c. Nam turba & admiratur miraculū, & simul glorificat deum: qui effectus uerbi in turba sequuntur. Scribæ uero nihil commoti tanto miraculo, paulo post abeunt, & suo mo- re iudicant de Christo eiusq; doctrina, uocantes eum epulatorem cum publicanis. Sic adhuc ho- die accidit cū nostris iusticiarijs, qui nostræ præ- dicationis effectibus & miraculis tantum red- duntur cæciores &c.

Timuerunt & glorificarunt.

Timor, admiratio & glorificatio effectus sunt, quæ sequuntur uerbum, & potentiam uer- bi commendant, & sæpe occurrunt in Euange- listis, Exprimitur & in his effectibus natura uer-

Hi, quod primum terret, timentes & admirantes facit suos auditores: postea consolatur rursus eos, dum ex fide de favore dei certos illos facit, ut incipiant glorificare deum. Timor & admiratio effectus potentiae uerbi etiam in impijs esse possunt, quando obstupescunt ad nouam Euangelij doctrinam, admirantur illam &c. Ac glorificatio in impijs esse non potest. Est enim glorificare deum, tribuere ei honorem, gloriam & gratiarum actiones, propterea quod dederit Christo suo & omnibus pijs potestatem remittendi atq; soluendi peccata, per uerbum.

Hominibus.

Quod uili ac contempto uerbo debeant remittere peccata, pronunciato tantum exhumano ore. Et turba adhuc ex ignorantia reputat Christum inter puros homines.

IN EVANGELIUM MATTHAEI XXII. DOMINI ca xx. A Trinitatis.

Agit hodiernum Euangelium de prerogatiuis Iudæorum, quæ habuerunt præ gentibus adeoq; præ populis uniuersi mundi: Vide licet quod Iudaicus populus primus inuitatus fuerit ad nuptias domini nostri Iesu Christi, hoc est, ad lætium illud Euangelij nuncium de remissione peccatorum. Quam imitationem de re nuptias Christi seu Euangelium, ut singularem præro-

prærogatiuam, alijs atq; alijs nominibus appel-
lare solent noui testamenti scriptores. Apolto-
lus ad Rom. 3. ubi agit de prærogatiuis Israelis,
scribit populo Iudaico commissa fuisse oracula
dei: quæ sane prærogatiua omnium maxima
fuit: scilicet quod Israel electus dei populus fue-
rit, in quo promissiones de Christo certis ac cla-
ris testimonijs reuelari debuerint, constitutis in
hoc certis legibus, cæremonijs, ritibus, iudi-
cijs & Respublica, multis nominibus separa-
ta ab omnibus politijs uniuersi orbis. Ad Ro-
manos capite nono, supra modum exaggerat
prærogatiuam Iudæorum, cum inquit. Opta-
rim ego anathema esse pro fratribus meis, &
cognatis meis secundum carnem, qui sunt Isra-
elitæ, quorum est adoptio, & gloria, & testa-
menta, & legis constitutio, & cultus & promissi-
ones, quorū sunt patres, & ex quibus est Chri-
stus, quantum attinet ad carnem &c.

Similiter multas prærogatiuas adtribuit
Israel. Ad Ephesios secundo: ubi confert Apo-
stolus Iudæos populum dei cum gentibus non
populo dei. Ibi Israel uocat populum circum-
cisum, gentes præputium, Israel Rempubli-
cam certam, gentes abalienatas ab illa Repu-
blica. Israelitis tribuit testamenta promissio-
nis, spem in deum, & deum in mundo habentem:
quæ omnia gentibus adimit, inquit.

Extranei à testamentis promissionis, spem

non habentes, deoq; in mundo carentes.

Has & similes prærogatiuas omnes completus est Christus in hodierni Euangelij parabola, in qua dicit Iudæos à deo patre rege ad filij sui nuptias inuitatos fuisse.

Sed quid obsecro profuit Iudæo populo tantas habuisse prærogatiuas? Hic alijs rebus occupatus, etiam in speciem honestissimus, neglexit has nuptias. Vnde postea cœpit indignari deus, & abiicit Israel, qui pro populo dei factus est non populus, & pro dilecto non dilectus: sicut uaticinatus est diu ante de hac reiectione Oseas propheta cap. 2. Vocabo populum, qui non erat. populum meum &c. Et quanquã hæc reiectione mirabilis est in oculis nostris, tamẽ sic uisum est deo patri auferre à Iudæis regnum dei, & dare illud genti facienti fructus eius. Matthæi cap. 21. Cæterum abiectis Iudæis, perditis & relictis, uocatus est populus gentibus ex misericordia dei ad nuptias Christi: Gentilis inquit populus, pro quo non erant paratæ nuptiæ, qui erat præputium, alienus à Republica Israel, non habens, neq; deum in mundo. Ad Ephes. 2. Et cum omnia quæ scripta extrant in scripturis, in hoc sunt scripta, ut inde doctrinam petamus & consolationem habeamus. Ad Roma. 15. hinc nos, qui ex gentibus conuersi sumus, ingentes consolationes ex acceptatione gentium haurimus, certi ex hodierno Euangelio, quod populus dei

lus dei simus, qui populus non eramus, quòd di-
 lecta simus sponsa Christi, qui non eramus dile-
 cta. Osee 2. quòd nunc facti simus propinqui,
 qui aliquando longinqui eramus. Ad Ephe. 2.
 Et quanto remotiores fuimus ab omni gratia,
 tanto nunc maiores esse debent nostræ gratia-
 rum actiones, ne nobis aduenis gentibus, pro-
 pter nostram ingratitude[m] contingant ma-
 la, quæ olim Israel abiectus sensit, & adhuc ex-
 peritur, donec steterit mundus. Quare & Apo-
 stolus ait. Ad Ro. 11. enarrata abiectiõne Iudæo-
 rum. Ne efferaris animo, scilicet tu è gentibus
 in gratiam receptus, sed timeas. Nam si deus na-
 turalibus ramis non pepercit, uide ne qua fiat,
 ut nec tibi parcat &c. Potest enim deus denuo
 inserere illos abiectos. Duo itaq; potissimum
 consideranda ueniunt nobis gentibus ex hodi-
 erni Euangelij parabola. Alterum, ut timea-
 mus, & timere discamus ad reiectionem Israe-
 lis. Alterum ut confirmemus nos ex eadem
 eiusdemq; populi abiectiõne, quòd ille abiectus
 fuerit, quo nos recipemur in gratiam. Poste-
 riori dogmate solabimur nos contra nouos Iu-
 dæos, qui Iudaizantes uolunt incertas reddere
 gentium uocationes ad Euangelium.

Summarij loci.

Quicunq; uocati sunt ad nuptias Christi, hoc
 est, ad Euangelium, misericordia dei uocati sunt,
 idq; per inuitatos prædicatores, & per uocale
 uerbum. Et quicunq; adhuc hodie uocantur, ad

prædictum modum uocantur.

2. Gratitude Israelis atq; adeo omnium hominum erga gratuitum Euangelium. Illa est contemnere & negligere oblatum: qui cōtemptus & neglectus, postea in causa est, quod uocati excœcētur & pereant, gentes uero peccatores recipientes Euangelium conuertantur.

3. Grauiſſimè puniuntur neglectores & contemptores Christi seu uerbi in hac etiam uita.

4. Gentes uocantur sine respectu personarū, boni pariter ac mali, uerè credentes & hypocritæ, qui corā uerè pñs simulare se possunt, cum illis audire unum idemq; Euangelium, sed coram deo non possunt, qui confundit hypocritas, & aperte coram credentibus, & grauiſſimè in conscientijs.

Simile factum.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Primus locus ex multis circumstantijs disputat de causa uocationis ad nuptias Christi, & de medijs, per quæ uocati fuerunt Iudæi. Causa misericordia dei est, quam notat persona regis, qui cum rex est, non eget suorum subditorum emendicatis ferculis ad filij nuptias. Item quia rex fecit filio suo nuptias, inuitati non fecerunt: neque moris est, ut inuitati ad nuptias de suo aliquid adferant. Præterea legitur paratum prandium, altitia occisa, & parata fuisse omnia ad nuptias, tantum ut uenirent Iudæi, &

Rederent atq; sic fruerentur summis delitijs & illis quidem gratuitis.

De hac misericordia per quam uocati fuerunt Iudæi ad nuptias Christi, multis agit Apostolus 9. 10. 11. cap. ad Rom. ut stultum Israeliticum populum à meritis, quibus credebant se esse populum dei, ad misericordiam uocationis reuocet. Ea enim est natura hominis, quòd causam acceptionis in gratiam, semper meritis adscribat. Media autem per quæ uocati fuerunt Iudæi ad Christi nuptias, cum à personis, tum à rebus petuntur. Personæ extiterunt prophetæ de quibus sic scribit autor epistolæ ad Hebræos capite primo. Deus olim multifariam, multisq; modis locutus est patribus per prophetas: extremis hisce diebus locutus est nobis per filium &c. Res fuerunt uocale uerbum seu uoces uocales. Docet itaque nos primus hic locus, quòd ad cognitionem Euangelij uocamur, ex nullis nostris meritis, sed ex sola misericordia. Sicut & inquit homo rex ad seruos suos inuitaturos gentes. Nuptiæ quidem paratæ sunt &c.

Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias.

Deinde monet nos primus hic locus, per que media ad cognitionem Euangelij inuitamur, & hæc cum à personis tum rebus sumuntur. Personæ homines sunt, testacea uascula. Ad Corinthios capite quarto 2. epistolæ, in quibus pro-

ponit nobis deus magnum illum thesaurum Euangelij & per quæ finit nos inuitari ad regales regis Christi nuptias.

Alterum medium uerum est, ipsum uocale uerbū, de quo pluribus agit Apostolus ad Ro. 10. Et Moses Deute. 30. ca. è quo Paulus sua descripsit. Hic clamat. Ne dixeris in corde tuo. Quis ascendet in cælum? Hoc est Christum ex alto deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christū ex mortuis deducere. Sed quid dicit? Prope te uerbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est uerbū fidei, quod prædicamus. Moses clamat. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neq; procul positum, nec in cælo situm, ut possis dicere: quis nostrum ualet ad cælum ascendere, ut deferat illud ad nos. Vt terq; uero docet nos per uocale uerbum uocari ad cognitionem Euangelij, confirmantes primum hunc locum de medijs, per quæ uocati sunt Iudæi, & nos uocamur ad nuptias Christi.

Vana sunt omnia quæ Anabaptistæ contra uocale uerbum adducunt.

Simile factum.

Sic se habet cum regno cælorum seu cum Euangelio, quòd quidam illud recipiunt, quidam non. Regnum cælorum & nuptiæ ipsum Euangelium significant, & illud reuelatum. Homo rex deus est, qui ad similitudinem hominis fecit

fecit filio suo nuptias &c. Filius Christus est
sponsus. Suo emphasim habet. Serui prophetæ,
Emissi fuerunt, non sua sponte cucurrerunt.

Inuitati Iudæi sunt, electus dei populus. Hos
imitatus Apostolus ad Ro. 11. ramos uocat.

Nolebant uenire.

Recusabant suscipere Euangelium.

Rursum emisit alios.

Deus subinde alijs atq; alijs prophetis inuita-
uit Iudæos ad nuptias Christi. Alios hic non est
uox diuersitatis, quasi sequentes prophetæ mis-
si alia aut diuersa dixerint, uel alia ratione inui-
tauerint ad nuptias, quàm illorum antecesso-
res. Quòd alios seruos miserit rex, studiũ & di-
ligentiam regis insinuat, qui nihil intermisit, quo
inuitatos adduceret. Esa. 5. parata uinea ait do-
minus. Quid est, quod ultra debui facere uineæ
meæ:

Ecce prandium meum parauit.

Omnes promissiones de Euangelio nunc
apertæ sunt, & testantur adesse tempus reuela-
ti Euangelij. Paratũ prandium excludit merita.

Venite.

Euangelium gratuita doctrina est, & para-
ta, quæ præter uenire nihil amplius à nobis re-
quirit, hoc est, ut amplectamur illud, credamus
illi &c.

Illi autem neglexerunt.

EXPLICATIO SECVNDI LOCI.

Secundus huius Euangelij locus, monee de ingratitude Israelis exhibita gratuitis & bene paratis nuptijs. Eain gratitudo hic triplex notatur, in neglectu oblatarum nuptiarum, in contemptu, & in persecutione personarum, per quas inuitati sunt Iudæi. Et ne rex, aut sponsus aut nuptiæ, aut ipsi inuitatores in culpa esse iudicentur, hic secundus locus causam neglecti, contempti & iniurijs adfecti uerbi in Iudæos transfert, ut uerum maneat. Perditio tua ex te Israel.

Depingit itaq; hic locus, quam fortunam experiatur uerbum seu Euangelium mundo gratuito oblatum. Item quomodo homines adfecti sint erga illud gratuitum Euangelium, quod fortassis reciperent, nisi alijs atq; alijs rebus impedirentur, & maximè priuatis commo- dis: quæ impedimenta licet honestatis titulo aliqua ratione excusari possint: Nam emere uillam, & curare negotiationem suam, actiones honestæ sunt, & per se non peccata: sunt tamen peccata, quando talia impedimenta præferuntur oblato Euangelio, aut quando illorum gratia contemnitur & negligitur. Omnium uero maximum est peccatum, non esse contentum neglectu & contemptu uerbi, nisi & ad eas persecutionem, quæ abesse non potest, ubi uerbum negligitur & contemnitur. Et hoc peccatum persecutionis nullo honestatis titulo excusari potest, quæ signum est animorum

sum

cum odio contemnentium uerbum.

Cæterum hæc ingratitude erga oblatum Euangelium, postea efficit, ut excæcentur quibus prædicatum est uerbum, & recipiantur in gratiam gentes, & alij qui prius uerbum non habuerunt &c. Et hoc est, quod scribit Apostolus ad Ro. 11. de fine ingritudinis Israelis, quæ occasio fuit cõuersionis gentium. Sicut inquit.

Sed per lapsum illorum salus contingit gentib. Contrariam ab Euangelio fortunam experitur in mundo operũ doctrina, quæ recipitur ab omnib. libèter, habetur in summa æstimatione.

Negligere & abire summam ingritudinem erga oblarum Euangelium notant.

Alius in uillam suam.

Distributi uncula subiicit impedimenta neglecti & contempti Euangelij. Qui ad uillam abeunt, abstrahuntur a uerbo, cura augendæ dignitatis & possessionum. Qui ad negociationem abeunt, impediuntur a uerbo, studio diuitiarum. Hæc obstacula honestatẽ præ se habent, ideo a mundo non iudicantur mala aut impia.

Reliqui.

Duo hic genera neglectorum Euangelij cernuntur. Alterum, quod negligit & contemnit Euangelium propter priuata commoda. Alterum, quod præter neglectum & contemptum, etiam persequitur illud.

Tenere seruos, contumelijs adficere & occidere

dere, ut effectus & causæ ponuntur pro omnibus iniurijs & persecutionibus confessorum uerbi.

Rex autem cum audisset.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus agit de pœnis, quas ferunt neglectores & contemptores uerbi, in hac uita. Israel tempore Vespasiani Cæsaris, tantas dedit cōtempti Christi, seu neglecti Euangelij pœnas quantas mundus non est expertus antea, nec fortassis experietur. Incutit itaque tertius hic locus nobis omnibus quibus hodie gratuitū offertur Euangelium, timorem, ne oblatam occasionem uel per negligentiam, uel per cōtemptum, uel propter alias res, negligamus. Quem admodum id pulchre docet parabola Matth. 13. de negociatore querente pulchras margaritas, quas cum inuenisset, & maximè unam preciosissimam, abiens, uendidit omnia, & mercatus est illam. Ad eundem modum Euangelij occasio fuisse obseruanda Israelitis, & urgenda exemplo negociatoris, & nobis notanda est, ne dum ad nostra abeamus primum, tollatur nobis occasio uerbi capillata, & contingat nobis pro illa occasio calua, quam postea sequitur in hac uita extremum supplicium, & post hanc æternū.

Tractari solet & circa hunc locum, quod deus non reseruarit Iudeos ab illa negligentia uerbi. Respondemus. Deus potuisset quidem Iudeos

A Trinitatis.

229

dæos ab illa negligentia & contemptu uerbire
seruasse, sed quur hoc non fecerit, ulterâ non est
disputandum. Deus enim pro suo iure relinque
re potest hominem, uel non relinquere. Et cum
deus relinquit hominem naturæ suæ, non aliud
potest, quàm priuata sua commoda quærere,
& negligere præ illis uerbum &c.

Missis exercitibus suis.

Romanis, quibus deus usus est in puniendo
Iudaico populo. Sicut deus prioribus temporibus
usus est Nabuchodonosor, Senacherib &
alijs contra Israel.

Suis pronomen, magnam habet emphasim,
ut scias exercitus esse domini exercitus, quibus
punit deus ingratitude hominum erga suum
uerbum. Vide Esa. ca. 10. de Senacherib & com
missis illi à domino datis.

Homicidas.

Multorum prophetarum occisores. Vide
Matthæum cap. 23. quomodo tractarunt Iudæi
prophetas.

Illos.

Qui speciem religionis habent, qui de religi
one gloriantur &c.

**Et ciuitatem illorum succ
cendit.**

Per Vespasiani filium. Vide Platinam & Io
sephum.

Tunc ait seruis suis.

Expli-

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

Quartus hic locus huius Euangelij incipit, qui est de uocatione gentium post abiectos Iudæos: Hæc ex mera dei misericordia sine ullis meritis gentibus contingit. Nuptiæ enim paratæ erant, anteq̄ uocarentur gētes, idq̄ in usum Iudæorum, qui cum negligenter nuptias, uocatione fuerunt gentes, pro quibus nuptiæ primum nō fuerant institutæ. Et sicut Apostolus inquit. Ad Ro. 11. Reiectione illorum nos sumus reconciliati deo. Hac uocatione cæperunt gentes esse populus dei, qui antea populus non erāt. Osæ 9. Vocabo populum, qui non erat populus meus. Hac uocatione uidit gentilis populus lucem magnam, qui aliquādo ambulabat in tenebris. Esa. 9. Monet uero hic quartus locus nos qui ex gentib. conuersi sumus, ad duo. Primum ut solemur nos hac uocatione ad nuptias, certi apud nos, quòd simus populus dei, & si nō existamus de semine Abraham secundum carnem: sufficit nobis, quòd simus filij Abraham secundum fidem, in qua dicitur Abraham pater multarum gentium. Deinde hortamur hoc quarto loco ad ingentes gratiarum actiones: quippe qui remoti fuimus ab omnibus testamentis & promissionibus dei: longinqui à gratia & extranei à republica Israelis &c. Et quanto nunc fuimus remotiores, tanto æquius & iustius esset, maiores gratias referre. Verum quàm segnes nos simus in gratitudine exhibenda erga oblata Euange-

Inbe-

In beneficia, id totus mundus nunc clamat, pauci uero sunt, qui ad tam periculosum clamorem mutant animum in melius.

At Euangelium in causa non est, nec in causa sunt nuptiæ, nec rex qui inuitat, nec ministri qui iussu dei promiscue omnibus prædicant uniuersalem gratiam, pariter malis ac bonis. Sed sicuti sit, quod in omnibus hominum statibus, quidam boni sunt, quidam mali: ita & in uocatis gentibus accidit, inter quas uerè sunt credentes & hypocritæ. Illi sedent in nuptiis & fruuntur optimis ferculis ad summam læticiam, sine confusione in conscientiis, quia ueste nuptiali induti sunt, hoc est, habent fidem, cuius est non pudescere. Ad Romanos capite decimo. Omnis qui fidei in illum, non pudebit. Econtra hypocritæ accumbunt quidem in nuptiis unâ cum uerè credentibus, audiunt unum idemque Euangelium, utuntur ipsdem sacramentis &c. sed conscientiis malis, sine uera animi pietate, sine pace & gaudio, sine fide &c. in mera hypocrisis, quam coram assessoribus pñs in unis nuptiis, simulare quidem possunt: at coram deo non possunt, qui confundit hypocritas & apertè coram credentibus, & grauissimè in conscientiis priuatim.

Cæterum hoc ualde mirum est simul accumbentes in nuptiis non cōsydere hypocritam nõ indutum ueste nuptiali, quem solus rex cōsyderat; quare monemur ne credentes quidem

in hac communi ecclesia posse dinoscere hypocritas à uerè p̄s, nisi dominus illos aperte confundat.

Meminit & hic quartus locus pœnarū, quas ferunt hypocrite sub Euangelio: ille sunt ut magis ac magis excœcentur, & irreuerentia cōscientiarum adficiantur &c.

Nuptiæ quidem paratæ sunt.
Q. d. rex. Ne haberent, quo excusarent se inuitati.

Non fuerunt digni.

Iusto dei iudicio excœcati, ne amplecterentur Euangelium, quibus dederat deus spiritum compunctionis, ut oculis nō uiderent &c. Ad Rom. 11. Esa. 6. Indignitatem uero emeruerunt Israelitæ sua impietate propter quam postea fuerunt excœcati. Euangelista hic non loquitur de indignitate apparatus seu præparationis ad nuptias. Nam omnia antea erant parata.

Ite ergo.

Vocatio gentium. Exitus uiarum hic signifi-
cant omnia ea, quæ scriptura tribuit gentibus
non populo dei, & præputium, ab alienationem
& testamentis dei, longinquitatem à gratia &c.
Exitus uiarum Esaias cap. 9. uocat tenebras.

Populus qui ambulabat in tenebris &c. Per
tinent huc scripturæ loci de uocatione gētium.
Alludit & exitu uiarum ad Iudaicum populum
qui erat intra certos limites inclusus, Esa. 5. Vi-
nea

nea facta est dilectio meo &c. & sepevit eam
&c. Simpliciter exitus uiarum intellige regio-
nes gentium. Exitus uiarum notant gentes ex-
tra omnem spem litas fuisse. Ad Ephe. 2.

Quoscunq;

Sine delectu ex misericordia. Ad Ro. undeci-
mo. Quemadmodum em̄ & uos misericordiam
estis consecuti &c. Nota Euangelium esse uni-
uersalem prædicationem. Sicut & notant hæ se-
quentes uoces. Pariter bonos ac malos.

Intrauit autem rex.

Ad Euangelium pariter confluunt omnes,
sed non nsdem animis. Sic & Euangelium habet
suos hypocritas.

Et uidit hominem.

Hypocritas solus deus uidit. Vestis nuptia-
lis, est ipsa fides. Nam cum nuptiæ paratæ es-
sent, & nemo quicquam secum adferret, uestis
nuptialis de operibus intelligi non potest.
Non admodum reluctamus, si acceperis per ue-
stem nuptialem fidem cum bonis ex fide ope-
ribus.

Tunc dicit rex ministris.

Iudicium in hypocritas maior excæcatio &
irrequietudo conscientiæ. Exteriores tenebræ
dicuntur respectu internæ lucis. Stridor dentiū
& fletus, periphraستicos in tranquillitatem con-
scientiæ notant.

IN EVANGELIUM

IOANNIS III. DOMINI

caxxi. A Trinitatis.

Magnam utilitatem ex hodierno Euangelio accipere licet. Docet enim causas li-
dei, eiusque progressum, unà cū effectibus: quæ
qui nescit, is nec dignus est uocabulo Christiani,
nec potest se in terroribus conscientiae solari,
quia ignorat quo confugere debet pro solatio.
Hæc uero omnia discere possumus in Regulo illo,
qui uenit ad Christum, & rogauit eum pro
restitutione filij. Nam primum antequam
abijt ad Christum, de fama & philanthropia
Christi certus fuit per auditum uerbi, quod
proclamauit Christum eum esse, qui à propheta
promissus, deberet omnes male habentes re-
stituere, mederi omnibus & opem ferre. Hac
prædicatione officiorum Christi primum mo-
tus fuit Regulus ad fidem, quæ postea iussit ac-
cedere Christum. Et ut Regulus libentius ac-
cederet & confirmaret fidem suam ex audito uer-
bo conceptam, pulsus fuit periculo suo, ut pa-
ter necessitate filij, quæ coëgit Regulum ex-
perimentum facere auditæ beneuolentiæ de
Christo.

Et hæc ut diximus prima fidei origo est, quæ
facile sortitur occasionem accedendi Christum
& petendi aliquid ab illo. Fides enim æque li-
benter

benter operatur in alios atq; in eos, qui illam
 habent: hinc semper satis multas habet occasio-
 nes dirigendi iter ad Christum. Effectus fidei
 sunt abire ad Christum, & rogare pro filio re-
 stituendo. Postremus omnium effectus est, im-
 petrare quod cupis, sed hic non statim contin-
 git omnibus, qui etiam aliquam fidem habent,
 & talem, quæ audeat abire ad Christum, & roga-
 re illum pro restitutione filij. Quare hic necessa-
 rio quæritur de perfecta fide, quæ impetrat pe-
 tita. Certum est neminem posse accedere
 Christum, & inuocare eum pro re aliqua, nisi fi-
 dem habeat. Iuxta illud. Ad Romanos capite
 decimo. Quomodo inuocabunt, in quem non
 credent: Præterea accedere Christum, & inuo-
 care eum certi sunt effectus fidei alicuius, restan-
 tes de fidei præsentia. Sed uidemus multos abi-
 re post Christum, & petere ab eo aliquid (quæ
 præstare est sane aliquam fidem habere urgen-
 tem) At quisque apud se quotidie experitur,
 quod sæpe petat aliquid, & tamen non accipit
 petitum, uel non statim. Vnde certò emergit
 atque profilit diuisio fidei in perfectiorem &
 imperfectiorem, seu in fidem mouentem qui-
 dem ad Christum, ut accedamus, & ab illo ali-
 quid petamus: & in fidem impetrantem peti-
 ta. Hæc fides licet una sit. Nam fides in partes
 secarinon potest. Est enim unus quidam ani-
 mi motus, intuens in Christum: tamen respe-
 ctu temporis, nunc perfectior est, nunc im-

perfectior. Sic Christus Matthæi decimose-
 primo capite, confert fidem cum grano syna-
 pis, quod dicit Marcus ca. 4. seminatum in ter-
 ra, esse omnibus oleribus minus, quæ sunt in
 terra, postea uero exurgit, & fit maius omnib.
 oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint
 sub umbra eius aues cæli nidificare. De hoc ita-
 que progressu ac incremento fidei exemplum
 hic pulcherrimum habemus, in quo uidere est
 integrum, quomodo fides crescat ad accipien-
 dum petita.

Hic namq; Regulus ex fide quidem accedit &
 rogat Christum, sed ea primum tenuis est, modi-
 ca & uacillans, quia cū rogat, ut descendat Chri-
 stus & sanet filium, nondum credit Christum sa-
 nare filium posse, si non descendat Capernaum.

De hac inceptiua & ut ita loquar imperfecti
 ore fide, alij aliter disputant. Quidam in ea sunt
 opinione, ueluti Anabaptistæ, qui nolunt, ut ac-
 cedamus ad deum, & aliquid ab illo petamus:
 item prohibent, ne quis Eucharistiæ sacramen-
 to utatur, nisi prius sentiat in corde suo talem fi-
 dem, & tam magnam, qualem Christus & quan-
 tam habuit, cū non dubitaret corpus suum pro
 peccatis mundi in extrema pericula ponere.
 Quidam prorsus ad omnia spiritualia exercitia
 ineptos atq; indignos putant, qui non sentiunt
 se habere perfectissimam fidem. Quæ opinio-
 nes de sentienda fide & plenaria illius perfe-
 ctione si essent ueræ, nunq; ausus fuisset hic Regu-
 lus

lus accedere Christum, & illum rogare.

Porro cum fides talis res sit, quæ spiritualis sit & nullis sensibus subiecta, sane fieri non potest, ut sentiatur, sicut nec reliqua spiritualia dona, quæ sensibus humanis non percipiuntur. Tandem cum impossibile sit, in hac uita ad aliquam absolutam perfectionem contingere, quæ solo quæ possit hic parari fides omnibus numeris absoluta?

Sufficit itaque talem habere fidem cum Regulo, quæ audeat accedere Christum, & illum rogare: quæ quancumque imbecillis sit, & subdubitans, nec ita firma, ut esse deberet (quare etiam in Regulo reprehenditur, cum loquitur illi Christus. Nisi signa & prodigia uideritis &c.) tamen hæc modica fides satis sufficiens est causa ad fidem uberiorem. Siquidem hoc Christi proprium officium est: Calamum quassatum non contere, & lignum fumigans non extinguere, Esa. 42. Sed infirmos in fide erigere, confirmare & diuites facere. Sic discipuli rogarunt dominum pro augmento fidei, & ut fidem auctam acciperent. Sic Regulus sensim ac sensim magis credere cepit, necliuit se Christi responso de infirmitate fidei suæ absterri: Verum secundo rogat dominum, donec impetrat ex promissione, quod postea etiam facto experitur, idque propter fidem. Et hic est progressus fidei, quæ subinde exercitata fit maior & illustrior: quem fidei progressum dicitur Petrus, epist. cap. 1, experimentum fidei

uocat: ubi inter cætera ponit exercitia fidei, & dicit nos ideo affligi & tentari, ut fides in nobis preciosior fiat, & reperiatur tandem in laudem, gloriam & honorem. Quàm magna igitur fides requiratur ad impetrandum perita: Respondeo, quàm magnam habuit Regulus erga promissionem Christi, qua promittebat filio uitam, inquit. Vade, filius tuus uiuit. Huic promissioni credidit Regulus, & sicut credidit, ita postea etiam expertus est factus.

Credere autem promissioni Christi, non est obiter tantum credere, quòd Christus filius dei sit, aut quòd plus sit quàm homo, sed est certo fidere sine dubitatione, quòd in Christo uita sit, & uel ad unum Christi uerbum sequatur uita. Qualem fidem depingit Apostolus ad Rom. 4. cap. in Abrahamo, qui præter spem sub spe credidit, nõ infirmatus fide, haud consyderans suum ipsius corpus &c. non hæsitans incredulitate ad promissionem &c. Talem fidem habuit & Regulus: Vnde & filium, cum domũ uenisset, restitutum inuenit.

Postremo quid facit me certum de fidei impetratiuæ præsentia: Respondeo. Fides eiusmodi res est, quæ humanis sensibus non percipitur; idcirco fides à contrario suo uicio æstimanda est, hoc est, à dubitatione seu incredulitate, quæ ubi adest, fides impetratiua adesse non potest: illa uero abesse non potest, nisi ubi spiritus sanctus fidem dono dederit, quæ tandem potest

test sine dubitatione existere. Aliās fides ex nō
 feris uiribus collecta tantū erit persuasio uana,
 quæ contra portas inferorum subsistere nō po-
 test. Interim ne inijciamus laqueum conscien-
 tijs & Anabaptistarū more sensitiuam aliquant
 ipsius fidei perfectionem singamus, certis tem-
 poribus alligatam, scire refert, infirmitatē nun-
 quam defuturam pns, contra quam etiam sola
 tur nos in hoc Euangelio Christus, qui promit-
 tit infirmo adhuc in fide Regulo, uitam filij, do-
 nec firmiter credat, id quod etiā facit Regulus
 ad uitæ promissionē, qui credidit sermoni Chri-
 sti, & in certa fide domum abijt, certus de resti-
 tuto filio, propter uerba Christi.

Summarij loci.

- 1 Verbum auditum & necessitas urgent atq; excitant ad fidem. Hæc quantumuis etiam infirma, audet tamen accedere ad Christum, coram quo non est ociosa, sed petit uerbi promissa seruari & necessitatem mutari.
- 2 Humana natura imbecillior est, q̄ ut credat simplici uerbo, nisi externis signis ac reb. ducatur: ideo signa q̄rit, & cupit Christū descēdere ad restituēdum filium, quasi uel solum uerbū sine descensu non satis potens sit sanare.
- 3 Fides cum dubitatione non potest existere: idcirco Christus reprehēdit incredulitatem seu dubitationem Reguli, qui non credit uerbū esse potentia dei, quod iuuare potest sine signis, aut externa præsentia.

4. Christus non reñcit infirmos in fide, sed addit promissionem uitæ ex uerbo, ut infirmis occasione ad firmitus credendum det.
5. Fides credens simplici promissioni, impetrat quod petit.

Et erat quidam Regulus.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Primus locus simpliciter agit de causis & effectibus fidei, de quibus etiam egimus in huius Euangelij præfatione. Sunt autem fidei duæ præcipuæ causæ. Verbum & necessitas. Verbum obiectum fidei est, promittens infinita in Christo bona. Fides apprehendit promissa uerbi, & si qua adest necessitas, eam proponit deo, & ut proponat urget præsens necessitas fidem, quo experiatur potetiam uerbi & certitudinẽ. Et duæ hæ prædictæ causæ, uerbum & necessitas, perpetuò fidem præcurrunt, nec possunt à fide diuelli, quæ etiã in hoc nostro Regulo aperta sunt. Scribit enim Ioannes, quòd audierit de Christo. Necessitas uero in filio infirmo patet. Accedere Christum & illum rogare pro restitutione filij effectus fidei sunt, testantes de eius præsentia. Porro ut in Reguli fide uerbum & necessitas causæ sunt: ita & hæ omnium piorum fidem formant, sed diuersa ratione & alia atq; alia forma in alijs atq; alijs personis, & id saltem respectu necessitatis, quam sæpe uerbum parit, sæpe aliunde accidit, sicut omnes externæ necessitates.

cessitates, quāq̄ & hæ sæpe propter uerbuna
cōtingant, ut necessitates afflictionum seu per
sequutionum &c. Ita in Regulo necessitas non
est ex uerbo, sed sic euentu accidit. Necessitates
autem quas uerbum parit omnium sunt maxi-
mæ, dum auditum damnat nostra omnia, iudi-
cat impietatem animorum nostrorum, & dete-
git hypocrisin tectæ ex operibus iusticiæ.

Harum necessitatum cognitio præsentissi-
ma occasio est ad fidem, ne peccatorum cog-
nitione territi, in peccatis succumbamus.

Erat quidam Regulus.

De regio genere, uel magistratu regio fun-
gens.

Cuius filius infirmabatur.

Propositio necessitatis. In uoce filij exagge-
ratio est necessitatis. Necessitas hæc ugens est
causa in Regulo ad fidem.

Et cum audisset.

Altera causa fidei in Regulo, auditum uer-
bum.

Quòd Iesus.

Statim Iesu uoce confirmatur Regulus in fi-
de de ueritate uerbi promittentis salutem in
Christo.

Abijt ad eum.

Abire effectus fidei est testans de fidei præ-
sentia, sicut & rogare.

Ut descenderet.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

In secundo hoc loco aperit se humana natura imbecillitas, quæ sine externis signis ac medijs nõ potest simplici uerbo credere, quòd per se sit uirtus ac potentia dei ad salutem omni credenti. Ante lapsum Adæ potuit quidem humana natura se committere uerbo, sine signis aut externis medijs: at nunc non potest, ut credat promissionibus dei, nisi signis illis & medijs adiuta. Quare Regulus noster accessit Christum fide, sed qualis hæc fuerit, inde æstimari potest, quòd non crediderit Christum uerbo restituere posse filium, nisi descendat Capernaum.

Verum ut hic Regulus adfectus fuit, & credit spe medijs, aut externi signi: sic nos omnes natura adfecti sumus, credentes quidẽ obiter Christum esse saluatorem, & deum uelle iuuare nos, sed an hoc possit sine his uel illis medijs, plerũq; subdubitamus, quæ subdubitatio parit tum in nobis infirmam & uacillantem fidem.

Cæterum ut deus huic infirmitati aliquantulum mederetur, in utroq; testamento signa seu sacramenta instituit, per quæ tanq; per res uisibiles allicerentur homines ad credendum simpliciter promissioni in uerbo.

Docet uero hic locus secundus, ut simplici uerbo simpliciter credamus, quòd sit potentia ac uirtus Dei, quòd uitam in se habeat, & quòd seruare possit, sine præsentem uel medio uel occasione. Item dehortatur à petitione signorum &

& mediōrū, per quæ cupimus de potentia uerbi certificarī. Est uero signa petere indicium infidelitatis seu incredulitatis, qua nolumus nos simplici uerbo cōmittere. Hodie ad confirmandam ueritatem uerbi, nulla dabuntur ulterius externa signa ac miracula, quæ impudenter nostro nunc tempore petunt, duræ ceruicis atque ad credendum difficiles Papistæ, quibus unum signum præfixum est, præter quod non datur aliud in hac uita, hoc est signum passionis & resurrectionis Christi Matth. 12.

Ac sanaret ipsius filium.

Charitatis exemplum est in patre Regulo.

Agebat enim animam.

Charitas exaggerat & eleuat aliorū necessitatem.

Dixit ergo Iesus ad eum. (tes

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus uno ictu prosternit falsissimam opinionem Monachorum de fide dubitante, quam dicunt cum dubitatione placere deo, & efficacem esse ad impetrandum omnia. Et quod hæc opinio falsa sit, inde æstimari debet, quia Christus reprehendit uacillationem Reguli, qui nō credidit Christum uerbo sanare posse filium, nisi descendat Capernaum.

E contrario monet hic locus, quam fidem requirat à nobis deus, cum ad iustificationem impetrandam, tum ad res alias; nimirum talem fidem

fidē, quæ prorsus careat dubitatione, quæ prorsus non uacillet, quæ committat se simplici uerbo sine postulatione signorum, in certissima fiducia, quod deus per uerbum & uelit & possit iuuare: qualem fidem describit autor epistolæ ad Hebr. ca. 11. cum ait. Fides est earum rerum, quæ sperantur, substantia seu certitudo: & argumentum seu certum experimentum eorum, quæ non uidentur. Huius certæ ac indubitatæ fidei exemplum proponit Apostolus in Abrahamo ad Ro. ca. 4. qui sub spe præter spem credidit &c. qui non infirmatus est fide &c. qui non hæsitauit ad promissionem dei &c.

Tam uero constantem & nihil uacillantem fidem requirit Christus in Regulo pro restitutione corporis in filio: quæ igitur nunc uerisimile est, eandem fidem multo magis requiri in purgatione animæ à peccatis.

Ast donum spiritus sancti est talis fides, quam nō uno impetu dat semel, sicut tamen dare posset, si uellet: Verum sensim ac sensim dat, teste exemplo Reguli, qui ex infirma fide, ad fidē firmam transfugit.

Nisi signa & prodigia.

Res externas, media externa & huiusmodi alias occasiones præsentēs, qualis hic est descensus &c. Signa & prodigia uocat Christus omnia illa, per quæ uolunt homines certificari de ueritate uerbi, non contenti simplici promissione seu

seu uerbo. Quærerem autem signum nihil aliud est, quàm uelle aliunde certificari de ueritate uerbi, quàm ex ipso uerbo, aut internis uerbi effectibus, quos operatur in conscientijs: & est aliunde metiri uerbum, quàm ex se ipso.

Non creditis.

Videlicet uerbum esse potentiam & uirtutem dei, & me uerbo posse sanare, & si nõ descendam Capernaum.

Domine, descende.

Vide quàm profundè inhæreat mentibus humanis persuasio de signis externis. Item experientem quàm magna ac difficilis res sit committere se deo aut simplici uerbo, sine externarum rerum certificationibus.

Dicit ei Iesus.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Quartus locus continet exemplum philanthropiæ & longanimitatis in Christo, qui non statim reijcit uacillantes ac infirmos in fide, sed patienter patitur donec in fide excrescant, & ut excrescât nouas addit promissiones, quo habeat fides, erga quod se erigat, atque sic erigendo se, perfectior fiat. Est uero hic locus ualde consolatorius pro infirmis conscientijs, ne propter suam infirmitatem aut imperfectionem in fide animos despõdeant, ex hoc Reguli exẽplo, certi quòd deus illis fidem augere uelit, modo expectent, & non deterreantur à uerbo, ad cuius auditum
semel

semel atq; iterū factum, nō statim perfecta red-
ditur fides, sed ex sæpe audiendo uerbum firmi-
or ac perfectior fit.

Vade.

Promissio uitæ per uerbum sine signis, sine
descensu &c. Consolatorium est Christum in-
firmo adhuc in fide Regulo promittere uitam.
Oserua uiram & promissionem res cognatas
esse, uel causam, & effectum. Verum uita est in
uerbo, aut sequitur uerbum, quia hoc est poten-
tia atq; uirtus dei. Ad Ro. 1.

Credidit homo.

Committens se simplici uerbo, nec amplius
requirens descensum in Capernaum. Hinc faci-
le liquet quid sit fides: nimirum certa fiducia in
uerbum dei sine dubitatione committens se pro-
missionibus dei in uerbo.

Et ibat.

Effectus fidei est ire, testans de fide. Sic Abra-
ham audito uerbo promissionis de terra Cha-
naan. Gen. 12. statim exiuit in locum, quem erat
accepturus in hæreditatem.

Iam autem eo descendente.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

Quintus locus commendat nobis firmam fi-
dem erga simplicem promissionem dei, idq; ab
effectu, qui fidē indubiam sequitur: is uero est,
accipere petita. Hortatur itaq; nos hic locus ad
fidem erga uerbum ab utilitatibus, quas fides
cerca

terra eomites habet. In hoc loco uerū fit, quod Christus prædicat passim in Euangelistis de fide, quod credētibz omnia sint possibilia, quod credentes omnia petita accipiant. Item uera fit & hæc Paulina sententia: Ad Ro. 1. Verbum est potentia ac uirtus dei ad salutem omni credēti.

Serui occurrerunt ei.

Sanitate filij moti.

Illā hora.

Hac circumstantia temporis notatur certitudo & potentia uerbi. Confirmamur hic ne dubitemus de potentia uerbi promittentis.

Et credidit ipse.

Adhuc perfectior factus est in fide.

Et domus eius tota.

Crederē domum Reguli effectus est potentia uerbi conuertentis ex hoc miraculo præsentēs spectatores.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI XVIII. DOMINI

ca xxij. A Trinitatis.

Valde oportune quadrat hodiernū Euangelium ad nostra tēpora, in quibus ferē nemo reperitur, qui nō insigni aliquo fastu erga proximum suum laborat. Interim magnifice omnes de cognitione uerbi, & nescio de quibus alijs donis gloriantes, propter quæ nos alijs infirmis fratribus præponimus, qui

in cognitione Euangelij, aut nobis non sunt præres, aut qui ita faciliter non possunt omnia præstare, atque nos possumus.

Contra hunc fastum erga infirmos fratres docet nos hodiernum Euangelium, tollerantiam & condonationem infirmitatum ac peccatorum perpetuam: ut sic inuicem unus alterius infirmitatem portet, atque ita nos remittamus nobis: quemadmodum cupimus nobis à patre cælesti remitti peccata nostra: iuxta quottidia nam preculam orationis Dominicæ. Et remittit nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris: huius preculæ explicatio est hodiernum Euangelium.

Et quia quottidie experior etiam in familiaribus colloctionibus, adhuc multos esse, qui articulum de remissione peccatorum, & de mutua inter Christianos ignoscentia nondum intelligunt, ordine quodam certo ac methodico de hoc articulo disseram.

Sciendum itaque est primum, quid sit ignoscentia seu condonatio infirmitatum in proximum, quam describit hodierni Euangelij parabola, quæ fit mutua remissio inter fratres, qua sibi inuicem exemplo dei, remittunt suos errores atque infirmitates ex corde.

Verum quia animi humani malicia ex lapsu Adæ multo maior est, quam ut talem mutuam ignoscentiam nobis concedat, ideo nunc uidentur est, an nostrarum uirium sit, & an donum dei,

dei, remittere proximo suos errores. Sane si
 quis consulat humanas vires in hac re, ille faci-
 le reperiet humanum opus non esse, condona-
 re fratri culpam ex animo. Vnde etiam natae
 esse uidentur impiissimae illae sententiae. *Es ist
 vergeben/ aber noch nicht vergessen. Item.
 der mundt hats vergeben/ das hertz wils ge-
 dencken.* Quae sententiae & similes certissima te-
 stimonia perhibent, quod nostrarum uirium non
 sit, corde donare proximo infirmitatem aut er-
 rores suos. Est igitur condonatio errorum fra-
 tris donum spiritus sancti singulare, quod tantum
 accipiunt illi, qui uerbum habent, & ad quos lo-
 quitur Christus hanc de mutua ignoscentia pa-
 rabolam. Nam mundus in ea opinione est cum
 Petro, sicut legitur ante initium huius parabolae,
 quod credit remissionem illam mutuam in re-
 gno dei, aliquid simile habere, cum ea ignoscen-
 tia, quae est in regno mundi, quod semel, bis,
 ter, septies &c. remittamus, postea non ampli-
 us, sed quaeremus uindictam. Huic opinioni re-
 spondet Christus, & dicit non septies tantum
 esse remittendum fratri, sed septuagies septies,
 hoc est, perpetua esse debet inter fratres in re-
 gno dei ignoscentia. Venit uero hoc donum
 dei de remittendis infirmitatibus fratris, quan-
 do per uerbum instructi, credimus nos habere
 remissionem peccatorum in Christo. Tum enim
 datur spiritus sanctus, qui creat in nobis nouos
 motus cordis, & habiles ad praestandam remissi-

onem peccatorum in proximum ex animo)
 Porro quomodo aut qualiter remittendum
 sit proximo, nunc explicabimus. Siquidem ne
 formam quidem remittendi & ignoscendi intel-
 ligit mundus. Hic semel atq; iterū offensus, for-
 tallis offensam condonat: at sæpius læsus non
 potest, sed furere prorsus aduersus proximum
 incipit. Pertinet itaq; ad formam ignoscēdi, pri-
 mum numerus, qui inter Christianos nō est liga-
 tus ad certas aliquot offensas, sicut & Petrus
 ante huius Euangelij initiū imaginabatur, inter-
 rogans dominū. Quoties peccabit in me frater
 meus, & remittam ei. Num usq; septies. Cui re-
 spōdet Christus. Non dico usq; septies, sed usq;
 septuagies septies, hoc est, quoties offensus fue-
 ris à proximo, posito certo numero pro incer-
 to. Postea spectat ad formam ignoscēdi ex cor-
 de ignoscere, de qua loquitur Christus in accō-
 modatione huius parabolę. Nam remissio erra-
 torum proximi, quæ foris seu ore tantum fit, si-
 ne consensu cordis, non est uera, qualem oportet
 esse in regno dei. Coram mūdo sufficit ea re-
 missio, corā deo aut non ualet. Sed nec hæc for-
 ma in uiribus hominum est. Remittere em̄ pro-
 ximo ex corde, nō mior res est, q̄ totam secun-
 dam præceptorum tabulam adimplere, quæ ut
 sine spiritu Christi seruari nō potest: ita imposs-
 bile est aliquem posse fratri errata sua ex cor-
 de remittere sine præsidio spiritus sancti, qui da-
 tur credentibus Christo, in hoc ut carnalem an-
 mus

num ab impuris adfectibus mundet, faciat pe-
 ctora nostra apta ad ignoscendam, quæ corde
 fit. Forma uero ignoscendi, sumitur ab ex-
 emplo patris cælestis, qui condonat nobis deli-
 cta nostra sine ullis circumstantiis, uel persona-
 rum, uel temporum, uel locorum &c. Sic & nos
 exemplo patris cælestis, qui in hac parabola
 nobis imitandus proponitur, oportet proxi-
 mo suos errores sine ullis circumstantiis con-
 dare. Mundus primum de personis disputat, quod
 si hic talis uel talis esset persona, libenter illi
 ignoscerem.

Deinde de tempore, quod si hæri uenisset, con-
 donassem illi, si nunc ueniret &c.

Tandem & de loco nescio quæ causetur mundus:
 ite de aliis reb. ut de expiatione offensæ, de resti-
 tutiõne, & alijs atq; alijs reb. à quib. oibus auocat
 nos Christus in hac parabola exemplo sui patris.

Postremo restat ex hodierno Euangelio age-
 re de effectibus seu utilitatibus, quæ proueni-
 unt ex mutua ac fraterna ignoscencia. Hæ au-
 tem non sunt parua. Nam ex nostra mutua re-
 missione, hac omnium maxima utilitas profi-
 lit, quod si nos remiserimus peccata fratribus
 nostris, deus uult quoq; nobis remittere peccata
 nostra, non propter opus nostrum, quia nos con-
 donamus, sed quia deus promittit remittetibus pro-
 ximo peccata, quæ & ipse uelit illis sua remittere.
 Et in hunc sensum intelligi debet petitio illa in
 oratione dñica, Et dimitte nobis debita nostra.

Nam sicut hic non est similitudinis aduerbium, uerum certitudinis seu obsignationis, certo certificans atq; obsignans nos, de nostra remissione à deo facta, quando nos proximo remissimus.

Summarij loci.

- 1 Quia deus remittit nobis peccata nostra ex misericordia gratuito, sine ulla expiatione, aut restitutione: ergo & nos proximo sua errata gratuito remittere debemus.
- 2 Remissione peccatorum per Euangelium accepta atq; nunciata, pererunq; sumus insolentiores, & obliuiscimur beneficiorum dei in donatione peccatorum nostrorum, nec postea ignoscimus alijs.
- 3 Verè pñ contra insolentiam falsò euangelicorum nihil aliud possunt, nisi ut eam ad dominum deferant & doleant.
- 4 Insolentes facti sub Euangelio, ex remissione peccatorum iusto dei iudicio incidunt in perpetuas pœnas.
- 5 Ignoscentia fraterna in omnibus comparata esse debet ad naturam patris cœlestis, qui remittit peccata sine omnibus circumstantijs.

Ideo ad simulatum est.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.
 Primus locus in summa docet nos de gratuita ignoscentia in proximum, ab exemplo patris cœlestis petita, qui nobis debitoribus multa mī

familia remittit, nihil inde uel satisfactionis uel
expiationis à nobis requirens. Sed quomodo
ad gratuitam illam ignoscentiam perueniendū
sit, ne uel temere agamus, uel nostra facilita-
te demus lapsis erga nos fratribus, porrò occa-
sionem peccādi. Multa dogmata in primo hoc
loco ab exemplo patris cælestis obseruanda
erunt.

Primum enim rex in hac parabola confert
rationem cum suis seruis, id quod facit optimo
iure, quia dominus est. Sic nobiscum quotidie
deus in rationem de nostris commissis, quan-
do per prædicationem uerbi ostenditur nobis
nostra impuritas, per uerbum peccata nostra
deteguntur, & quando experimur manifesta uer-
bi prædicatione quòd indelebilem summam de-
bitorum debemus deo. Præterea summum pro-
se ius habuit rex, quia iussit seruum uenundari
cum uxore, liberis & omnibus suis possessioni-
bus. Ira deus summo iure iubet, & nos uenunda-
ri, & uenundaremur: soluendo enim nō sumus:
imò diuenditis omnibus, tamen non sufficere-
mus solutioni, nisi orantes atq; cōfugientes ad
misericordiam dei ac clementiam seruaremur.
Quare monet hic primus locus, ut ius quidem
nostrum, quod habemus cum proximo confe-
rendi rationem de offensis, prosequamur, nul-
lo modo iustificantes in proximo quod malum
est. Verum propter offensam uenundationi ex-
ponendus est proximus, hoc est, aliquo modo

castigandus, ubi uero castigatus, precatur sibi ignosci debitum, statim adhibenda est misericordia, ne nimia angustia in uenundatione desperet. Id quod pulchrè monet Apostolus in posteriore ad Corinth. ca. 2. in excommunicato propter stuprum nouerçę, quem recipi uult in gratiã, ne nimio dolore absorbeatur. Ait em̄ Sufficit istiusmodi homini increpatio &c. ne quo modo fiat, ut immodico dolore absorbeatur.

Ideo ad similitudinem est.

Quia inter fratres perpetua in regno cœlorum debet esse ignoscentia. Nam sequens parabola est confirmatio præcedentis Christi respõsi ad Petrum, de perpetua ignoscentia.

Homo rex deus est, quia regit homines, non quia homo est.

Serui nos sumus constituti à deo super multa bona, in quib. negociare deberemus in usum domini. Ea bona esse possunt. Vera pietas, cognitio dei, fides in deum, timor dei, charitas in proximum, atq; adeo ea omnia, quæ lege sua præcepit nobis deus.

Regnum cœlorum opponit mundi regno, in quo non est ignoscentia, aut non talis, qualis est in regno cœlorum.

Ratio hæc quam deus nobiscum iniquotidiana est, quando uerbum prodit impietatem animorum nostrorum, accusat nos peccatores &c. tum reperimur decem milium talentorum debito.

debitores, quā summam persolvere non possumus. Decem millia talentorum: positus est numerus certus pro incerto.

Et cum cœpisset conferre.

Per prædicationem uerbi.

Oblatus est ei unus.

Ille unus nos multos significat. Talentum sexcenti coronati.

Cum autem non haberet.

Pro peccatis soluendo non sumus.

Venundari.

Venundamur a domino, quando angimur uiribus & meritis nostris, quibus studemus perpetuæ ac æternæ dei uoluntati satisfacere. Uides solutionem pro peccatis, & ut respondeamus legi, non quod speret de solutione nostra, cum debita longe plura sint, quā ut ea persoluamus, sed ideo urget, quo ducat nos ad cognitionem debitorum nostrorum, & inopiæ nostræ, ut de hac certior facti confugiamus ad misericordiam dei in Christo promissam.

Ac fieri solutionem.

Quæ fieri non potest: quippe cum nos carnales sumus, lex uero spiritualis.

Procidens.

Procidere gestus ueræ fidei. Rogare effectus est fidei ueræ apprehendentis ac implorantis misericordiam dei. Et adorare gestus est ueræ fidei seu effectus.

Domine habe patientiam
in me.

Imploratio fidei effectus.

Et omnia tibi reddam.

Nota quàm profundè inhære at humanis animis præsumptio de operibus, qui in tentatione præsumunt legi dei satisfacere operibus. Obliquæ hic pro accommodatione parabolæ tangitur quæstio. Vter prior occasionem reconciliandi quærere debeat, læsus ne, an ledens. Simpliciter accommodaueris parabolam ad exemplum, & dices lædentis esse, ut occasionem reconciliandi prior quærat, accedat læsum & remissionem petat, exemplo huius serui, qui regem accedit, & petit remissionem debiti. Nec uideo quid lædentem hic excusari possit, sane pudor non potest. De pertinacibus hic non loquitur Christus, qui hanc parabolam ad suos discipulos dicit. Vbi uero ledens uenit, & cupit sibi ignoscere, non debet anxie à nobis uexari, sed statim cum ambit reconciliationem, illi ignoscendum est, exemplo huius regis, qui protinus ad preces serui sui, misertus est, & remisit debitum.

Verum si lædens noluerit accedere læsum, uel ex pertinacia, uel ex alia causa, tum læsi erit ex Christiano amore pertinacem præuenire, ut fratrem suum lucrifaciat deo. Siquidem & nos cum essemus in peccatis, non dubitauit deus unigenitum suum filium pro nobis in mor-

tem dare, & præuenire nos gratia, quo ex Satanae liberis, fieremus dei filij in Christo dilecti.

Tandem ubi lædens à sua pertinacia desistere noluerit, & tuum studium ineundi reconciliationem contempserit, relinquendus est iudicio dei, sed ita ut tu læsus illatam iniuriam libenter concedas.

At inquis. Quis potest hæc præstare? Quis potest adeo expugnare animum suum, ut læsus lædentem præueniat? Respondeo. Mundus sane non potest: quare hoc donum dei est, quod habent tantum pñ, quibus loquitur Christus in hac parabola.

Misertus autem dominus.

Philanthropiæ dei est facilis hæc condonatio. Quod dominus misertus sit serui, excludit meritum, quod nullum adesse potuit, quia seruus uon erat soluendo.

Dimisit eum.

Effectus imploratæ misericordiæ est remissio debitorum. Monemur hic obiter exemplo regis, qui uniuersum debitum remittit, ut & nos proximo non tantum partem debitorum remittamus, sed totum debitum.

Egressus autem ille.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus notat Euangelicum illum factum, in quem plerunq; incidunt illi, qui sentiunt se beneficio Euangelij à debitis liberos, Hæ

exemplo huius serui, cui dominus uniuersum debitum remiserat, postea exurgunt contra proximum, contemnunt, male tractant, & non sunt ei uel sæpe leuissimum debitum remittere, quale reuera erat illud, quod seruo debebat cōseruus. Nonne decuisset nunc seruum, cui dominus totum debitum cōdonauerat, humilimū fieri, & erga dominum, & erga alios cōseruos: cuius decori plane obliuiscitur hic seruus, & ab ita cōseruum suum miserabiliter tractat.

Docet itaq; nos secundus hic locus, ne ex beneficis nomine Euangelij acceptis, reddamur insolentiores: de qua insolentia multis monet Christus. Matth. 7. Et Apostolus ad Ro. 14. Et 1. ad Corinth. 8. cap.

Seruus ille.

Ille emphasim habet, q. d. Christus, cui tanta debita erant remissa.

De cōseruis unum.

Proximum suum in eodem cælorum regno seruientem.

Centum denarios.

Qui parua noxa offenderat illum. Denarius & drachma idem significant. Duo denarij ualent ferè quarta aurei Rhenani parte.

Solue quod debes.

Nota magnam serui insolentiam.

Et procidens.

Procidere gestus est proximi cupientis ex animo

animo reconciliari offenso. Rogare illius desiderij opus est.

Esto paciens.

Relinque noxam seu offensam.

Et omnia tibi reddam.

Verba lædentium, quibus student inire reconciliationem cum læsis.

Et ille noluit.

Exemplum impatientiæ & immisericordiæ in seruo ex gratia insolente.

Videntes autem conserui eius.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus docet quid p̄ns faciendum sit, aut quid facere possint, dum vident insolentiam hominum ex beneficijs Euangelij superbiensium: dolere quidem possunt, deferre illam insolentiam ad dominum, & excludere homines insolentes è suo cõsortio: at aliud non possunt: dominus uero intellectam per pios insolentiam, uindicabit & puniet.

Indoluerunt ualde.

Indoluerunt uehementis adfectus uerbum est, quo exprimit Euangelista magnitudinem doloris, quem concipiunt p̄ns, cum uident suos fratres, qui fratres uideri uolunt, sub pretextu Euangelij insolescere.

Tunc accersiuit illum dominus.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Quartus

Quartus locus horribilem pœnam minatur omnibus qui sub Euangelio insolescere incipiunt & superbire, imò sæuire in proximos suos. Et ut hic locus talibus in terrorem proponitur: ita uerè p̄ns in consolationem, qui ad beneficia Euangelij non insolescunt, proximo libenter condonant & ferunt omnes illius infirmitates. Porrò hæc pœna, quæ hic à domino irrogatur seruo insolenti, incipit in hac uita, dum insolentes magis ac magis indies atq; indies excœcantur in cognitione uerbi, donec & post hanc uitam dabunt æterna supplicia.

Serue nequam.

In Græco est *ῥοινηρῆς*, q. d. rex, qui coram me, cum opus haberes, potuisti regere tuam nequitiam: Nūc uero coram proximo fuisse eam erumpere.

Quoniam rogasti.

Obserua causam factæ ignoscentiæ.

Nonne ergo oportuit?

A debito seu cōuenienti, a maiori ad minus, ab exemplo dei ad seruum.

Tradidit eum tortoribus, quousq; redderet.

Hoc est, damnauit perpetuò: quia soluendo non erat. Idem iudicium extat Matth. 5. in eos, qui in hac uita noluerunt recōciliari proximo. Non exhibis, donec persolueris extremum quadrantem.

Sic

Sic & pater uester.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

Quintus locus habet accommodationem parabolaë, in quo explicat Euangelista parabolaë totius usum, qui in hoc consistit, ut exemplo patris cœlestis remittamus proximo nostro, sicut nos cupimus nobis à deo patre remitti peccata nostra. Et est in hoc loco breuis quædam explicatio petitionis in oratione dominica. Et remittit nobis &c. Cæterū quia Christus reuocat nos ad exemplum patris cœlestis in condonandis delictis proximo, docet nos de forma ignoscendi, quæ ab exemplo patris cœlestis petenda est, non à mundo, qui in hac re nihil intelligit neque potest, sed qui inter ignoscendum, nunc semper aliquid causatur, uel in personis, uel in alijs circumstantijs, à quibus deus alienissimus est, condonans hominibus peccata ex misericordia sine respectu circumstantiarum & gratuito. De hac forma Christus loquitur & Matth. 5. Eritis igitur uos perfecti, sicut pater uester, qui in cœlis est, perfectus est. Item Luca 6. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Monet & hic locus de altera forma ignoscendi, sine qua ignoscencia non potest esse uera, nec acceptabilis deo; ea autem est, quæ cor consentiens requirit, ut non solum ore condones, & interint in corde repositam serues iniuriam. Iuxta uulgar. e illud prouerbium. *Es ist vergeben / aber noch nicht vergessen.* Faciet

Facies uobis.

Nō remittet uobis peccata, uel dānabit uos.

Ex cordibus uestris.

Cordibus consentientibus, non ore tantum.

IN EVANGELIUM

MATTHAEI XXII. DOMINI

ca xxiij. A Trinitatis.

Quæ sit humana sapientia, & quomodo erga Christum adfecta sit, atque adeo erga Euangelium, iam prælectus nobis rextus, apertissimè docet: item qui sapientiæ illius finales effectus sit: uidelicet fœdissime impingere ibi, ubi sibi maxime sapere uidetur. Quis enim astutius intricatiusq; cōsiliū, ad illaqueandum aliquem excogitare uel ex ipsissimis sapientiæ carnalis fontibus potuisset, quam illud est hoc in loco, quod pharisæi aduersus Christum speculantur: Verum quid est aliud astutū & intricatum cōsiliū humanæ sapientiæ, quā fallacia quædam tecta, eam dialectici dilemma uocant utrimq; ad fraudes adornatū, quos hypocriti exornat humana sapientia, ut cōmodius & Christo & uerbo suo insidias struat. Nam & humana sapientia nunq; potest esse sine fraudibus, quando intendit agere contra Christum seu uerbū: ita nec hypocriti unq; carere potest, qua fraudes suas exornat, phalerat & uenalem propo-

proponit. Quis em̄ simplicem fallatiam spoliā
 tam hypocrisis, nō intelligeret? Quis non statim
 sentiret humanæ sapientiæ dolos contra Chri-
 stum & uerbum, si simplicitate ac sine fuceo pro-
 diret? Tandem quis non perciperet fraudulen-
 tiam humanæ sapientiæ, si uel uī, uel apertis ar-
 tibus iret ueritati obuiam? Ast tantam hypocri-
 sin ex se humana sapientia non habet, sed ex sa-
 tana patre, qui humanā sapientiam alioqui bo-
 nam deī creaturam in rebus ciuilib. suo ueneno
 corrūpit & obpalliat contra Christum, quo cū
 humanæ sapientiæ speciosis cōsilis perdat atq;
 cōfundat. Sic pharisæi in hoc Euangelio abeunt
 ad Christum, non quem uiolētia aut apertis do-
 lis petunt, sed cōsilis, longa deliberatione ini-
 tis, uerbis hypocrisis fucatis, & in speciem dolci-
 bus, captantes à Christo beneuolētiā, uocant
 eum ueracem, doctorem ueritatis, qui sine ho-
 minum respectu doceat ueritatem. Verum hæc
 omnia in hoc, ut Christum suo cum uerbo con-
 fundant, & confusum opprimant.

Et hæc prima sunt media, quibus humana sa-
 pientia adoritur Christum: hñs uero cum desti-
 tuitur, aut ut certiozem ad finem ducat sua cōsi-
 lia, cōfugit ad brachiū seculare: sicut & hic faci-
 unt pharisæi, qui herodianos sibi adiungūt, ne sic
 Christo ulla spes elabendi, siue respōderit bene-
 siue male, siue dixerit Cæsari dandum esse cen-
 sum, siue non, utrimq; tamen capiatur.

Et qui adfectus hic est in pharisæis hu-
 mana

mana sapientia sapientib. ille est & in toto mundo, qui post infinitas consultationes, post tot suauiloquentes libros, post tot astutias contra Euangelium, tandem confugit ad Cæsarem, ut brachiumulare. Sic Papanoster, qui nunquam curauit Cæsares ante reditum Euangelij, hodie illius præsidia implorat.

Cæterum quid efficiat humana sapientia, & mundus qui huic studet contra Christum, nunc dicendum uenit. Si in euentum hodierni Euangelij diligenter inspexerimus, uidebimus phariseos cum sua sapientia etiam brachio seculari, circa Christum nihil effecisse: imò audito responso Christi, cū admiratione abisse, relicto Christo saluo. Et deo gratia, nec hodie adhuc post tot publica concilia, & post tot priuatarum personarum deliberationes, nihil dignū quod in suis consilijs sæpe capti, & confusi abierunt, & adhuc abeunt.

Valde itaq; consolatorium est, humanam sapientiam & mundi sapientes talia confusionis præmia à Christo auferre.

Quid enim maius solacium omnibus pñs adferre potest, quā ut uideant nullam astutiam, nulla consilia, deniq; nullam potentiam coram Christo subsistere posse? Agat nunc mundus, quicquid uelit. Fingat atq; retingat omnia: nos qui credimus uerbo, ex hoc exemplo certi sumus, cunctas sapientum mundi astutias, ceu puluerem

uerem à uento dispergi, ubi sapientia Christi,
 uerbum dei, uirtus ac potentia dei accedit: imò
 nec solum dispergi, sed illis ipsis exitio fieri, qui
 ex humana sapientia persuasi, struxerunt inli-
 dias uerbo. Ita demum uera fit illa sententia.
 Dntrew schlehtiren eizen herrn.

Monent igitur hæc præmia confusæ huma-
 næ sapientiæ, præter id quod consolantur, ad
 duciam in uerbo ponendam, ut nihil timeamus
 nobis de astuto mundo, de fraudibus illius ac
 de potentia: licet Herodianos defensores, &
 quærat & habeat. Certum est enim aliquando
 astutum mundum in magna confusione abitu-
 rum, atq; in eam foueam prolapsurum, quam
 uerbo & uerè pñs effoderat. Iuxta illud psalmi.
 In laqueo isto, quem absconderunt, compre-
 hensus est pes eorum. Psal. 9.

Cæterum ut hæc uictoria Christi contra sa-
 pientiam mundi, nobis qui Christo credimus,
 magnæ consolationi est: ita meritò magno ter-
 rori esse deberet, omnibus illis, qui hodie ma-
 chinantur aliquid contra uerbum, illudq; op-
 pressum cupiunt, tam consilijs astutis, q̄ ui atq;
 potentia brachij secularis.

Summary loci.

1 Sapientes mundi & iusticiarij operum, quan-
 to apertius docentur de ueritate uerbi, tanto
 magis excæcantur, redduntur pertinaciores,
 & maleuolentiores cōtra uerbum. Exemplum

hic habes in pharisæis, qui ueritate uicti possunt tot insignes contiones Christi, tamen dolis petunt Christum, quem ueritate uincere non possunt. Estq; hoc consilium humanæ sapientiæ.

2 Hypocritæ pharisæi male sibi conscij, cõfugiunt tandem ad brachium seculare.

3 Iusticiarij præter id, quòd dolis & uimoluntur Christum capere & perdere, tegunt suos dolos speciosissima & blandissima hypocrisis, ne uideantur male uelle ueritati, cui tamen maxime male uolunt.

4 Humana sapientia coram Christo seu uerbo eius subsistere non potest, nec mirum. Est enim uirtus ac potentia dei. Ad Romanos cap. primo.

5 Christus seu Euangelium non perturbat publicas ordinationes, neq; tollit ciuile regnũ, sed docet, quid utriq; regno, & suo & mundano debemus.

Tunc abeuntes.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Primus huius Euangelij locus, explicatio quædam est occasionis, e qua moti fuerunt pharisæi ad struendum insidias Christo. Hic tribus insignibus parabolis docuerat, tempus uisitationis populi Israel per suum Messiam futurum aliquando à sanctis prophetis promissum, nunc

nunc præsens instare, & adesse magnum illum diem domini, unã cum uero Messia: nec aliud restare, nisi, ut Israel præsentem Messiam amplectatur: addiderat Christus simul horrendas minas de reiectione Israel, ni Messiam susciperent: contra quas Christi contiones ne uerbum quidem scribæ & pharisæi respondere poterunt: quem igitur nunciucti in conscientijs de ueritate, uincere scriptura non possunt, eum astutis dolis circumuenire instituunt, quo sit occasio tollendi illum è medio. Monemur itaque hoc primo loco, de iudicio illo in omnes hypocritas iusticiarios, qui ad prædicationem ueritatis semper redduntur pertinaciores, cœciores & maleuolentiores, extreme laborantes, ut uel astutia tollant ueritatem, quam apertis scripturæ testimonijs tollere diffidunt.

Talis pertinacia, cœcitas & maleuolentia adhuc hodie est in aduersarijs iusticiæ fidei, qui quanto magis admonentur de ueritate, tanto infaniores fiunt: Hæc uero cœca rabies non aliunde oritur, quam ex humana sapientia, quæ & offenditur uilitate uerbi, & contemptis prædicantibus personis, deinde quæ & subministrat astuta consilia, quibus capiatur Christus, confundatur & perdatur cum suo uerbo.

Pharisæi sunt iusticiarij operum, & mundana sapientia sapientes,

Consilium inierunt.

Inire consilium opus seu effectus est humane sapientiæ, quæ data opera, & de industria studet se ueritati opponere.

Nora aduersarios uerbi prudenter sua consilia quærere, & nihil temere agere.

Ut illaquearent.

Finis iusticiariorum operum, & mundi sapientum, ad quem tendunt suis sapientibus, & de industria captis consilijs.

Et mittunt ei.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus hic exordium sumit, qui est de patrocinijs, quæ iusticiarij quærunt pro defensione illius iusticiæ, quæ est ex operibus. Non est dubium, quia pharisæi ipsi non ueniunt ad Christum, quin sibi conscj fuerunt, aut uicti in conscientijs de ueritate, aut metu turbæ agitati, recusatunt accedere Christum. Et quia mala conscientia præcipue metu periculi percussa, nunquam feriat, ex anxietate quadam patrocinium quæsiuit, quod cum in uerbo non re periret: hoc enim damnat quicquid est contra Christum, ad brachium seculare confugit, in quo præsidium suum figit. Et licet ante operum oppugnationem iusticiarj pharisæi, nihil minus curent, quàm secularem magistratum: tamen quia necessitas poscere uidetur, implorant

rant quæuis numina, modo in operum iusticiæ conseruentur. Tum non solum in eadem hypocriti constitutum magistratum admittunt, sed etiam Herodianos.

His autem adfectibus adhuc præditi sunt iusticiæ operum cultores, qui cum hætenus ne ipsi quidem fecerint Cæsares & reges nostros, quos pro autoritate illi hominum generis famulari, nunc excommunicarunt, nunc prorsus fugarunt, nunc ab imperio deposuerunt. Sed quia diffidunt de uerbo, quo esset iusticiæ fidei, quam hodie prædicamus, resistendum, libenter admittunt ciuilem Magistratum, illum ad effusionem sanguinis adhortantes, quo compescatur synecro doctrina de gratuita iusticiæ fidei.

Verum quid pharisæi isti, & hi nostri dignum effecerint, & adhuc efficiunt sua defensione à seculari potestate, petita, hodie exemplam testantur, & paulo post in Christi responso audiemus.

Cum Herodianis.

Signanter hæc addit Euangelista, ut malitiam pharisæorum exprimat, & simul ostendat arma iusticiariorum, quibus fidunt contra ueritatem: hoc posterius stulticiæ ac indecori est, homines Iudæos patrociniis gentilium.

Magister.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus monet nos de pallio, quo tegunt hypocritæ iusticiarum suas fraudes & uolentiam suam contra ueritatem: illud est hypocrisis, qua foris tegunt, quod in animis uolunt. In eam si simpliciter intendas oculos, nihil minus eliciendum est è uerbis phariseorum, quam quòd quærant sub tam amicis uerbis Christi interniciem, quem magistrum uocant, ueracem, doctorẽ ueritatis, & talem, qui ad captum popularum non prædicet, neque moueatur hominum iudicio. Sed ut anguis in herba latet, ita sub tam amicis uerbis, quæritur confusio Christi. Quare duo ex tertio hoc loco discemus.

Alterum ne sinamus nos hypocrisis seu specie recti decipi. Alterum, ut discamus iusticiarios nihil boni in animo habere, & si dicant Christum magistrum esse, ueracem, doctorem ueritatis & constantem uerbi prædicatorem. posterioris aliquot exempla habes in sacris literis, quæ docent hypocrisin tandem in apertum furorem prorumpere. Gene. 31. capite, exemplum uides in Laban, qui primum amicis ac blandis uerbis loquitur Iacob: Deinde profusus furere aduersus eum incipit. Et Herodes Matthæi capite secundo, coram Magis uult uideri magnus amicus Christi, & postea persequutorum se præbet, & sinit infantes occidere. Sic & Iudas osculando prodidit Christum. Matthæi 26. capite.

Magister

Magister scimus.

Captatio benevolentiae à persona Christi, à conditione uitae, ab officio &c.

Quòd uerax sis.

Qui & ipse sis uerax & alios ueraces facias.

Et uiam dei in ueritate.

Quicquid uult te deus docere, ea tu doces fideliter ac uerè.

Neq; cura est tibi de aliquo.

Quem sinas tibi p̄scribere humana dogmata.

Non enim respicis personam.

Hoc est, tua praedicatione non captas auram popularem, non permittis te flecti humana auctoritate à tua doctrina &c. Omnium maxima hypocrisis, nihil discrepans in speciem à uerapierate.

Dic ergo nobis.

Quaestio est de iure, quod pro se habebant pharisaei. Nam non agnoscebant Romanos pro magistratu, quia legem habebant de eligendo rege ex stirpe Iuda &c. Iam igitur cogitabant pharisaei, si dixerit Christus, non esse dandum Caesari census, habebit Herodianos, qui eum ut obedientiae ciuilibus ordinationis interturbatores, facile perdent. Quaestio est dilemma acutissimum, in ipsis fontibus humanae sapientiae natura, quo nihil astutius neque rotundius excogitari potuisset.

Hie steht menschliche weisheit gegen Gottes wort in ansehen am höchsten.

Cognita autem Iesus ma-
licia.

EXPLICATIO QVARTI LOCI.

Quartus nunc locus sequitur in hoc Euan-
gelio, qui docet humanam sapientiam tum fœ-
dissime impingere, & à summo fastigio ad pro-
fundum detrudi, quando credit se fortissima
argumenta, & media contra uerbum dei habe-
re. Primum autem tegitur hypocrisis per Chri-
stum, qua cœca habuit sua tela humana sapien-
tia. Postea in uniuersum aperta facta tela eua-
nelcunt uel breui Christi responso: tanta enim
est potentia ac uirtus uerbi dei, contra quam ne-
mo aliquid magni efficere potest. Contra hu-
ius uerbi potentiam late habitans populus Isra-
el, extremas suas uires tentauit, sed nō sine æter-
na ruina. Contra huius uerbi uirtutem, multi
multa moliti sunt: uerum sine triumpho, quem
semper uerbum reportauit omnium aduersa-
riorum, & perditione & admiratione. Et hunc
triumphum Christus hic reportat à pharisæis,
qui longa deliberatione inierant consilia, adhi-
bita ipsa sapientia humana in coadiutricem so-
ciam, sed frustra.

Commendat igitur quartus hic locus poten-
tiam uerbi: consolatur nos contra scandala con-
tempti

tempti uerbi: Tandem terret aduersarios uerbi, ut sciant se contra potentiam uerbi nihil posse.

Christus, quia cognoscit maliciam animi in pharisæis, igitur deus est.

Malicia est intenta fallacia reeta hypocrisis, præter conscientiam suscepta. Tentant pharisæi Christum, non ut illius institutione meliores fiant.

Ostendite.

Ridiculum hoc opus addit Christus, qui tam acutam quæstionē ex numismate soluere uult, quo confundat sapientes pharisæos.

Denarius drachma est ualens ferè tribus grossis misiensibus.

Cuius est imago hæc?

Interrogat Christus pharisæos, ut sibi ipsis respondeant in conscientijs.

Reddite ergo.

EXPLICATIO QVINTI LOCI.

Quintus locus discutit nostro tempore mælesanum illum errorem, quem hodie sub prætextu pietatis instituerunt Anabaptistæ: quod Euangelium tollat omnes ciuiles ordinationes, atque euertat omnem ciuilem magistratum: quem errorem Christus hic suo responso pharisæis ad propositam quæstionem, dato, dissoluit, dum utrumq; regnum certis suis limi-

tibus includit. Regnum ciuile est in quo caput est Cæsar, ut superior magistratus, & a quo inferior pendet. Hoc ciuili obedientia, certis legibus & fœdere certo administratur, censu, uectigali, redditibus, armis, bellis &c. conseruatur, quæ omnia ut res externas, regno ciuili, sub uocabulo census tribuit Christus, confirmata offert, & rata esse uult.

Econtra regnum dei est, in quo Christus est rex & magistratus, hic quia spiritus est, igitur spirituale est eius regnum, in quo externi nihil est, sed spiritualis obedientia, quæ potissimum consistit in fide & timore dei. Interrogatus itaque quid utriusque regno debeas, Responde. Regno ciuili debeo ciuilem obedientiam. Regno autem dei, fidem & timorem. Nam in his consistit tota nostra religio, quæ non est in rebus externis sita, aut in ritibus seu cæremonijs externis, sicut boni illi homines nugantur, dum definiunt religionem nostram esse rituum externorum obseruationem & humanarum traditionum custodiam. In summa igitur docet hic locus quintus.

Primum discrimen inter regnum dei & inter regnum mundi. Deinde confirmat regnum ciuile & magistratum huius regni unam cum suis legibus & ordinationibus ciuilibus.

Responsum Christi enthymema est.
Hic nummus habet effigiem Cæsaris.

Ergo

Ergo ad Cæsarem pertinet.

Argumentum ualet à loco, qui dicitur à cor-
rugatis. Iugulat Christus pharisæos propria
confessione, qua confitentur se uti Cæsaris nu-
mismate, & ideo esse sub potestate Cæsaris,
quam Christus non tollit, imò coli uult: quare
& census iubet dare.

Ratio uero est, quor Christus non soluat po-
testatem Cæsaris, quia est rex spiritualis regni
spiritualis. Copiosiore huius loci expositio-
nem, uide in nostro Matthæo ca. 22.

Per Cæsarem intellige omnem magistratū.
Per census omnem ciuilem obedientiam atq;
adeo ea omnia, quæ ciuilibus obedientia requirit
ad sustentationem suam.

Et quæ sunt dei, deo.

Separat Christus regnum dei à regno mun-
di. Res quæ pertinent ad regnum dei, aut quæ
sunt in regno dei persoluenda, sunt fides & ti-
mor dei & sic omnia, quæ spiritualis obedien-
tia requirit.

Et audientes admirati sunt, &
relicto eo abierunt.

Præmia tentati Christi hic uides, confusio-
nem & frustrationē. Et nota hic iusticiarios iu-
sto dei iudicio ad auditam ueritatem magis ex-
cæcari. Mirari effectus est potentia uerbi in
pharisæis operantis, qui uerbo uicti, mirantur
quidem

quidem atq; obstupescunt, nec tamen conuertuntur ad Christum, neq; agunt de peccato penitentiam, sed abeunt cæci in peccatis suis.

IN EVANGELIUM

MATTHÆI IX. DOMINI
ca xxiiij. A Trinitatis,

Totum nouum testamentum in nulla re magis occupatum est, q̄ ut ubique summis laudibus euehat atq; prædicet philanthropiam & officia Christi: nec immerito: Sunt em̄ hæc duo sola media, per quæ cognoscimus Christum, & quid sit, quur uenerit, & quis aduentus illius finis existat. Siquidem qui Christum noscere uult, aliunde noscere non potest, quàm è philanthropia & officijs: item qui scire uult quur uenerit, & in quem finem, neq; illa intelligere aliquis potest, quàm per prædicta media. Nam qui maiestatem Christi uellet considerare, quod filius dei esset, æqualis deo patri, tam nomine quàm potentia, is facile deterretur à cognitione Christi, nec eum cognosceret, & si uellet. Quis enim dubitat maiestatem Christi esse ultra humani ingenij capacitatem: Quare Christi maiestas relinquenda est, & consideranda philanthropia eius, unã cum officijs, quæ in hodierno Euangelio in animis uoluntarunt, primas ille & mulier laborans profluvio sanguinis

guinis, & sanati atq; restituti abierunt, qui si ad maiestatem Christi uertissent oculos, nunquam suis infirmitatibus inuenissent remedia, imò iudicassent Christum, tanquam potentem aliquid & superbum medicum, qui posset quidem iuuare, tamen propter suam maiestatem non faceret alijs sui copiam. In hunc modum consideratus Christus, nihil profuisset. Primæ ri & laboranti mulierculæ, sed potius fuisset illis desperationi.

Prodest uero illis Christus, quia fide apprehendunt philanthropiam Christi, & eius officia, de quibus certior factus fuit primas unâ cū muliere.

Et sic proponunt prophetæ Christum contemplandum. Esa. cap. 53. & 61. Præterea ipse Matthæi undecimo capite, ita se cognoscendum discipulis Ioannis obtrudit. Inquiens: Itē & renunciate Ioanni, quæ auditis & uidetis: Cæci uisum recipiunt, & claudi ambulant: leprosi mundantur, & surdi audiunt: mortui excitantur, & pauperes lætæ accipiunt Euangelij nuncium &c.

Mundus & iusticiarj operum ex alijs atque alijs rebus & operibus Christum cognoscere uolunt, sed frustra, qui ex solo uerbo & illius effectibus cognosci uult, qui sunt philanthropiam exercere erga homines, mederi omnibus, & saluare omnes tam in anima quàm in corpore.

His

His rebus & officijs si quis apprehendit Christum, is facile sentit se restitui posse. Nihil hic iuuant opera, quibus tibi mederi cupis, & quæ moliris in Christi locum substituere, exemplo huius mulierculæ, quæ omnia sua bona in medicos suos profuderat, nec tamen inde melius habuit, nec potuit melius habere. Quamdiu enim in operibus occupabatur, non noscebat Christum, qui non agnitus, nec iuuare potest: statim uero cum post haberet sua opera, & medicos in quos confidebat, & incipiebat agnoscere Christum, ac illum beneuolum medicum fide apprehendere, cæpit melius sentire.

Quo exemplo certum est, ex nullis operibus posse agnoscì Christum, & nulla opera iuuare ad liberationem conscientiæ, quæ tum primum liberatur, quando fide apprehenditur Christus ille philanthropos in omnium salutem missus.

Fortassis fieri potest, ut ad tempus producamus infirmitatem bonis operibus, & solemur nos extra pericula mortis uana operum spe: Verum alludentibus mortis periculis opera nihil possunt, imò magis ac magis deteriorem faciunt morbum, quem ubi cupimus ablatum, tandem post omnes operum medicos & remedia operum procurrendum est ad philanthropiam, & pharmaca Christi medici.

Restat

Restat igitur ex hodierno Evangelio doce-
re quomodo philanthropia Christi unā cum
officijs eius apprehendenda sit. Verum est scri-
pturam proponere nobis Christum agnoscen-
dum ex sua philanthropia & officijs. At stul-
tus mundus cum audit agendum esse aliquid,
adcurrit & illam humanitatem, seu officia illa
operibus uult promereri. A qua opinione re-
uocat mundum hoc Euangelium, quod duo-
bus exemplis, altero in primate, altero in mu-
liere, monstrat philanthropiam Christi, & of-
ficia eius fide apprehendenda esse, quam eti-
am ut medium erga humanitatis officia am-
plectenda Christus commendat in primate,
quem ad preces sequitur: & in muliere, cui
ait. Confide filia, fides tua saluam te fecit.

Summarj loci.

1. Necessitas & fides urgent ad Christum, qui
fide accedentes, quo uolunt, sequitur, ut me-
lius habeant. In primate & muliere fidei exem-
pla sunt. In Christo philanthropiæ.
2. Fides impetrat quod petit à Christo.
3. Sapientes mundi rident Christum & opera
eius uilitate personæ offensi.
4. Quanquam sapientes mundi uident Chri-
stum & opera eius, tamen fama & opera Chri-
sti, nolente etiam mundo, inclarescunt latif-
sime.

Hæc

Hæc illo loquente.

Scilicet ad discipulos Ioannis, qui offensi erant
libertate discipulorum Christi non ieiunantium.

Ecce.

Q. d. Euangelista, quanquam discipuli Ioan-
nis & pharisæi non crederent Christo, tamen ad
huc quosdam credidisse, ueluti primas, de quose-
quitur, & mulier profluuio sanguinis laborans.

Primas quidam uenit.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Disputat primus locus de causis, quibus mo-
ti fuerunt primas & mulier ad Christum. Nam
de his causis ferè circa omnia miracula agendum
est, ut & fidei origo & accessionis ad Christum
impulsivæ rationes perspiciantur. Fides ex au-
dito uerbo oritur, necessitas urget fidem, quo
experiatu promissa uerbi. Mundus quia nec
neq; ad fidem pertinere potest, neq; ad Christum
festinare. Licet mundus uariis necessitatibus, ideo
prematu, tamen quia uerbum non curat, & sic
per consequens nec fidem habet, ignorat Chri-
stum, neq; quicq; boni sibi pollicetur de Chri-
sto: imò eum non pluris facere potest, quam
ignotum aliquem medicum, cui se committere
non putat satis tutum: hinc ad sua opera confu-
git, ad hos & illos diuos, deniq; ad hæc & illa pre-
idia, quibus sperat sibi fore consultum. In quo
error

errore sine dubio, unā cum mundo uersatus est aliquandiu ut huius Euangelij primas: de muliere certum est, quod ante cognitionem Christi, & anteq̄ de illo audierit, quod in magna fiducia adhæserit medicis, sperans ab illis salutem.

Postea uero quia primas & hæc mulier accesserint Christum, & illius præsidium implorauerint, quæ opera fidei effectus sunt: idcirco certum est, tam primatem quā mulierem de fama Christi audisse, ex cuius auditu fides nata est, quæ accessit Christum ex cerra persuasione de impetranda sanitate. Et hæc certa persuasio in utraq̄ persona proponit nobis fidei exemplum, cuius tanta est uirtus, ut trahat Christū, quo uelit. Sic primas cum Christum fide accessisset, ut ei suam necessitatem proposuisset, statim securus est illum Christus. Mulier fide accedens eandem beneuolentiam in Christo experita est. Commendatur igitur in hoc primo loco, præter fidei exemplum, & philanthropie Christi magnitudo, qui non potest se cohibere, quin credentes protinus exaudiat & exaudiatos ab omnibus necessitatibus liberet.

Venire ad Christū & adorare eum, effectus sunt ueræ fidei, qui & de audito uerbo testificantur. Adorare hic simpliciter accipio pro implorare. Alias Hebræorū more sonat, gestu aliquo corporis externo honorem exhibere.

Filia mea.

Cc

Propositio necessitatis. Charitatis est nō tam suam, q̄ aliorū necessitatē Christo proponere.

Defuncta est.

Exaggeratio necessitatis, ut postea clarius conspiciatur potentia Christi, qui defunctam puellam resuscitare potuit.

Sed ueni.

Fidei uerba, quanq̄ infirmę. Nam primas credere debuit, Christum uel uerbo seruare posse, nec opus esse, ut ueniat ad filiam & imponat illi manus. Humanę infirmitatis exemplum hic uides, quę semper signa & media externa simul ad promissionem requirit.

Impositio manuum gestus quidam fuit, quibus alijs atq̄ alijs usus est Christus inter sanandum: solo autem uerbo sanauit.

Et uiuet.

Hęc uerba certissimę fidei sunt, quę credite in uerbo uitam esse, & Christum uitę autorem.

Et surgens Iesus.

Philanthropia Christi, qui statim sequitur credentes. Sequela Christi effectus est fidei, seu cognata, quam impetrat fides.

Et ecce mulier.

Nouus euentus qui obiter inter eundem ad filiam primatis accidit. Hic euentus de tribus monet rebus. Fidei exemplum proponit in muliere. Philanthropiæ in Christo, qui credentes libenter iuuat. Et commendat potentiam Christi

A Trinitate.

sen verbi, qua potuit Christus curare morbum
apud homines incurabilem.

Ecce attentionis particula, qua parat Euan-
gelista animos ad tale factum, in quo omnipo-
rentia Christi cernitur, qua excellit omnes me-
dicos & remedia, quibus uolunt sibi mederi ho-
mines, nec tamen possunt.

Quæ sanguinis fluxum.

Propositio necessitatis.

Duodecim annis.

Circumstantia temporis necessitatem morbi
exaggerat. Marcus cap. 5. pluribus exaggerat
morbum.

Accessit retrò.

Vera fides in animo humiliato habitat.

Retrò accedere Christum nihil aliud est, quã
propter peccata non audere Christum acce-
dere.

Et tetigit fimbriam.

Tangere fimbriam, testimoniũ est ueræ fidei.

Dixerat enim.

Actiologia, ne credas in tangere fimbriam
mulierem quicquid spei salutis suæ posuisse. Sed
quòd tantam fidem habuerit in Christum, quòd
crediderit se saluam fore, & si non loqueretur
illi Christus, tantum ipsa attingeret fimbriam.
Magnitudo fidei hic commendatur non attin-
gere fimbriam.

Si tantum tetigero:

Verba uehementissimæ fidei.

Ero salua.

Effectus in quem intendit fides.

At Iesus conuersus.

Conuersio Christi effectus potentie fidei est, ad quam non potest progredi Christus, uerum oportet ut consistat & aspiciat credentes. Commendatur hic potentia ac uis fidei.

Confide filia.

Ne dubita sed cōstanter sicuti facis, crede, & in fide perdura, quòd ego iuuare te possim.

Fides tua saluam te fecit.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus huius Euangelij agit de effectibus seu rebus promissis, quæ sequitur fidem in promissiones de Christo fidentem. Et mone-mur hic de potentia fidei, quæ tam est magna, quòd homini credenti omnia sint possibilis, etiam ea, quæ coram hominibus impossibilia uidentur. Quis em credidisset hanc mulierem refutui posse, quæ duodecim annis profuuiio sanguinis laborauerat, quæ omnium bonorū suorum substantiam in medicos profuderat, nec tamen melius senserat. Hunc impossibilem respectu curationis morbum atq; incurabile colli-t fides, nō ex opere operato, sed quia deus creditibus tales effectus promittit, & quia Christus dixit. Matth. 17. Si habeatis fidem ut granū synapis, dicetis monti huic; demigra hinc illinc; &

& demigrabit, neque quicquam impossibile erit uobis. Porro ut nunc fidei omnia sunt possibilis, ira incredulitas in causa est, quod nihil nobis sit possibile: quare & Christus ait ad discipulos suos, cum interrogarent eum, quare ipsi non ualuerunt eicere demonium: propter incredulitatem uestram respondit. Fides tua saluam te fecit, id est, quia credidisti me posse & uelle tibi ex meo officio iuare: igitur sanitati restituta es.

Et salua facta est.

Effectus tam potentiae Christi seu uerbi, quam fidei, quae impetrat quae se impetrare credit.

Ex illa hora.

Circumstantia temporis commendat potentiam Christi seu uerbi. In pronomine illa emphasica est, q. d. Matthaeus, eo tempore statim salua facta est mulier, quae prius per duodecim annos non potuit restitui.

Et cum uenisset.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus docet nos de iudicio mundi erga opera dei, qui cum audit Christum puellam mortuam, dormientem uocare, ridet, neque potest aliter de Christo iudicare, atque de homine ridiculo, qui propter sua opera & uerba dignus sit, ut rideatur ab omnibus.

Ante omnia igitur in tertio hoc loco notandum est. Primum quod mundus uniuersa opera dei neque capit neque intelligit, imò neque quidem,

nisi diuinitus edoceantur. De mundo hic exemplum habes, qui ridet Christum propter hæc uerba. Puella dormit, & non est mortua. Item propter hoc factum, quo iussit recedere tibicines & turbam tumultuantem. De pijs exemplum habemus Matthæi primo cap. in Ioseph, qui ignorat Mariam esse spiritus sancto gravidam esse. Deinde obseruatu dignum est circa tertium hunc locum, mundum non contentum esse non intelligere opera dei, nisi & rideat illa, pro stultis iudicet & condemnat. Cæterum sic uisum est deo in omnib. suis operibus stultescere atq; uilesce coram mundo, ut illudat humanæ sapientiæ, & perdat eam. Esa. 29. ca. Spectat huc 1. ad Corinth. 1. cap.

Et cum uenisset Iesus.

Redit Euangelista ad euentum de primæ.

Vidissetq; tibicines.

Qui unâ cum turba aderant ad deducendum funus, id est pro more Iudæorum. Alludit Euangelista ad pompam funeralem.

Recedite.

A funere aut à proposito uestro deducendi funus.

Non enim est mortua.

Actiologia quæ recedendum sit à funere & quæ non sit deducendum funus.

Sed dormit.

Quicquid habet totum Euangelium, id hic
EX

expressum est. Nimirum ad presentiam Christi
& propter Christum mortem esse somnum.

Et deridebant illum.

Mundus & sapientes mundi, quia uident iuxta
iudicium rationis puellam esse mortuam, non
possunt non ridere ad uerba Christi.

Item dum iudicant Christum purum esse homi-
nem, non inepte diffidunt de restitutione puellae.
At sic non est considerandus Christus, qui quantum
est filius hominis contempta & uilis persona, tamen
est potentia dei. Ad Cor. 1. epist. ca. 1. eis, qui cre-
dunt in illum. Sic primas credidit in Christo ui-
tam esse, quare & uita ei facta est.

Et cum eiecta esset turba.

Euangelij uirtutes & miracula, quia non nisi
credentibus profunt, igitur enicitur incredula
turba, quae restitutione puellae magis fuisse
offensa.

Tenuit manum.

Tenere manum gestus quidam est, quibus alius
atque alius legitur Christus fuisse usus inter sanan-
dum: sanat uero solo uerbo, quod est potentiae
ac uirtus dei. Ad Rom. 1. Quare & dixit ad puel-
lam: Puella surge.

Et surrexit.

Effectus potentiae uerbi, ipsa uita.

Et exiit haec fama.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.
Quartus locus commendat nobis potentiam uerbi,

quod occultum manere non potest: sicut docet
& similitudines Matt. 5. de oppido, quod super
montem edificatum, non potest abscondi. Item
de accensa lucerna, quæ super candelabrum
ni debet, nõ subter modium. Et quanquã mundus
ridet uerbum, Christum atque opera eius, tamen
latissime serpit uerbum, & latissime uolat fama
Christi, & in uniuersam terram dispargitur ru-
mor de operib. Christi, nolit interim siue uelit
mundus. Ita ribicines & turbæ hic rident Chri-
stum & opera eius, & quanto magis rident, tan-
to magis inclarescit fama Christi, idque in uniuersam
terram illam. Fama hic significat rumo-
rem de philanthropia Christi.

IN EVANGELIUM
MATTHÆI XXIII. DOMINI
ca xxv. A Trinitatis.

Totum caput Matthæi uigesimumquar-
tum, è quo hodiernum Euangelium de-
promptum est, continet descriptionem calami-
tatum, quas Christus futuras prædixit in deua-
stationem Hierosolymæ, & totius Iudææ, de
quibus ut certa esset hierosolyma, atque adeo to-
tus populus Iudaicus, addit Christus in hoc capi-
te certissima signa, è quibus uult Israel tempus
sue uisitationis cognoscere. Et eò spectat huius
capitis proprius intellectus.

Cæterum difficile admodum est hoc caput,
proprie

propterea quòd Christus confundit signa deua-
 stationis Hierosolymæ & interitus Iudaici po-
 puli cum signis nouissimi iudicij. Causam uero
 huius confusionis si spectauerimus, hæc esse ui-
 derur, quòd signa deuastatæ Iudææ typum ferè
 gesserint consummationis huius seculi: quare
 Christus paruo discrimine duxit utriusq; deua-
 stationis, tam Iudææ quàm huius mundi con-
 fundere.

Porro in quem finem & ex qua occasione mo-
 tus fuerit Christus ad diligentem illam præmo-
 nitionem de signis perituræ Iudææ, & aliquan-
 do interituri mundi, nunc enarrandum uenit.
 Occasio ex singulari philanthropia & charita-
 te Christi pendet, quam in præcedenti capite,
 apostrophe facta ad Hierusalem, flebilibus &
 patheticis uerbis significauit, inquit. Hierusa-
 lem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & la-
 pidas eos, qui ad te missi sunt: quoties uolui cõ-
 gregare filios tuos, sicut gallina congregat pul-
 los suos sub alas, & noluisti &c Quo igitur Chri-
 stus extrema tentaret, & nihil intermitteret,
 quod uideri posset ad cõuersionem Israelis per-
 tinere, ad hæc in uigesimo hoc quarto capite, &
 diuastationem Hierosolymæ, & signa deuasta-
 tionis, ut sic uel minis conuerteret, quos sua phi-
 lanthropia conuerrere non potuit.

Sed quæso quæ extiterit tantæ deuastatio-
 nis & exirpationis causa tam dilecti, & peculi-
 ariter segregati populi Israelis: Respondeo. Ea

fuit ingratitude & contemptus erga missum
Messiam Christum, quem suscipere Iudei nolue-
runt: imò omnes prophetas uaticinantes de hoc
Messia miserabiliter trucidauerunt. Tantum
quia audiebant à prophetis, Messiam promissum
fore spiritualement regem, & regnum eius spiritu-
ale, consistens in iusticia fidei gratuita, & non in
operibus, hoc est, tantum quia prophetae præ-
dicebant homines fide in Christum Iesum gratu-
itò iustificari. Quæ prædicatio de gratuita iusti-
cia fidei in causa fuit, quòd à principio mundi,
usq; in hunc diem omnes prophetae & sancti san-
guinem suum effuderint.

Et cœpit hæc sanguinis effusio in Abeliusto,
qui fide obtulit grata sacrificia deo: id cum uide-
ret impius Cain, & se negligi suis cognosceret
operibus iustum ex fide fratrem occidit. Ge. 4.

Tantum itaq; tumultum excitauit semper in
mundo gratuita in Christo iusticia: quare nec mi-
rum est, & si adhuc hodie totus mundus contra
hanc iusticiam tumultuetur atq; sæuiat. Quid ue-
ro lucrifacere acceperit Iudæa sua ingratitude erga
oblatum gratuitæ iusticiæ Euangelium, partim
in hoc capite ex promissione pœnarum uidere
licet, & constat nunc ex omnium miserrima cla-
de, quam suo interitu perpessa est Iudæa, qua-
lem horribilio rem non uidit mundus neque ex-
pertus est.

Non autem frustra deuastata Hierosolymæ
& totius Iudææ signa nobis in hoc capite propo-
nuntur

antur, sed in nostram doctrinam. Primum ut
timere discamus, uerbum dei apprehendere,
Christum suscipere, & iusticiam eius. Nam si de
us dilecto sibi populo non pepercerit, sed illum
propter ingratitude[m] erga Euangelium in
tanta supplicia incurrere permiserit, quid nobis
erit timendum, qui ex singulari gratia ac mise-
ricordia dei facti sumus illius populus, qui quō-
dam populus non eramus. Sine dubio audiet, &
aliquando Germania nostra erga Euangelium
nec minus ingrata, quā[m] olim Iudæa fuit. Ger-
mania Germania, quoties uolui te congrega-
re &c. & noluisti. Amen dico tibi, non relin-
quetur hic lapis super lapidem, qui non de-
struetur.

Et de hac deuastatione Germaniæ, & non so-
lum Germaniæ, sed totius terrarum orbis uide-
tur, & hodiernum Euangelium nos monere,
quod præter deuastationē totius mundi, etiam
de causa & præcipuo signo deuastationis mo-
net, quæ est abominatio desolationis, de qua
prædixit Daniel ca. 9. stans in loco sancto: quæ
abominatio desolationis est torum illud regnū
impietatis doctoris Antichristi, quem Aposto-
lus in 2. ad Thes. cap. 2. his uerbis describit. Ho-
mo ille scelerosus, filius perditionis, qui est ad-
uersarius, & effertur aduersus omnem, qui di-
citur deus aut numen, adeo quōd in templo dei
sedeat, ostentans se ipsum esse deum.

Et quia abominatio desolationis, de qua scri-
psit

psit Daniel Iudæis, propter mortem Christi, & contemptum Euangelium certum signum fuit de vastationis Iudææ: ita certissimum nobis signum esse debet nouissimi diei, abominatio de solationis ipsius Antichristi, qui sicut historię referunt, regnare cępit sub Phoca & Heraclio oscitantissimis Cęsaribus, sub quibus primum prodit lerna omnis impietatis, ipse Machomet, qui in templo dei se ingessit ui & prętextu uerę pietatis: hunc postea secuti sunt pontifices, in magna blasphemia & impudentia.

Non ueniet aut dies nouissimus, & interitus mundi statim post ingressum Antichristi, sicut & Apostolus suo tempore cōsolatus est Thessa Ionicenses, sed regnabit aliquandiu, sicut & regnauit ā Machomet usq; huc: uerum nobis scire tantum refert, regimen Antichristi certissimū esse signum perituri mundi & causam. Item ut maximē cogitemus tum prope futurā consummationem seculi, quando Antichristus fuerit reuelatus, quem dominus se confecturum promisit aduentu spiritus sui: id quod ex gratia dei hodie factum uidemus: quare certum est diem iudicij non procul hinc ab futurum, quia abominatio desolationis & facta est, & nunc manifestata, post quam non manifestabitur alia: restat saltem ut ueniat dominus & claritate aduentus sui Antichristum reuelatum prorsus perdat:

Summarij loci.

Non est aliud certius signum aduentus Christi
 si in

fiti in nouissimo die, quā præsentiā abominatiōis desolationis & illius abominatiōis hodie per Euangelium manifestatio. Huius typus fuit abominatio desolationis, quę debuit ut certissimum signum significare deuastationem Israelici regni.

2. Vt summopere uoluit Christus animaduertere Iudæos de abominatiōe desolationis, ne in illa abominatiōe perirent, & anima & corpore simul: ita commendatissima nobis esse debet reuelatio abominatiōis desolationis ipsius Antichristi, ne illa & propter illam animę & corporis iacturam faciamus.

3. Grauißima & maxima est pœna illorū, qui in Antichristi abominatiōe peribunt, exēplo pœnæ Iudaici populi omnium grauißimæ.

4. Stante abominatiōe desolationis, & regnāte Antichristo, erunt periculossima tempora, plena omnis fraudis & imposturę, signorum & prodigiorum, quibus seducet Antichristus in errorem homines, & confirmabit homines in suā impietate.

Cum ergo uideritis.

EXPLICATIO PRIMI LOCI.

Docet nos primus huius Euangelij locus, de certissimo signo aduentus Christi secundi in nouissimo die, quo ueniet nō ut saluator, sed ut iudex in uiuos & mortuos. Hoc autem signum est abominatio desolationis, seu defectio à uera pietate.

pietate, ad regnum impietatis, in quo regnabit
 Antichristus, homo scelerosus & filius perditio-
 nis, qui est aduersarius Christi, & effertur aduer-
 sus omnem, qui dicitur deus, aut numen, sedens
 in templo dei, & ostendens se ipsum esse deum:
 quibus uerbis Apostolus ad Thes. posteriore
 ca. 2. clare describit abominationem illam deso-
 lationis, quæ nihil debuit aliud esse, neq; adhuc
 hodie est, quàm regnum plenum omnis impie-
 tatis, in quo regnant homines Antichristi, qui
 arrogat sibi autoritatem & dominium in con-
 scientias, imperando & dominando in illas pro
 arbitrio: item condendo & statuendo leges, tra-
 ditiones, ritus, cæremonias &c. quibus ligant
 conscientias ad iusticiam impetrandam & ua-
 lentem coram deo. Nam sic dominari in consci-
 entias est sedere in templo dei, & ostendere se
 ipsum esse deum.

Hoc uero dominium Antichristi, debuit ali-
 quandiu exercere homo ille scelerosus, & reue-
 ra exercuit illud diu satis tyrannicè & occultè,
 sicut historiæ testantur, quæ probant quo tem-
 pore Antichristus cæperit suum dominium in
 conscientias dirigere. Initium apertius ab om-
 nibus doctis cõputatur à temporib. Phocæ &
 Heraclij, imperatorum in oriente, qui cū osci-
 tanter administrarent imperium, neq; admodū
 curarēt religionem, Machomet prodijt, caput
 abominationis desolationis: sub hoc facta est
 defectio aperta à uera pietate, quæ postea non
 dimina-

diminuta fuit per nostros pontifices, sed magis
 ac magis aucta: ceterum in tanta occultatione,
 quod pauci obominationis tempus adesse sen-
 serint: nec mirum, cum & Christus addat Matt.
 24. cap. attentionis uoces, inquit: qui legit, in-
 telligat, quibus uerbis dicit paucos intellectu-
 ros abominationem desolationis. Et Aposto-
 lus ait. Ad Philipp. 2. posterioris epistolę. Nam
 mysterium nunc agit iniquitatis: ubi abomina-
 tionem mysterium uocat. Et adicit attentio-
 nis uoces, tantum qui tenet, in præsentiā teneat
 &c. q. d. Paulus, abominationis mysterium erit
 paucis cognitum. Et sane fuit paucissimis cogni-
 tum. Nemo enim nostrum aut antecessorum
 nostrorum credidit aut uidit Romę sedere An-
 tichristum Papam, & eius membra esse disper-
 sa per totum terrarum orbem.

Licet porro abscondita fuerit abominatio
 illa, tamen ex uerbo non defuerunt aliquot lo-
 ci, qui aperte docuerunt eam manifestatam iri:
 quanquam locos illos non consyderauimus:
 nunc autem facta manifestatione abominatio-
 nis primum cognoscimus. Loci scripturę fa-
 miliariores hi esse possunt. Matthæi uigesimo-
 quarto capite. Propter electos decurtabuntur
 dies illi. Item. Et dabunt signa magna & prodi-
 gia, ita ut in errorē inducantur, si fieri possit, &
 electi: qui loci de reuelanda impietate Anti-
 christi, haud obscurē loquuntur. Item. Ad
 Thessalo, capite secundo. posterioris epistolę.
 Et.

Et tunc patefiet iniquus ille, quem dominus cōfiet spiritu oris sui &c. in quo capite adhuc pluribus agit apostolus de defectiōe Antichristi. Hodie igitur cū reuelatus sit Antichristus, pro certissimo signo habebimus, non diu abfuturū nouissimum diem. Nam post huius abominatiōnis manifestationem, nō est alia expectanda.

Cum ergo uideritis abominatiōnem.

Per abominationem desolationis alij alia intelligunt, quorum opiniones diligēter colligit Magnus theologus Iohannes Oecolampadius, in 9. ca. Danielis. Quidam abominationem desolationis uocant aquilam Cæsarea illa signa in templum à Pilato suspensa, quæ initium calamitatis Iudææ fuerunt. Quidam per abominationem desolationis intelligunt obsidionem ciuitatis Hierolymæ. Quidam impietatem gentium occupantem templum dei. Nos quibus hæc abominatio posita est in signum nouissimi diei, intelligimus per abominationem desolationis defectiōnē à uera pietate & à regno dei, ad impietatem Antichristi & regnum illius.

Abominatio desolationis dicitur, quæ portendebat desolationem. Et quæ hodie nobis desolationem portendit.

Stantem in loco sancto.

Iudæis hæc significant in templo Hierosolymitano, Nos intelligimus per abominationem desolationem

desolationis stantem in loco dei, totum illud regnum impietatis ipsius Antichristi, regnantis in conscientijs pro libidine. Tempora dei sancti sunt. Priore Corinth. 3. Nam templum dei sanctum est, quod estis uos.

Qui legit, intelligat.

Epiphonema ostendens paucos intellecturos abominationem aut consideraturos. De abominatione nobis præfixa, ipsi certi sumus ex reuelatione hodie facta ipsius Antichristi, cuius impietatem aut pauci aut nemo sane intellexit. Ex paucis fortassis fuerunt. Gerson Parisiensis, Staupicius nobilis. Iohannes Huss, & alij.

Tunc qui in Iudæa sunt.

EXPLICATIO SECUNDI LOCI.

Secundus locus urget festinantiam cōuersionis, ne in abominatione pereamus. Filij Israel si ad abominationis præsentiam fecissent pœnitentiam fuissent sine dubio seruati. Nam abominatio ut certissimum signum desolationis præfixa erat Iudæis, quo cognoscerent uisitationis diuinæ uindictæ tempus in foribus esse, ni agerent pœnitentiam. Vnde & Christus inquit hic. Qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes &c. quasi dicat Christus, qui fugere potest, fugiat ne pereat simul & anima & corpore in abominatione & propter abominationem approbatam neq; consideratam.

Porro sicut tum Christus uoluit consultum Iudæis, præfixo certo signo abominationis, in initium sequentium calamitatum: ita eodem signo nobis uult consultum, ut reuelata abominatione fugiamus ab impietate Antichristi, ne in abominatione, & propter abominationem simul corpore & anima pereamus. Monet igitur secundus hic locus, ne negligamus ipsinos hodie, postq̄ ex gratia dei redijt purum uerbū, per quod manifestatus est Antichristus, homo ille scelerosus, & filius perditionis.

Tunc.

Manifestata abominatione desolationis per prophanationem gentium in templum dei factam, & reuelato hodie regno impietatis Antichristicę. Fuga Iudææ intelligi potest, & corporis & animæ fuga. Nostra fuga animæ tantum. Nam Christus suo aduentu mundi finem faciet.

Non descendat.

Ne pereat in abominatione aut intercipiatur desolatione. Docet hic locus post manifestationem Antichristi festinandam esse conuersionē.

Væ autem pregnantibus.

EXPLICATIO TERTII LOCI.

Tertius locus agit de grauitate supplicij, qd̄ ferent illi, qui tempus abominationis reuelatę non consyderant, aut consyderatam non improbant, agentes pœnitentiam. Hoc supplicium omnium grauissimū erit, quale non fuit grauius ab initio

in initio mundi, nec erit Iudæi quia non cōsiderauerunt tempus manifestatæ abominationis, ut fuga sibi consulere, & diu cōtemptū Euangelium reciperent: quare in eam calamitatem inciderunt qualis non fuit maior ab initio mundi, neq̄ erit etiam postea. Hæc pœna igitur, quæ Iudæis accidit, minatur nobis grauissima supplicia, qui hodie manifestato Antichristi regno, non agimus pœnitentiā, & qui negligimus Euangelium: & tanto maiora erunt nostra supplicia, quanto clarius prædicatur nostro nunc tempore Euangelium, quàm diebus Iudæorum.

Væ autem prægnantibus.

Comminatio cū dolore uerè pathetico. Prægnantes & lactantes fuerunt apud Iudæos, qui calamitatem illam fugere non potuerunt. Hodie sunt intelligendi per prægnantes & lactantes omnes illi, qui iusto dei iudicio excæcati, abominationem reuelatam deserere nequeunt.

Orate autem.

Vult Christus ut oportuno tempore consulant sibi Iudæi fuga, ne postea ubi uelint, non possint. Item monet ut nos hodie occasionem oblatis Euangelij nō negligamus, & ut abominationem manifestatam in recto tempore deseramus. Hyems tempus est ad faciendum iter inoportunum. Sabbato non licebat apud Iudæos iter facere.

Erit enim tunc afflictio.

Magnam afflictionem uocat euerfionem totius Iudææ.

Necq̄ flet.

Scilicet in hac terra. Quamq̄ afflictio quæ sequetur eos, qui hodie negligunt Euangeliū maior erit, respectu æterni supplicij.

Et nisi decurtari fuissent.

Consolatio hæc est de reliquis Israel seruandis, de quibus agit & Apost. ad Ro. 11. Consolatus est Christus & nos hoc loco, qui prædixit manifestationem Antichristi nostri, qui acerrime expugnauit conscientias sub papatu.

Non fieret salua omnis caro.
Nullus è Iudæis fuisset seruatus.

Sed propter electos.

Qui debebāt cōverti & suscipere Euangeliū.

Tunc si quis uobis dixerit.

EXPLICATIO QUARTI LOCI.

Quartus locus describit statum illorū temporum, quæ erunt illis diebus, cum facta fuerit defectio à uera pietate per Antichristum & membra sua. Item cū abominatio stare cœperit, etiam tum quando fuerit reuelata. Tempora itaq̄ illa erunt periculossima, in quibus doctores Antichristi ligabūt iusticiam Christi ad certas obseruationes & traditiones. In quibus pseudoprophete multi exurgent, qui cum magna admiratione confirmabunt signis & prodigijs animos hominum in impietate. Horum temporū statum multis uerbis exponit Apostolus 1. ad Timo. 4. Et in 2. ca. 3. Vbi diuersa & varia

uaria officia doctorum Antichristi recenset. Nec nos nunc ignoramus quam periculosa tempora fuerint à Machomet primo & præcipuo capite Antichristi regni, & à Bonifacio tertio, qui sub Phoca & Heraclio oscitantibus imperatoribus, uniuersalis Pontifex seu episcopus salutatus fuit, usq; in hæc tempora, in quibus adhuc regnant omnis generis pericula in conscientias, in quibus adhuc uidemus innumeros pseudoprophetas sæuire in conscientias pro libidine.

Sed consolatorium est, quod hic addit Christus, quòd pñ nequeant seduci à tam uarijs ac multis falsis prophetis.

Debent uero hæc de falsis prophetis nō tantum intelligi de prioribus temporibus, in quibus egit Antichristus mysterium iniquitatis, & occultus fuit, sed etiam de temporibus hodie nostris, in quibus reuelatus est Antichristus per uerbum. Nam ut hisce uidemus infinitas hæeres Antichristi repullulascere, quos renouant falsi doctores, & renouabunt usq; ad extremū diem, donec deus abbreviabit tempora propter electos, ne illi ducantur in errorem.

Tunc.

Expedita deuastatione in Iudæam, & cum cœperit Euangelium prædicari gentibus. Præmonet Christus sequentibus de regno Antichristi,

Ecce hic Christus, aut illic.

Dicere Christum hic aut illic esse, nihil aliud est, quàm iusticiam Christi alligare ad externas obseruationes.

Surgent enim.

Non missi prodibunt. Aetiologia hæc est, quæ non sit credendum illis, qui dicent Christum hic aut illic esse. Tempus quo primum surrexerunt Antichristi membra incertum est. Nam tempore Ioannis & reliquorum Apostolorum erant in mundo Antichristi discipuli. Ioan. 2. epist. ca. 4. ait. Et omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non est. Et hic est spiritus ille Antichristi, de quo audistis, quòduenturus sit, & nunc iam in mundo est. Verum certum est ex historijs, tum maxime cœpisse exurgere Antichristi discipulos, cum Phocas & Heraclius imperiùm in oriente administrarēt. Tum enim totus mundus repletus erat indoctis Monachis. Bonifacius studebat adeptum suum nomen uniuersalitatibus & propagare & diuitijs ac potentia confirmare, quo tempore prodijt, & Machomet caput omnis impietatis &c.

Et dabunt signa & prodigia.

Nota potentiam regni Antichristi, & media per quæ Antichristus conseruabit suos auditores in impietate. De potentia & Apostolus inquit. Cuius aduentus est secundum efficaciam Saranæ

Satanæ, cum omni potentia signis & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione in iniusticia, in his qui pereunt.

Si fieri possit, & electi.

Hæc simpliciter primum intelligo reuelatione Antichristi hodie per uerbum renatum, facta. Deinde & de illis Antichristi membris, qui post reuelatum Antichristum surgent, quorū tanta est hodie copia, & tam nociuæ hæreses, ut nisi electi ac uerè credentes diuinitus seruentur, aut nisi propter pios abbreviarentur dies, timendum esset, & de illorum seductione.


Verum consolatorium est, electos seduci non posse.



FINIS.

FRANCOFORTI APVD CHRISTIANUM EGENOLPHUM. Mense Aprilii, Anno M. D. XXXVIII.





1536a

in quibusdam quibus sunt et in unum in unum in unum
et remanet in cor. **T**erminus huius quod quod quod quod quod
placit quod quod quod quod quod quod quod quod quod quod
aliquid in unum quod quod quod quod quod quod quod quod quod
et nascitur in unum loco et per caute perpena et stoll
omni. **I**n hoc uero et quod per se est ex alibi uero et per se
sententia de hac quod est per hanc et uero et per se in per
tate de ea mediat nec in alio audit in finem.
Nec in alio re quod in unum in unum et uero ab unum in unum
de ea in unum de ad et in unum in unum in unum et per plate
in per se et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
in unum et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
una est et quod in unum et in unum quibus in unum et in unum
et caute et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
uero est ex in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum
et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum

et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum et in unum

Et si inibi in quo 7 egn^{do} 7 loziqui libuati
n. pffidat sic opo in uigener u h uer m
ca amate spu uelutur uouat alie qd par te
cuntat ue delibret uir e in uia ad q pueiat
ad mibi in quo 7 egn^{do}

Ut qd ut quidep quie loziqui ac mibi in fua
ca caia p fua re q ucc 7 ut addat in uo
re me e uoi pueiat ad mibi 7 remaneat in
ca uoi eal uoi egn^{do} q 7 q me de uimue
7 delibret in uia q 7 ucc 7 ut addat i uo
e p fua re q uimue ex ea in uia.

101. **S**i g^o cali^o opt ee modato no tato
soli fit cali^o qro indig 7 pace in
mod apponat ip pom nec adneies.



9/18

